EX MUNIFICENTIA
FERDINANDI III. M. E. D.
DIE 3. IUNII 1791.

Digitized by Google

9. 6. 289

XII
Venedig
1751
Tom. I

B 7.

Digitized by Google

METAPHYSICA VETUS & NOVA,

LOGICÆ CRITICÆ NUPER EDITÆ TANQUAM PARS ALTERA ADJUNCTA,

USIBUSQUE PHILOSOPHIÆ TYRONUM SIC ACCOMMODATA, UT HI, SOLIS ISTIS DUABUS PARTIBUS MEDIANTIBUS, ETIAM SINE PHYSICA AD SS. THEOLOGIAM AUT JURISPRUDENTIAM ABSQUE DIFFICULTATE ASCENDERE VALEANT.

AUTHORE

P. HERMANNO OSTERRIEDER,

ORD. MINOR. S. FRANC. CONVENTUAL.

PRO TEMPORE IN STUDIO MINORITICO RATISBONENSI PHILOSOPHIÆ LECTORE ORDINARIO.

Cum Licentia & Approbatione Superiorum.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Sumptibus Matthæi Rieger, Bibliopolæ.

RATISBONÆ, Typis Joannis Michaelis Englerth,
Typographi Aulico-Epiſcopalis. MDCCLXI.

***

In eligendis opinionibus vel repudiandis non debet duci homo amore *vel* odio *introducentis opinionem, ſed magis ex* certitudine veritatis; *ideo oportet amare utroſque, ſcilicet eos, quorum opinionem ſequimur, & eos, quorum opinionem refutamus; utrique enim ſtuduerunt ad inquirendam veritatem, & nos in hoc adjuverunt, ſed tamen oportet nos ſequi opinionem eorum, qui certius ad veritatem pervenerunt.* Ita D. THOMAS DOCTOR ANGEL in l. 12. Metaph. Lect. 9. Similia quoque formalia profert SCOTUS DOCTOR SUBTILIS in cit. lib. Ariſtotelis. edit. Lugd. Tom. IV. n. 56. pag. 447.

***

REVERENDISSIMO,
ILLUSTRISSIMO,
AC
EXCELLENTISSIMO
DOMINO,
D. JOANNI
ANTONIO,
EX ANTIQUISSIMA, ILLUSTRISSIMA,
AC
GENEROSISSIMA FAMILIA
LIBERORUM BARONUM
DE
WOLFRAMSDORF,
IN EGMATING & OTTENHAUSEN
&c. &c.
DEI & APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA
EPISCOPO ARETHUSANO,

Digitized by Google

EMINENTISSIMI AC SERENISSIMI
S. R. E. CARDINALIS, PRINCIPIS,
DUCIS, AC EPISCOPI
FRISINGENSIS, RATISBONENSIS, & LEODIENSIS
&c. &c.

CONSILIARIO INTIMO,

PER DIOECESIN RATISBONENSEM

SUFFRAGANEO,

REVERENDISSIMI CONSISTORII

PRÆSIDI,

ECCLESIÆ CATHEDRALIS RATISBONENSIS

CANONICO CAPITULARI,

&c. &c.

DOMINO, DOMINO

AC

PATRONO SUO PERQUAM GRATIOSO.

REVERENDISSIME, ILLUSTRISSIME, AC EXCELLENTISSIME DOMINE DOMINE!

AD quem alium *METAPHYSICA* mea *VETUS & NOVA*, *typis excuſa, & jam*
m in orbem litteratum abitura
nfugiat, pro ſui in tam longo

ac periculoſo itinere tutela ſupplicatura, niſi ad TE REVERENDISSIME, ILLUSTRISSIME AC EXCELLENTISSIME DOMINE DOMINE! *utpote qui nedum primam illius ſororem,* LOGICAM *ſcilicet* CRITICAM, *in lucem vixdum editam, humillime a me* REVERENDISSIMIS TUIS *manibus præſentatam ſumma cum humanitate, benevolentia, ac innata* TIBI *ſuavitate recipere, eidemque inter doctiſſima Bibliothecæ* TUÆ *volumina locum aſſignare dignatus es, ſed & poſtea ad hunc alterum partum in lucem edendum mihi animos primum addidiſti, tum vero meorum*

etiam

iam Superiorum mentes ſuaviſſi-
o ſimul ac potentiſſimo alloquio
'UO ad hoc mihi demandandum
ıodammodo quaſi induxiſti, ac in-
ıper hanc ipſam ejusdem qualis-
ınque operis tutelam, tot aliis, pro
ıdem gratia TIBI ſupplicantibus,
ɔnegatam in TE ſuſcepiſti?
'UO porro ac TANTO ſub
ATROCINIO quidni tutior at-
ue ſecurior, quam pullus ſub Gal-
næ alis, contra quoscunque ſuos
el hoſtes vel æmulos præſens ac
ɔnue opus hoc meum conſiſtat,
uandoquidem ad iſtud protegen-
um TIBI nec POTENTIA, nec
'IRES deſunt? per POTEN-
'IAM nempe intelligo VETU-

 STIS-

STISSIMÆ, ILLUSTRISSIMÆ, AC GENEROSISSIMÆ FAMILIÆ TUÆ WOLFRAMSDORFIANÆ *eminentem præcellentiam ac dignitatem, utpote quæ fumoſiſſimos ſuos inter Avos, Proavos ac Atavos, tot ac tantos, togâ non minus quam ſagô inclytos, enumerat ſurculos, MINISTROS, HEROES, ac PRÆPOSITOS, quorum inſignia facta resque præclariſſime geſtas enarraturo hic liber non ſufficeret. Per VIRES vero amplum ac ſplendidiſſimum omnigenarum VIRTUTUM ac nobiliſſimarum SCIENTIARUM validiſſimum deſignare intendo ſatellitium, per*

quod

quod omnium non ſolum TIBI *concreditarum ovium, ſed & exterorum quoque hominum mentes debellare, ac ſuavi quodam faſcino rapere, exoptatisque amoris vinculis tam potenter quam ſuaviter* TIBI *adſtringere, & quaſi agglutinare noviſti. Atque utinam hic mihi liceret in laudes tuas, ex ſolo duplici hoc fonte manantes, longius non nihil excurrere, certe, uti de Pompejo Tullius quondam affirmaverat, mihi non tam copia, quam modus in dicendo quærendus foret: aſt quoniam expreſſis verbis ab ejusmodi* adſcititiis laudibus, & fimbriarum *(uti loqui volebas)* dilatatione *abſtinere*

me juſſiſti, hoc unum, pace tua REVERENDISSIME, ILLUSTRISSIME AC EXCELLENTISSIME DOMINE DOMINE! *breviſſime dixero, omnes & SACERDOTIS MAGNI & PASTORIS OPTIMI Virtutes ac dotes in te uno ſtabilem continuo thronum fixiſſe; quas ſicuti indies in omnes & ſingulos*, CURÆ TUÆ PASTORALI *concreditos, luculenter demonſtras, ita jam dudum in ſumme arduo Parochiali officio, per plures annos ſumma cum ſolertia, incredibili cum manſuetudine, ac invicta patientia non uno in loco exercito, plusquam ſatis demonſtraſti, ma-*

xime

xime in amata TIBI *urbe* CHAMBENSI, *adeo, ut ejus incolæ* TUUM *a ſe diſceſſum effuſis etiam lacrymis, gemitibus ac ſuſpiriis proſequentes, ægrius vix non hunc ipſum tulerint, quam flebilem antea bonorum ſuorum direptionem, ac luctuoſiſſimam domuum ſuarum, igne ab hoſtibus conſumptarum, devaſtationem: ereptum ſibi nempe lugebant amantiſſimum ſuum* PASTOREM, & ARCHI-DECANUM, *a cujus tum fervidiſſimis monitis tum effuſiſſiſima liberalitate, ac Paterna affabilitate in illa ſua, ut ut maxima, calamitate ingens ſolatium, ac præſens auxilium hauſerant, ita*

ut

ut in eo ſolo omnia ſe poſſidere nunquam non ſibi viſi fuerint. De *ditiſſima* SCIENTIARUM TUARUM *Encyclopedia, ne juſſis* TUIS *præfatis contraire præſumam, nil prorſus dicam, novit vero illas etiam tacente me urbs urbium* ROMA, *quæ te in nobiliſſimo Germannorum Collegio jam tunc ob excellentiſſimam doctrinæ præſtantiam admirans ſtupebat, novit* EMINENTISSIMUS AC SERENISSIMUS S.R.E. CARDINALIS THEODORUS, *qui* TE *ob hanc ipſam inſignem doctrinam ampliſſimis honoribus, dignitatibus, ac præeminentiis a multis jam annis juſtiſſime decoravit,*

vit, *novit* REVERENDISSIMUM *ac* ILLUSTRISSIMUM *Eccleſiæ Cathedralis Ratisbonenſis* CAPITULUM, *quod* TE *in ampliſſimo* REVERENDISSIMORUM *ac* ILLUSTRISSIMORUM MEMBRORUM *ſuorum firmamento velut Stellam primæ magnitudinis jam dudum ſuſpexit*, *novit denique* DIOECESIS *integra*, *quæ a* TE *quotidie*, *tanquam ab ore ipſiusmet* DEI, *ſua in omni re difficili certiſſima depromit oracula. Jam vero* (*iterato repeto*) *tam* POTENTI *ac* VALIDO *ſub* PRÆSIDIO *quidni tuta conſiſtat* METAPHYSICA *mea* VETUS & NOVA *contra*

omnes

omnes ſuorum vel hoſtium vel æmulorum inſultus? ita ſane totus quantus confido REVERENDISSIME, ILLUSTRISSIME, AC EXCELLENTISSIME DOMINE DOMINE! *& quidem eo magis, quia hic ipſe a me* TIBI *conſecratus ingenii mei partus (niſi proprius vehementer me fallat amor) principia ſana, ac utrique nedum Philoſophiæ, novæ ſcilicet & antiquæ, verum etiam SS. quoque Theologiæ ex toto conformia (utpote a cenſura Theologica, prout ipſemet noſti, ſatis accurata probe diſcuſſa) in ſeſe continens, tanto* TUO *Patrocinio plane indigna exiſtere mihi haud*

vide-

videtur. *Itaque enixe nunc denuo ſupplico, ut opus hoc meum qualecunque, optima ſaltem mente pro tyronum ad S. præſertim facultatem Theologicam adſpirantium utilitate confectum, meque ipſum paterne pro ſumma Benevolentia, notaque comitate* TUA *gratioſe accipere digneris: erit id mihi omnium longe deſideratiſſimum, ac tenui labori meo, ſupra quam dici poteſt, glorioſum. Pro debita, ac demiſſiſſima gratiarum actione* DEUM *T.O.M. inſtanter deprecari non deſinam, ut* REVERENDISSIMAM, ILLUSTRISSIMAM, AC EXCELLENTISSIMAM DOMINA-

TIO-

TIONEM TUAM & *orthodoxæ Religionis bono, & Diœceſis Ratisbonenſis utilitati ac decori, ſimulque & ſcientiarum, optimarumque artium ſplendori incolumem diutiſſime ſervet! ita ex corde optat*

REVERENDISSIMÆ,

AC

ILLUSTRISSIMÆ

EXCELLENTIÆ

TUÆ

Humillimus ac devotiſſimus
Servus
AUTHOR.

AD LECTOREM.

Habes hic, amice Lector! alteram, quam promiſi, laboris mei Philoſophici partem, Metaphyſicam ſcilicet veterem ac novam, equidem forte non nihil ampliorem auctioremque, quam tibi perſuaſeras; verum ſcito, ea, quæ titulus libro præfixus tam liberaliter ſpondet, adimpleri a

me paucioribus haud potuiſſe: quippe nedum antiqua, a vetuſtioribus Metaphyſicis per aliquot olim minutas ſolum pagellas pertractari ſolita, ſed & ea quoque omnia, quæ adhuc in vetuſta Peripateticorum phyſica alicujus momenti eſſe poterant, integrum ſcilicet tractatum *de cauſis*, itemque alium ſatis amplum *de anima rationali* (omiſſis iis, quæ plus ſubtilitatis, quam utilitatis habent) uni huic libro inſerta tenes, & quidem non ſine juſtiſſima cauſa, prout tibi legenti per decurſum clariſſime patebit; indeque etiam cum moderni œvi ſagaciſſimis æque ac prudentiſſimis Philoſophiæ ſcriptoribus plene a me effectum fuiſſe arbitror, ut, ſi qua dentur in

ſcho-

ſcholis vel privatis vel publicis Tyronum ingenia, Phyſicæ Experimentalis, aut ex defectu ſcientiarum Mathematicarum non capacia, aut ob alios fines vitæve ſuæ rationes ejusdem non indiga, illa ſine iſta absque omni difficultate (perceptâ videlicet ſolâ Logicâ unacum præſenti Metaphyſica) vel ad S. facultatem Theologicam, vel etiam ad Jurisprudentiam (non tamen ad Medicinam) expedite valeant aſcendere, & quidem ſicut ab iisdem prædictis ingeniis per uſum viæ compendii (ſi nempe integrum biennium Philoſophicum ſoli Logicæ ac Metaphyſicæ addiſcendæ jubeantur impendere) æque præſtans fieri in poſterum profectus queat in altioribus facultatibus, ipſorum mo-

dulo, vitæve rationi magis congruis, ac fieri ſolet ab aliis ingeniis, Phyſicæ inſuper Experimentalis non ignaris. Acceſſit & alia cauſa, Metaphyſicam præſenti Methodo pertractandi, longiusque dilatandi; eadem nempe Phyſica Experimentalis, prout defacto utiliter non minus quam jucunde per omnes ſuas materias in ſcholis tradi ſolet, tam ingens ac vaſtum mare exiſtit, ut vix per integri anni ſpatium a ſolerti etiam tyrone diſcendo pertranſiri, atque memoriæ imprimi poſſit, quare cum iis ipſis modernis Metaphyſicæ ſcriptoribus prædictas materias *de cauſis*, & *de anima* Metaphyſicæ ideo quoque inſerendas eſſe duxi, ut hoc modo ſuum Phyſicæ Experimen-

rimentali, a Tyronibus capacioribus pariter addiſcendæ, tempus ac ſpatium relinquatur integrum. Tu itaque hunc alterum Philoſophiæ meæ tomulum, in eorundem tyronum gratiam æque ac primum eadem methodo elaboratum, Lector benevole, amanter atque ab omni affectu inordinato, aut præjudiciis alieno animo, recipe! &, ſi tibi iteratus labor hic meus qualiscunque placuerit, Phyſicam quoque Experimentalem, in duos ſimiliter tomulos diſtributam, uſibusque eorum, qui nec ob ingenii debilitatem, nec ob alias vitæ rationes ab ejusmodi ſtudio arcentur, inſervituram, (in quantum humano modo promittere valeo) ſuo tempore publici Ju-

ris facturum me recipio: Interea, num, quæ præſens libri hujus titulus ſpondet, rite præſtiterim, necne? tuum eſto judicium. *Nemo* enim, ut Lactantius inquit *l.* 3. *de Divin. Inſtit. c.* 4 *poteſt de ſe recte judicare, eoquod ita comparata ſit hominum natura, ut aliena melius videant, quam ſua.* Nihilominus autem cum S. Auguſtino *l.* 1. *de Trinit. n.* 5. *alias c.* 3. *in his, ut in omnibus meis ſcriptis, non modo pium lectorem, ſed etiam liberum, æquum tamen correctorem deſidero.* Vale!

CON-

CONSPECTUS
TOTIUS LIBRI.

Prolegomena Metaphyſicæ. Pag. 1
Metaphyſicæ generalis ſeu Ontologiæ præfatio. 11

ONTOLOG. DISSERTAT. I.
De conceptu entis, ejusque attributis in genere.

Sectio I. De primis cognitionis humanæ principiis.
Art. 1. De principio contradictionis. 17
2. De principio rationis ſufficientis. 22
Sectio II. De iis, quæ ad conceptum entis pertinent.
Art. 1. De notione poſſibilis, & impoſſibilis. 28
2. An, & unde poſſibilia habeant ſuum eſſe? 36
Exercitatio. 40
3. declaratur notio entis, & non entis. 48

4. An ens ſit univocum Deo, & creaturis? 53
Exercitatio. 55

Sectio III. De notione eſſentiæ, ejusque attributis, & modis.
Art. 1. De neceſſario & contingente, mutabili & immutabili. 59
2. De notionibus eſſentiæ, naturæ, & exiſtentiæ. 64
3. De attributis, & modis eſſentiæ. 73
4. De eſſentiæ creatæ proprietatibus, & gradibus Metaphyſicis. 77

Sectio IV. de generalibus entis proprietatibus.
Art. 1. De unitate entis. 85
2. De veritate entis, & ordine. 89
3 De bonitate, & perfectione entis. 96

Sectio V. De identitate, & Diſtinctione entis.
Art. 1. Quid, & quotuplex ſit Identitas,& diſtinctio? 105
2. An inter gradus Metaphy-

phyſicos detur diſtinctio realis? 119
Exercitatio. 121
3. An præter diſtinctionem realem detur etiam Modalis? 126
Exercitatio. 133
4. An inter gradus Metaphyſ. detur diſtinctio virtualis? 138
Exercitatio. 149
5. An gradus Metaph. diſtinguantur pure per intellectum? 153
Exercitatio. 163
6. An inter gradus Metaph. detur diſtinctio Scotiſtica? 170
Exercitatio. 183
7. An diſtinctio Scotiſtica etiam procedat in Divinis? 196
Exercitatio. 205
SECTIO VI. De exiſtentia, Hæcceitate, & ſubſiſtentia.
ART. 1. Quomodo exiſtentia diſtinguatur ab eſſentia? 222

Exercitatio. 228
2. De Individuationis principio. 235
Exercitatio. 241
3. Quid ſit ſubſiſtentia, ſuppoſitum, ſeu perſona? 245
Exercitatio. 252

DISSERTATIO II.
De Diverſis entium claſſibus.

SECTIO I. De ſubſtantia, & accidente.
ART. 1. Quid ſit ſubſtantia tum juxta PP. tum juxta NN? 264
2. Quid de Accidentis notione utraque ſchola ſentiat? 281
3. An poſſibile ſit aliquod accidens abſolutum? 285
Exercitatio Problematica.
4. An accidentia abſoluta ſint de fide? 298
Exercitatio Problematica.
5. Num quantitas ſit accidens abſolutum? & num per hoc unicum ſatisfiat conſtitutis fidei? 350

SECTIO

SECTIO II. De quibuſdam adhuc aliis entis ſpeciebus.
ART. 1. De ente ſingulari, & univerſali. 382
Exercitatio de natura communi. 392
2. De ente abſoluto, & relativo. 403
Exercitatio de relatione. 413
3. De ente ſimplici, & compoſito. 422.
4. De toto, & partibus, ac tertia entitate. 429
Exercitatio. 436
5. De ente finito, & infinito. 444
Exercitatio. 454

DISSERTATIO III.

Do Activitate entis, ſive de cauſis.

SECTIO I. De cauſis in genere.
ART. Un. Quid, & quotuplex ſit cauſa in genere? 464
SECTIO II. De cauſa efficiente.
ART. 1. Quid & quotuplex ſit cauſa efficiens? 473
2. An creaturæ ſint vere cauſæ efficientes? 482
Exercitatio. 487

3. In

3. In quo conſiſtat actio cauſæ efficientis? 500
& num accidens poſſit producere ſubſtantiam. 506
Exercitatio. 508
4. An cauſa efficiens poſſit agere in diſtans? 516
Exercitatio. 522
5. An, & qualis in creaturis detur potentia obedientialis? 538
6. An idem numero effectus poſſit habere duas cauſas? 543
Exercitatio. 546
7. Quinam effectus a cauſa efficiente ſupernaturali oriantur, & quomodo de illis judicandum? 550

SECTIO III. De reliquis cauſarum generibus.

ART. 1. De cauſa materiali, & formali. 562
2. De cauſa finali. 572
3. De cauſa Ideali, ſeu exemplari. 584

4. An

4. An omnis cauſa ſit prior, & perfectior ſuo effectu? 586
Exercitatio. 591
5. De cauſa artificiali. 593
6. De Magia. 601
7. De cauſis per accidens. 611

DISSERTATIO IV.

De Locatione, & duratione entium.

SECTIO I. De Loco.
ART. 1. Quid ſit locus? 622
2. An detur locus ab omni corpore vacuus? 637
Exercitatio. 641
3. An duo corpora poſſint eſſe in eodem loco? 643
Exercitatio. 645
4. An idem corpus ſimul in pluribus locis exiſtere poſſit? 651
Exercitatio. 659
SECTIO II. De tempore, ſive duratione.
ART. Un. Quid, & quotuplex ſit tempus? 666

Meta-

Metaphyſicæ particularis, ſeu Pnevmatologiæ
DISSERTATIO I.
ſeu Pſychologia.

Sectio I. De Natura Mentis humanæ, ejusque origine.

Art. 1. Declarantur notiones generales animæ, & vitæ. 685

2. An Mens humana ſit ſpiritualis? 698

Exercitatio. 721

3 An per rationem demonſtrari poſſit animæ immortalitas? 740

Exercitatio. 775

4. De origine animæ rationalis. 796

Exercitatio. 834

Sectio II. De mutuo commercio mentis cum corpore.

Art. I. Declarantur leges commercii in genere. 853

2. Expenditur Syſtema cauſarum occaſionalium. 860

3. Examinatur Syſtema Harmoniæ præſtabilitæ. 871

Exercitatio. 889

4. Pro-

4. Proponitur Syſtema influxus Phyſici. 906

5. Ad trutinam revocatur Syſtema Cl. P. Tourneminii. 925

Exercitatio. 939

6. In quo conſiſtat unio? 956

Exercitatio. 962

7. Quænam ſit præcipua ſedes animæ cum corpore unitæ? 972

Sectio III. De potentiis animæ.

Art. I. De potentiis cognoſcitivis, in parte animali reſidentibus. 984

2. De potentia cognoſcitiva in parte rationali, ſive de Intellectu in genere. 998

3. Declaratur Syſt. PP. & NN. de modo cogitandi. 1006

4. De Memoria 1024

5. De appetitu animali. 1040

6. De Appetitu rationali, ſeu voluntate, ejusque libertate. 1053

Exercitatio. 1066

7. Quomodo voluntas ab intellectu dependeat,

&

& quænam ex alteru-
tra potentia nobilior
ſit? itemque de habi-
tibus. 1074

DISSERTATIO II.
SEU
Theologia Naturalis.

SECTIO I. De exiſtentia Dei.
ART. Un. An exiſtentia Dei evi-
denter demonſtrari
poſſit? 1091
Exercitatio. 1105
SECTIO II. De Deo providente, &
cum creaturis concurrente.
ART. 1. An cunctæ res ſubjaceant
providentiæ Divinæ? 1119
Exercitatio. 1123
2. An Deus ad omnes actio-
nes creatas immediate
concurrat? 1128
Exercitatio. 1131
3. An Deus creaturas ad
agendum phyſice præ-
moveat? 1140
Exercitatio. 1169

PRO-

PROLEGOMENA
METAPHYSICÆ.

I.

PRæmiſſa *Logica Critica*, traditisque in ea regulis, quibus in *invenienda*, *dijudicanda*, aliisque ite *communicanda* veritate mens humana irigatur, eam nunc diſciplinam declaandam ſumimus, quæ & arctam cum ogica *connexionem* habet, & aliis ſcieniis *principia* ſuppeditat ſolida, atque nter cæteras Philoſophiæ partes yronibus, ad S. præſertim *facultatem* Logicæ Metaphyſica merito ſubjicitur.

A *Theo-*

Theologicam aſpirantibus, omnium ſane *utiliſſima* exiſtit; unde & *Logicæ* merito ſubjicitur, & immediate poſt illam in ſcholis modernis traditur, tum quia & ipſa circa mentis *ideas*, primaque rerum *principia*, Methodo *Logicæ* propria occupatur; tum quia ſummopere expedit ejusmodi notiones entium univerſales, *generaliaque principia* noſſe, antequam ad *particularia* aliarum ſcientiarum theoremata progreſſus fiat, ut Methodus *Synthetica* requirit (Log. *fol.* 290.)

Metaphyſicæ nomen, & derivatio.

II. Origo porro nominis METAPHYSICÆ venit a græcis vocabulis Μετὰ poſt, & Φυσικὴ *phyſica* (*naturalis ſcientia*) quod tamen nomen huic facultati non ab *Ariſtotele*, nec ab ullo alio veterum Philoſophorum, ſed primum ab *Alexandro Aphrodiſæo*, & *Joanne Philopono*, aliisque Ariſtotelis interpretibus inditum fuiſſe traditur, ex eo, quod libri quidam (*Metaphyſici* nunc dicti) ab iis, qui Ariſtotelis libros in ordinem redegere, *phyſicorum* libris ad calcem ſubjecti, adeoque *poſt phyſicam* collocati, & in unum corpus cum aliis Stagyritæ ſcriptis redacti fuerint.

Nem-

Nempe, ut Strabo & Plutarchus)mmemorant, Ariſtoteles Theophra- um diſcipulum quondam ſuum Biblio- ecæ ſuæ & ſcholæ reliquit hæredem,)c addito mandato, ne in publicam cem de ſcriptis ſuis quidquam ede- :t; Theophraſtus vero ille præfatos riſtotelis libros cuidam Neleo Scepſio le *Scepſi* oppido oriundo) iisdem con- tionibus teſtamento legavit, a quo alii :nuo, & litteris quidem parum aut ni- l exculti homines, litterariam illam ereditatem accepere. Hi metu Atta- :orum Regum (qui Scepſi oppido nc dominantes, ad inſtruendam aut cupletandam Pergami erectam non ı pridem ſuam Bibliothecam, libros ıdique conquirebant) adacti, pretio- ıs hoſce ingenii Ariſtotelici partus, in :rra defoſſos orbi litterato tamdiu ſub- ıxere, donec ipſorum ſucceſſores li- ·os in terra ſepultos, & blattis ac ti- :is exeſos, poſt 160 circiter annos in cem denuo extractos, Apelliconti Te- ·, celeberrimo Athenienſium Conſu- , venderent, qui, ut Athenæus re- rt, proprio Marte illos reſtituere at- ıe redintegrare ſatagebat. Iſto fatis :functo Sylla Romani exercitus Im- :rator (expugnatis Athenis) hanc

Librorũ Ariſtotelis fata.

Bibliothecam e Græcia Romam aſportavit, ſub Marci Tullii Ciceronis tempora, ubi quidam Grammaticus, cui nomen *Tyrannio*, lacunas in libris Ariſtotelicis factas, denuo ſupplere atque emendare ſtuduit, a cujus obitu illi denique ad Andronicum Rhodium pervenere, qui pariter cenſura pro libitu applicata, hos libros recenſuit, & quæ ſibi viſa ſunt, adjecit, aut detraxit, materiis, quæ ad *Logicam*, *Phyſicam*, ac reliquas diſciplinas ſpectabant, in debitum ordinem redactis, reliquis vero ad nullam determinatam facultatem ſpectantibus, *poſt* libros *phyſicos* collocatis. Inde quidam (nec forte injuſte) inferunt, *Metaphyſicorum libros* præ omnibus aliis magis eſſe corruptos, ac multis in locis mancos, nec ſolum ab *Ariſtotele*, eo ordine, quo nunc ab Ariſtotelicis tractantur, non eſſe conſcriptos; ſed & omnino dubitant, an *libri Metaphyſicorum* ſint genuinus *Ariſtotelis* partus, cum *Diogenes Laertius* Catalogum librorum *Ariſtotelis* pertexens, nullam prorſus de iis mentionem faciat, id quod ſaltem de duobus ultimis (13. enim in ſcholis libri Ariſtotelis de rebus *Metaphyſicis* tractantes numerantur) non pauci

:i aſſerunt, cum teſte Cl. P. Rapino tempore *S. Thomæ* plane incogniti fueint, eosdem tamen Ariſtoteli vendiare conantur alii, tum ob *ſtyli æquatatem*, tum propter Stagyritæ proriam ratiocinandi *ſubtilitatem* ac *ſoliditem* (Log. *fol.* 449.)

III. Sunt etiam qui *Metaphyſicæ* noien inde derivare volunt, quaſi ipſa t ſcientia *trans* vel *ſupra* Phyſicam, ve *ſcientia transnaturalis*, eoquod *Phy-:a* rerum ſolummodo *corporearum* ac *nſibilium* naturam ac proprietates exaiinet, *Metaphyſica* vero ea, quæ a *ateriæ* commercio ſunt ſeparata, ſive *'ansnaturalia*. *Phyſica* nempe *proximas* ıntum rerum naturalium *cauſas*, hæc *'motas*, & maxime *genericas* inveſtigat; la *exteriorem*, & *ſenſibilem*, hæc *inteorem* & *intelligibilem* rerum ordinem ɜrſcrutatur. Et vero *maxima eſt voptas*, *&* *ingenua delectatio contemplari teriora mundi*, *ſeu potius intelligibilem verum mundum, ex inviſibilibus elemen-:, ordineque inviſibili pulcherrime conuctum, ad quem nullus pertingit, qui œnomena tantum mundana admiratur, c eſſe putat, niſi quod oculis contuetur is*, inquit *Cl. Ant. Gen. in Proleg. Met.*

Metaphyſicæ objectum,

Jucunditas,

Utilitas, §. 5. Accedit & ſumma *utilitas*, nam ſi ſtudiorum humaniorum (*Philoſophiæ* præſertim) ſcopus eſt *hominum felicitas* (Log. *fol. 6.*) eaque poſita eſt in perfecta *voluptate*, ex perfecto *bono* manante, optimumque hominis bonum per *mores* rite conformatos obtinetur, moresque rite conformant *Ethica* & *Theologia*, has vero Metaphyſica dirigit (I.) hominum vitæ, ſocietati, & Religioni *utiliſſima* eſt Metaphyſica. Nil dicam de utilitate, quam affert ad *mentem excolendam*, ejus *capacitatem* augendam, & *ratiocinandi* facultatem exercendam.

IV. Metaphyſica, quoniam res non niſi a materia *abſtractas*, *genericas*, & *intelligibiles* conſiderat (*n. præc.*) Definitio, definitur nunc communiter, quod ſit *ſapientia, vel ſcientia ſpeculativa. quæ circa ens generatim. illiusque affectiones per mentem abſtractas; ſpeciatim vero circa ſubſtantias ſpirituales, naturali ratione cognoſcendas occupatur.* Vocatur autem 1. *ſapientia*, id eſt, *ſuperior* quædam *ſcientia*, ſive, ut *Doctor Subtilis* loquitur *l* 1. *Met. c.* 1. *altiſſimus mentis habitus, occupatus circa univerſaliſſima, difficillima, certiſſima, omnium cauſas ac* *prin-*

incipia proferens, *maxime propter ſe* *ſpetendus, & cæters habitibus ſcientiis tanquam famulus imperans.* 2. Dicitur quoque *ſcientia* (Log. *fol.* 481.) im quæ de ente in genere, de Deo, anima rationali in ſpecie demonrat, ea *immutabilia* ſunt, ut inferius atebit. 3. Dicitur *ſpeculativa* ſeu *Theotica* (Log. *fol.* 596.) quia nihil circa bjectum ſuum *efficit*, aut efficiendum æſcribit, unde & Ariſtoteles exeſſe docuit *l.* 1. *Met. c.* 2. *oportet imorum principiorum, & cauſarum ientiam ſpeculativam eſſe.*

V. Quoniam res duplicis generis a ateria abſtractæ dantur, 1. *univerſales*, iæ per noſtram ſaltem conſideratioem ab ea ita præſcindunt, ut, quæ illis demonſtrantur, rebus *corporeis*, *incorporeis* ex æquo conveniant. *Particulares*, quæ re ipſa a materia, e a ſubſtantia *corporea* ſunt ſecretæ, pure *immateriales*, hinc duplex enaitur *Metaphyſicæ diviſio*, ſcilicet 1. Generalis, quæ vel circa *ens generatim* mptum verſatur, & Ontologia dicitur, vel circa *Mundum qua talem*, itidem *in genere*, ſicque Cosmoloa audit, quæ a Wolfio omnium pri-

Et Diviſio.

In generalem, Seu Ontologiam,

mo in Ordinem Syſtematicum redacta, Metaphyſicæque inſerta, a nobis vero (ne præſens hocce opuſculum nimium excreſcat) quoad ſuas materias, ſibi proprie congruentes, *Phyſicæ* tum *univerſali*, maxime vero *particulari* (in qua ex inſtituto de *mundo*, mundique Syſtematibus agitur) reſervata eſt.

Et particularem, Seu Pnevmatologiam.

2. Particularis, quæ *ſpirituales* ſubſtantias ita perſcrutatur, ut earum naturam, exiſtentiam, atque operationes, in quantum *naturali lumine* attingi queunt, in aperto ponat, atque declaret. Hæc uno verbo Pnevmatologia (a græcis vocabulis *πνεῦμα ſpiritus*, & λόγοσ ſermo) quaſi *ſermo de ſpiritibus* dicitur; cumque duæ potiſſimum ſint ſubſtantiæ *ſpirituales*, *creata* una & altera *increata*, ideo Pnevmatologia in duas iterum ſubdividitur partes, nempe in Psychologiam, quæ ſpiritum *creatum* contemplatur, & in Theologiam naturalem, quæ de ſpiritu *increato* ac infinito, Deo ſcilicet T. O. M. pro viribus naturalibus diſſerit. Huic diviſioni conformiter ut procedamus, ponitur primo

ME-

METAPHYSICA
GENERALIS,
SEU
ONTOLOGIA.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

VI. ONTOLOGIA a Græco *ὢν ens*, & *λόγοσ ſermo*, quaſi *ſermo de ente*, a pleriſque etiam *Philoſophia prima* dicitur ſine addito, quod nomen quia *univerſæ quoque Metaphyſicæ* ab aliis tribuitur, patet, tum quanta ſit ejus *extenſio*, tum quæ ſit *utilitas* atque *præſtantia*, prima enim omnis ſcientiæ principia, primæque veritates, quæ fundamentum concluſionum omnium tam in *Philoſophia*, quam in *Theologia* ac *Jurisprudentia* conſtituunt, exinde vel hauriuntur, vel declarantur, adeoque haud mirandum, quod nonnulli eam quoque *ſcientiarum Principem* & *Reginam*, *generalemque ſapientiam* indigitent, aut potius *intelligentiam*; hæc enim juxta Ariſtotelem *l. 6. Eth. c. 6.* eſt *cognitio primorum principiorum*, *ſeu Axiomatum communium*, quæ ex ideis notiſſimis ſunt conflata; Male vero, nec ſine gravi injuria præclariſſimam utiliſſimamque hanc ſcientiam alii præſumunt nominare *Lexicon Philoſophicum*,

Ontologiæ definitio.

Calumniæ in eam, Partim injuſtæ, *cum*, aut *faraginem terminorum barbarorum*, vel *ſylvam ſpinoſarum ſubtilitatum*, nimirum *privatas rationes* ſpectant iſti, & ſolum, quid e re *ſua* aut *ſuorum* eſſe videatur, non vero, quid *univerſalis* ſcientiæ ratio poſtulet: inde, quæ pro ſuo foro neceſſaria in Philoſophia non vident, continuo mallent expuncta; fere, ſicut ii, qui in urbe *merces* cuperent exterminari, quibus ipſi non egent, aut erga quas non afficiuntur.

Partim etiam juſtæ. Cæterum negari tamen omnino non poteſt, a veteribus quibusdam Philoſophis in pertractanda nobiliſſima hac Metaphyſicæ generalis parte ſæpe plus nimio, & abſque cauſa, imo usque ad *obſcuritatem*, ſubtilitatibus litatum fuiſſe, terminosque ſenſu caſſos absque ulla demonſtratione pro claris atque diſtinctis, eſſe legentibus obtruſos, quod ſane ejusmodi Ontologiæ *Profeſſoribus*, non item *Ontologiæ* ipſi verti vitio debet: Nos igitur in hac parte, ne ſimili cenſura perſtringi mereamur, terminos nonniſi exacte definitos adoptabimus, memores tamen ſemper illius Regulæ in *Logica* traditæ, *non eſſe in definitionibus, æque ac vocabulis*

a ſen-

ſenſu litteratorum communi absque juſta & legitima cauſa tam facile diſcedendum, d quod in Metaphyſica cavendum præ-ɪrimis eſſe cenſemus, ne ſcilicet, ſi ecus attentare velimus, forte con-ingat, ut tam in hac, quam in aliis, Metaphyſica primas concluſiones uas deducentibus artibus atque ſci-ntiis, nemo unquam alterum intelli-at, ſicque Babelica linguarum *con-uſio* in S. etiam facultate *Theologica* xoriatur.

Quod ipſum in cauſa eſt, ut voces uædam, quæ multis videntur *barba-æ*, ex *Ontologia* eliminari nec poſſint, ec debeant; enimvero ſi cuilibet arti *Mechanicæ*, etiam viliſſimæ, terminis uis, uti vocant, *technicis*, libere li-iteque uti permittitur, quidni huic obiliſſimæ ſcientiarum Reginæ iſtud us qualecunque denegetur, cui illa, i ita loqui licet, a longiſſimo jam tem-ore præſcripſit? Quamquam aliam onge de terminis Ontologicis cenſu-am, facto deſuper accurato examine ulerit quoque ipſe *Wolfius Ontol. Pro-eg.* §. 14. nempe *terminos Philoſophicos ſcholaſticis in Ontologiam introductos laros eſſe, ſi non omnes, ſaltem pluri-mos.*

Excuſantur voces Barbaræ, in Ontologia adhiberi ſolitæ.

mos, & jam olim veriſſime pronunciavit Magnus ille S. Augustinus *l.* 4. *de doctr. Chriſt. c.* 11. *Bonorum ingeniorum inſignis eſt indoles, in verbis verum amare, non verba: quid enim prodeſt clavis aurea, ſi aperire, quod volumus, non poteſt, aut quid obeſt lignea, ſi hoc poteſt? quando nihil quærimus, niſi patere, quod clauſum eſt?*

Intentio, & ſcopus ſcribentis.

Jam! quantum ad *materias* in hac parte contentas attinet, *Scotiſtarum* equidem principia pro tyronum (quos ad *Theologiam Scotiſticam* præparandi animus & imperium mihi fuit) captu & utilitate, plerumque ſequor, non tamen ita, ut præjudicatam potius *autboritatem*, quam *rationem* in quocunque prævalere ſponte mihi patiar, memor illorum, quæ in *Logica critica (fol.* 31.) proteſtatus fueram, indeque & illis, qui civitate donatas Neotericorum Catholicorum ſententias tueri velint, pro virili meo ſatisfacturus, iſtorum Philoſophorum principia nedum, ubi occaſio fert, clare expono, ſed & quandoque amplector, ut ſic iidem tyrones pro genio docti moderni ſæculi de utraque Philoſophia tam *Peripatetica* quam *Mechanica*, ſolidé diſcur-

urrere, *veritatemque*, unde unde ha-
eri poteſt, eruere, *prudenterque* am-
lecti ipſimet addiſcant (Log. *fol.* 579.)

VII. Quidquid porro de prima hac *Aetaphyſicæ generalis* parte univerſim uæri poteſt, ad quatuor præcipue apita referri ſolet, quæ & totidem liſſertationibus pertracto, quarum 1*ma* git de concéptu *entis* in genere, deque *ttributis* ejus generalibus. 2*da* de iverſis *entium claſſibus*, 3*tia* de entis *ctivitate*, ſive de illius principiis & *auſis*: 4*ta* denique de locatione & duatione *entium*. *Diſſertationes* vero rurım in *ſectiones*, & has in *articulos* diido. Igitur auſpice Deo & Duce Iaria ſic opus aggredior! Diviſio.

DIS-

DISSERTATIO I.

De *Conceptu entis in genere, deque Attributis ejus generalibus.*

SECTIO I.

PRÆLIMINARIS, De *Primis Cognitionis humanæ Principiis.*

VIII. QUoniam Ontologiæ munus eſt *prima* ac *univerſalia* omnis cognitionis *principia* tradere (VI.) merito hic in limine, antequam greſſum ulterius promoveamus, *quid* per ejusmodi principia intelligamus, & *quot* numerentur? declarandum, nitideque dilucidandum venit. Principiū primum cognitionis Eſt autem *Principium primum* talis propoſitio, quæ in ſerie veritatum prima exiſtit, adeo ut ex illa veritates reliquæ omnes deduci, atque in eam ultimato reſolvi queant. Sic e. g. iſt-

Artic. I.

thæc propoſitio: *anima eſt ens ſimplex*, plerisque Philoſophis aſſignatur ro principio hujus propoſitionis: *ani-a eſt immortalis*, eoquod omnis de *nimæ immortalitate* demonſtratio in eam ecidat. Quia porro omnes, quas co-noſcimus *veritates*, vel *neceſſariæ* ſunt, el *contingentes*, (Log. *fol.* 159.) dupli-is quoque generis Principia pro hac uplici veritatum claſſe vulgo aſſig-antur, nempe pro neceſſariis *Princi-um contradictionis*, pro contingenti-us vero *rationis ſufficientis* principium, gamus de ſingulis!

ARTICULUS I.

De Principio Contradictionis.

Principiū Contradictionis

(. PRincipium contradictionis*, ſive (ut alii ſcribunt) *Principium de con-adictoriis*, vocatur iſta propoſitio, ıdum ab Ariſtotele tradita *l.* 4. *Metaph.* 3. *Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe*, & *non e*, facitque hunc ſenſum: *contra-toria verificari non poſſunt de eodem undum idem reſpectu ejusdem.* (Log. *l.* 204.) Nempe quia ſublata hujus opoſitionis veritate aperta ſequere-

B tur

tur *contradictio*, hinc merito *contradictionis principium* ab omnibus indigitatur. Et quia inſuper rerum *eſſentia* æque ac *neceſſitas* ex eodem principio determinatur, ut *ſit hæc potius quam alia*, Principium quoque *neceſſitatis*, & *eſſentiarum* ab aliis audit.

PROPOSITIO.

Principium Contradictionis eſt omnis omnino veritatis principium abſolute primum.

Eſt primũ cognoſcẽdi principium.

X. PROBATUR. Illud eſt principium omnis veritatis abſolute primum, quod a nullo priore poteſt demonſtrari, & ex quo veritates omnes reliquæ deducuntur (VIII.) atqui principium Contradictionis ex nullo *priore ſe* poteſt demonſtrari, ſed potius ex illo tanquam priore, veritates reliquæ omnes deducuntur: ergo &c. p. m. *quoad* 1. *partem.* Si ex aliquo priore (ſive *a priori*) poſſet demonſtrari, deberet ex alia propoſitione *priore*, aut principio *notiore* firmari (Log. *fol.* 469.) atqui hoc non: ergo &c. p. m. Quæcunque

que demum propoſitio aſſumatur, ſemper hoc principium contradictionis *ſupponi* debet: ergo iſtud ex alia propoſitione *priore*, aut principio *notiore* firmari non poteſt. P. A. Si enim illud principium non aſſumatur, tunc quælibet alia propoſitio, quæ *fundamenti* loco ponitur, & *vera* ſimul eſſe poſſet, & *falſa*, & conſequenter eo ipſo veritatis principium eſſe nequit. Ex quo evidenter quoque, ac *poſitive* probata eſt m. *quoad* 2. *partem. Negative* tamen ulterius ſic *probatur I.* ſi daretur in aliqua propoſitione *veritas*, quæ non ex hoc principio deduceretur, eſſet v. g. in hac propoſitione: *quodlibet eſt, quod eſt*, vel alia ſimili: atqui hoc non: ergo &c. M. eſt Cl. P. *Buffier* citati a Cl P. *Hauſer Ontol. p.* 1. §. 11. m. p. hæc ipſa enim propoſitio vel nonniſi *dependenter a principio contradictionis* vera eſt, vel, ſi non nihil accuratius perpendatur, cum eodem *coincidit.* p. m. quoad 1. *membr.* Sublato enim *principio contradictionis* determinate affirmari nequit, *quodlibet eſſe, quod eſt*, quia æque *poſſet non eſſe, ſimul & ſemel, quod eſt.* Dein quoad 2. *membr.* Illa propoſitio facit revera hunc ſenſum: *Impoſſibile eſt, quodlibet eſſe, quod eſt, & ſimul non*

Hæc propoſitio: *quodlibet eſt, quod eſt*, non eſt primum cognoſcendi principium,

Sectio I, Nec iſta propoſitio Carteſii: *cogito: ergo ſum*,

eſſe illud ipſum, quod eſt: ergo. *II.* Etiam illa propoſitio *Carteſii*: *ego cogito*: *ergo ſum*, quam ipſe pro primo *veritatis principio* ſtatuit (Log. *fol.* 711.) ex *principio contradictionis* deducitur: ergo &c. p. A. Fingat enim Carteſius, Principium iſtud poſſe *deficere* & *fallere*: Jam ergo cum ſe *exiſtere* ſcit, aut *cogitare*, neſciret ſimul, num *exiſtat* aut *cogitet*, quia ſic fieri poſſet, ſimul & ipſum *exiſtere*, & *non exiſtere*; nam ſublato eodem principio utrumque *ſimul* poſſibile foret. Dein iſta Carteſii propoſitio eſt mere *contingens*, & vera tantum ex hypotheſi, quod ego *cogitem* & *exiſtam*, & conſequenter tantum *particulare* effatum, non *univerſale principium*, prout eſſe deberet. (VIII.) Neque hæc propoſitio ullam habet *connexionem* cum aliis cognitionibus, & veritatibus *particularibus* ſcientiarum, utpote quæ eſſent, licet ego non *cogitarem*, nec *exiſterem*. Denique in illa propoſitione *idem probatur per idem*, quæ eſt aperta fallacia. (Log. *fol.* 282.) Nam hæc propoſitio: *ego cogito*, reipſa facit hunc ſenſum: *ego ſum res cogitans* (Log. *fol.* 156.) & conſequenter, dum dicitur: *Ego cogito*, dicitur quoque jam implicite ſaltem: *ego ſum*: ergo cum

rur-

ırſum infertur: *ego ſum*, infertur pror-
ıs idem, & plane coincidit cum illo
hryſippi: *Si ſol lucet, lucet: lucet au-
m: ergo lucet;* nam & illa Carteſii ju-
ta Logicam ita ſonat: *ſi ſum, ſum:
ım autem: ergo ſum.*

Nec dicat Carteſius. Illud eſt primum
veritatis principium, de quo ipſe cer-
us ſum, etſi cætera omnia falſa eſſe
ſupponerem: atqui quod *exiſtam, dum
cogito*, ita certus ſum: ergo. Nam

R. N. M. ſed inſuper tale principium debet non poſſe ab alio *notiore* demonſtrari, & inſuper habere *connexionem* cum rerum eſſentiis, aliæque veritates *omnes* ex eo ſolo deduci debent, quorum nihil in iſto Carteſii principio reperitur, unde m. Syllogiſmi poteſt *retorqueri*; nam pariter certus ſum e. g. quod *totum ſit majus ſua parte*, quod *bis duo ſint quatuor* &c. Neque tamen una vel altera harum propoſitionum pro *primo* veritatis principio haberi poteſt: ergo *a pari.*

Hoc principium eſt immutabile,

XI. *Corollaria.* I. Principium contradictionis non ſolum *univerſale*, ſed & *neceſſarium* eſt ac *immutabile*; non enim caſus aliquis datur, vel dabitur, in quo fieri poteſt, ut *idem ſimul ſit, &*

non ſit; ſecus quippe *fundamentum* omnium veritatum *primum*, (X.) adeoque etiam omnis omnino *veritas* corrueret, nullaque prorſus in mundo exiſteret *ſcientia*, quod tamen falſiſſimum eſt. (Log. *fol.* 552.) II. Illud principium procedit quoque in *Divinis*, ita ut neque Deus *contradictoria* verificare, aut ſimul producere queat. III. Hoc ipſum principium eſt fons & origo omnis *certitudinis metaphyſicæ*, (Log. *fol.* 174.) eoque ſublato tollitur *certitudo* metaphyſica cujuslibet propoſitionis, unde nec altera Carteſii propoſitio de *idea clara & diſtincta*, (Log. *fol.* 711.) pro *primo* veritatis principio haberi poteſt, utpote quæ ſolam parit certitudinem *phyſicam*. (Loc. cit.)

Procedit etiam in Divinis.

ARTICULUS II.

De Principio rationis ſufficientis.

Ratio ſufficiens.

XII. Ratio *ſufficiens* vocatur illud vel *motivum* vel *finis*, ex quo cognoſcitur, *cur* alterum *exiſtat*. e. g. *æterna beatitudo* eſt homini probo *ratio ſufficiens*, ut in hoc mundo abneget ſemetipſum, & ſequatur Chriſtum. Item

am-

ubitio & *vana* nominis ſui amplifican- cupido fuit Alexandro M *ratio ſuffi- ens* Darium oppugnandi &c.

Multiplex datur *rationis ſufficientis* ecies; nam I. alia eſt ratio ſufficiens *Poſſibilitatis*. *ſſibilitatis*, ex qua intelligitur, cur ali- uid ſit *poſſibile*. Sic interna voluntatis oſtræ tam ad bonum quam ad malum *differentia* eſt ratio ſufficiens, cur poſſi- ilis ſit noſtra æterna damnatio, dicen- S. AUGUSTINO: *Si ceſſaret voluntas opria, infernus non eſſet.* II. Alia eſt *ualitatis* ratio, ex qua patet, cur *Actualitatis*. iquid ſit *actu* e. g. accepta injuria eſt tio, cur alter actuali ira excandeſ- t. III. Datur quoque ratio ſuffi- *Externa & interna*. ens *extrinſeca* & *intrinſeca*. e. g. *Me- ncholiæ*, hominem occupantis, ratio fficiens *interna* eſt vitioſa ſanguinis onſtitutio; (Log. *ſol.* 346.) *externa* ero eſt e. g. præſens *miſeria*, pauper- s, inflicta calumnia &c. IV. Alia enique vocatur ratio ſufficiens *ſim- Simplex & compoſita*. *ex*, alia *compoſita*, ſeu duplex. Sic g. ratio ſufficiens *ſimplex* creationis undi eſt ſola voluntas DEI; ratio ero ſufficiens noſtræ ſalutis æternæ t tam *gratia* DEI, quam noſtra *coope- tio*, adeoque ex duplici ratione *com- ſita.*

Differt a cauſa phyſica. *Ratio ſufficiens* a *cauſa* efficiente *phyſica* per hoc diſtinguitur, quia hæc rationem alterius in ſe vere *realiter* & *effective* continet, non autem ſemper illa e. g. Sempronius eſt *cauſa phyſica* efficiens deambulationis; quam facit; *ratio* vero *ſufficiens*, ob quam deambulat, poteſt eſſe vel repræſentatio tempeſtatis amænæ, vel viſitatio amici; vel devotio in templo perſolvenda &c. quarum nulla in deambulationem *phyſice* influit, ſed ſolum *moraliter*, ut conſideranti liquet. Interea tamen vera ſemper manet atque manebit ſequens

PROPOSITIO.

Nihil fit, ſive contingit, absque ratione ſufficienti.

Ratio ſufficiens invenitur in omnibus. XIII. PRobatur. Si aliquid fieret absque ratione ſufficienti, ſequeretur, quod τὸ *nihilum* illam rem produxiſſet, adeoque etiam τό *nihilum exiſteret*, (nam *non exiſtens* nil *agere* vel producere poteſt) & ſimul *non exiſteret*, (quia alias non eſſet *nihilum*) atqui hoc fieri nequit: ergo &c. p. m.

Idem

em enim ſimul *eſſet*, hoc eſt, *exiſte-t*, & ſimul *non eſſet*, hoc eſt, *non iſteret*: atqui *impoſſibile eſt idem ſimul è, & non eſſe* (XI.) ergo nihil fit ſque ratione ſufficienti. Accedit uthoritas S. Scripturæ dicentis *Job.* 5. *6. nihil in terra ſine cauſa fit.*

XIV. *Corollaria.* I. Principium ratio-s ſufficientis non eſt *abſolute primum* ɩgnoſcendi principium; fluit enim ex incipio contradictionis, (XIII.) ab ɩque omnem ſuam firmitatem habet: *ſpective* autem, ſive reſpectu aliarum ɩritatum *contingentium* adhuc dici po-ſt abſolute primum, utpote quod a ɩllo *priore*, niſi a ſolo contradictionis incipio, demonſtrari valet. II. Hoc incipium eſt *univerſale*, & in *omnibus* nnino rebus *contingentibus* locum ha-t, nec ſolum in *corporibus*, ſed etiam *ſpiritibus;* licet alio modo ſe habeat prioribus, quam in poſterioribus, *corporibus* namque illa ratio ſufficiens *ɩtûs* v. g. eſt *neceſſitans*, *trudens*, atque *pellens*, in *ſpiritibus* vero ut pluri-ɩm ſuaviter *alliciens*, *invitans*, & *ſua-ns*: ſed & in *moralibus*, etſi quando-ɩe ſtet *pro ratione voluntas*, reipſa ſem-r adeſt aliqua *ratio ſufficiens* v. g. exer-

Eſt principium tantum reſpective primum.

Et univerſale in rebus cõtingentibus.

citium *libertatis*, vel *commoditas naturæ &c.* III. Quidquid habet *rationem ſufficientem*, eam aut *in ſemetipſo* habere debet, aut *in alio* ente extra ſe: rationem porro, cur exiſtat, in *ſemetipſo* habere poteſt ſolus Deus, qui propterea dicitur *ens a ſe*, reliquæ vero creaturæ omnes eam habent a cauſis *extra ſe*, & ideo vocantur *entia ab alio*. Interim neceſſe non eſt, ut *hæc* præciſe ratio adſit vel *illa*, ſed poteſt eſſe *alia*, *quoad ſe* quidem nota ac determinata, *quoad nos* vero etiam incognita, ob limites, quibus noſtra intelligendi facultas circumſepta in plurimis eſt; unde non raro effectum aliquem velut *prodigioſum* admiramur, cujus rationem ſufficientem in *natura* non invenimus, indeque noſtram teſtamur *ignorantiam;* nam *admiratio eſt filia ignorantiæ*. IV. *Quidquid exiſtit, eſt in ſe conceptibile*: quidquid enim exiſtit, debet habere *rationem ſufficientem*. (XIII.) Quidquid autem habet *rationem ſufficientem*, illud habet *aliquid*, ex quo ejus *exiſtentia* poſſit concipi (XII.) ergo. Dixi *in ſe*, non tamen ſemper *quoad nos*. Hinc

Debet vel in ipſa re exiſtere, vel aliunde habeari.

Omne, quod exiſtit, in ſe poteſt cõcipi.

XV. *Scholion.* Principium rationis ſufficientis in rebus *ſupernaturalibus*, & ad

Principiũ rationis

Artic. II. ſufficientis limitatur in Divinis.

l *fidem* immediate pertinentibus, ſi-ıt & in rebus *neceſſariis*, (hoc eſt *pri-as* rerum *eſſentias*, concernentibus) ıiverſaliter non procedit, niſi accu-ta fiat *diviſio* rationis ſufficientis in :ternam & *internam*, *primam* hic vo-ɔ *authoritatem revelationis*, in qua ſo-circa ejusmodi Myſteria habetur *ra-ɔ ſufficiens*, etſi altera ſeu *interna* deſit Log. *fol.* 389.) valetque hic illa PROSPERI ſententia *de vocat. gent. ıuda & venerare, quod agitur, quia um eſt neſcire, quod agitur.* Ex hac norata, vel inſuperhabita diviſione tionis ſufficientis in *intrinſecam* & *ex-inſecam* non unum eſt,(ut ait Cl. *P. Fort. Brix. Phyſ. Gen. p.* 1. §. 531.) tam in 'olfiana, quam Leubnitiana de *primis rum principiis* doctrina, quod plane ırruat, nempe in illis determinandis tio tota producti eſt voluntas pro-ıcentis, DEI ſcilicet, qui teſte Pſalmi-ı, *omnia quæcunque voluit, fecit, Pſ.* 3 v. 11. Huic etiam ſuppoſito in-:itur decantatum illud Axioma: *Id od omni ratione ſufficiente* (tam *inter-*, quam *externa*) *deſtituitur, nec eſt, : eſſe poteſt.*

SE-

SECTIO II.

De iis,

Quæ ad conceptum, entis pertinent.

ARTICULUS I.

De

Notione poſſibilis & impoſſibilis.

Poſſibile. Metaphyſice. XVI. **P***Oſſibile in genere* dicitur id omne, *quod non repugnat*, ſive quod nullam in ſuis prædicatis *contradictionem* involvit. *Poſſibile* vero in *ſpecie* 1. vocatur illud, quod, licet *modo* non exiſtat, poteſt tamen *aliquo tempore* exiſtere, ſive quod non dicit repugnantiam *a parte rei*, diciturque etiam *metaphyſice* poſſibile, & opponitur τῷ *actuali*. Logice. 2. Poſſibile accipitur pro eo, quod exiſtere poteſt, nec repugnat in *terminis*, ſive dein jam *exſtiterit*, ſive non exſtiterit, ſive etiam *actu* exiſtat, vel non, ſicque directe opponitur τῷ *impoſſibili*, & uno verbo appellatur *logice* poſſibile; *termini* enim ad *Logicam*, *eſſe* autem ſeu *exiſtere* ad *Metaphyſicam* pertinet.

XVII.

XVII. *Scholion.* *Poſſibile* non debet confundi cum *probabili*; nam *probabilitas* ſpectat *rationum*, quibus ad aliquid affirmandum aut negandum impellimur, *motiva* (Log. *fol.* 174. 488. *ſeq.*) poſſibilitas autem ipſam *rei naturam*: adeoque *probabilitas* conſiſtere valet cum entibus tum *poſſibilibus* tum *impoſſibilibus*, ipſaque *poſſibilitas* dici poteſt *primus probabilitatis abſolutæ gradus*, cum *exiſtentia* entis cujusdam quæritur (Log. *fol.* 438.) Non debet confundi cum probabili.

XVIII. *Corollarium.* Omne poſſibile *metaphyſice* eſt etiam *logice* poſſibile, non autem *viciſſim*; ſic enim v. g. quia *homo* a parte rei *metaphyſice* eſt poſſibilis, etiam eo ipſo nihil habet repugnans *in ſuis terminis*, ſeu *logice.* (XVI.) Econtra ad *Metaphyſicam* poſſibilitatem illud ſuper ex definitione, ſaltem *nominali* (Log. *fol.* 134.) requiritur, ut, quod dicitur ſic poſſibile, *non ſit actu* in rerum natura, quod ad poſſibilitatem *logicam* non exigitur, teſte Cl. P. *Fort. a Brix. Met. p.* 1. §. 66. qui propterea ait, *metaphyſicam poſſibilitatem* in duplici negatione poſitam eſſe, *intrinſecæ* nimirum *contradictionis*, & *realis actualitatis*. §. 79. Poſſibile metaphyſice eſt etiam tale logice, non vero econtra.

XIX.

XIX. Ut quis rite dijudicare, apteque decidere valeat, num hoc vel illud ſit vere *poſſibile*, ad duo præcipua eſt ipſi attendendum. 1. Ad *rem ipſam*, ejusque *naturam intrinſecam*. 2. Ad *vires* cauſæ *efficientis*, ſive *rem producere* valentis: indeque alia ſtatuuntur poſſibilia *abſoluta* & *intrinſeca*, alia vero *relativa* & *extrinſeca poſſibilia* dicuntur: *Prioris generis* ſunt ea, quæ in *intrinſeca ſua natura* non inferunt repugnantiam, ſive quorum prædicata *eſſentialia* neque *in terminis*, neque *a parte rei* ſibi invicem contradicunt, ut v. g. *homo* tanquam *animal rationale*, vel *circulus*, ut *linea æqualiter a puncto ſeu centro ubique diſtans* &c. Ad genus *poſterius* referuntur ea, quæ non tantum *intrinſecus* poſſibilia ſunt, (vel *logice*, vel *metaphyſice*) ſed etiam *extrinſecus*, id eſt, ex relatione ad certas *cauſas*, a quibus *effici*, ſeu *produci* poſſunt in determinato *tempore*, vel *loco*. e. g. Idem *homo*, vel *circulus*, etiam *extrinſece* poſſibiles ſunt, quia ſic in rerum natura, a cauſis *ſecundis*, itemque a *DEO* produci queunt; & quidem 1. ſi a ſolo *DEO* quidpiam effici valet, dicitur rurſum extrinſece *ſupernaturaliter* poſſibile, ut eſt v. g. reſuſcitatio mortui.

Poſſibile intrinſece,

Et extrinſece,

Supernaturaliter,

2. Si

. Si *viribus naturæ* fieri poteſt, dici-
ur *naturaliter*, aut *phyſice poſſibile*, ut Naturali-
. g. combuſtio ligni per ignis appro- ter,
imationem. 3. Si denique naturali-
er, etiam *ſine magna difficultate*, effici
oteſt, aut ſi *honeſtati* &c, adeoque *na-
uræ morali* non adverſatur, *poſſibile
orale* vocant Philoſophi, ut eſt v. g. Et mora-
filio probo patrem chariſſimum ama- liter.
, hominem ſanæ mentis amico bene-
cere &c. Cum igitur quæritur, num
liquid *poſſibile* ſit, *nec ne*? primum poſ-
bilitas *intrinſeca* perveſtiganda eſt,
einde *extrinſeca*; niſi enim ſciatur,
liquid intrinſecus poſſibile eſſe, per-
etuo quoque ignorabitur, num adſit
nta *potentia*, ut effici poſſit? e. g.
uæritur, an poſſibilis ſit alter mun-
us? hic primo examinari debet *intrin-
ca* poſſibilitas, deinde primum *extrin-
ca*, ſeu *potentia cauſæ*, a qua eſſet
ducendus. Sic pariter, quando de-
onſtratur, dari *ens*, quod *leges motus*
ſpendere poſſit, demonſtrata quoque
it miraculorum poſſibilitas *extrinſeca*.

XX. *Scholion.* Poſſibilitas porro *ex-* Extrinſe-
rna nunquam poteſt eſſe ſine poſſibi- ce poſſibi-
tate *interna*, bene vero econtra. *Ratio* le eſt etiã
ni eſt; quia, ſi id, quod eſt *extrinſece* tale in-
poſſi- trinſece,

poſſibile in ſua natura, & *abſolute impoſſibile* foret, tunc cauſa aliqua efficiens *externa* daretur, quæ poſſet producere id, quod eſt *impoſſibile*, hoc eſt, *quod nequit produci*, ſicque idem poſſet *fieri*, & non *fieri*, *eſſe* & *non eſſe*, quod implicat. (X.) *Ratio 2di* eſt, quia v. g. etſi mundus nunquam exſtitiſſet, nec ulla cauſa *externa* foret, a qua mundus poſſet produci, maneret tamen mundus *intrinſece poſſibilis* (XIX.) eoquod in interna ſua natura nullam involvit repugnantiam. Inde liquet, male procedere illos, qui *in gratiam Ariſtotelis* (mundum *ab æterno* eſſe adſtruentis.) *æternitatem mundi poſſibilem* demonſtrare cupiunt, ad *potentiam* Dei, qua ipſe mundum ab æterno *producere* potuiſſet, confugientes, nec tamen de eo ſolliciti, num creatio mundi *ab æterno intrinſece* ſit poſſibilis?

Sed non viciſſim,

Impoſſibile.

XXI. *Impoſſibile* vocamus id, quod repugnat, ſive quod involvit contradictionem, aut quod exiſtere nequit. e. g. creatura *independens*, circulus *quadratus*, *hirco-cervus* &c. nempe eodem modo, quo de notione *poſſibilis* hucusque dictum eſt, notio *impoſſibilis* enaſcitur, hinc datur quoque impoſſibile

Dividitur ſicut poſſibile,

le-

logice, *metaphyſice*, *intrinſece*, vel *extrinſece &c.*

XXII. Porro in *impoſſibilibus* ſtatuendis multa circumſpectione opus eſt; nam, ſicut mentes noſtræ ita finitæ ſunt & breves, ut non poſſint *eſſentias* rerum & *relationes* plene inſpicere, ita nequeunt dimetiri rerum *potentias activas*, ex quo fit, ut difficillime dignoſcantur certæ notiones *impoſſibilitatis* tum *intrinſecæ* tum *extrinſecæ*. Neque tamen ideo dici cum *Carteſio* debet, quod Deus omnium rerum *eſſentias* mutare, adeoque etiam ex *impoſſibilibus* facere queat *poſſibilia*; nam, ut præclare inquit S. Thomas *p.* 1. *q* 25. *art.* 3. *Quidquid poteſt habere rationem entis, continetur ſub poſſibilibus abſolutis, reſpectu quorum Deus dicitur omnipotens; nihil autem opponitur rationi entis, niſi non ens; hoc igitur repugnat rationi poſſibilis abſoluti (quod ſubditur divinæ omnipotentiæ) quod implicat in ſe eſſe, & non eſſe. Hoc autem omnipotentiæ non ſubditur, non propter defectum divinæ potentiæ, ſed quia non poteſt habere rationem factibilis,*

Dividitur ſicut poſſibile;

Deus non poteſt facere impoſſibilia.

bilis, neque poſſibilis. Quæcunque igitur contradictionem non implicant, ſub illis poſſibilibus continentur, reſpectu quorum dicitur Deus omnipotens, ea vero, quæ contradictionem implicant, ſub divina omnipotentia non continentur; quia non poſſunt habere poſſibilium rationem, unde convenientius dicitur, quod ea non poſſint fieri, quam quod Deus non poſſit facere. Neque hoc eſt contra verbum Angeli dicentis: NON ERIT IMPOSSIBILE APUD DEUM OMNE VERBUM; *id enim, quod contradictionem implicat, verbum eſſe non poteſt, quia nullus intellectus poteſt id concipere.* Hæc ille. & ſane qui cum Carteſio in hac parte ſentit, purum in Rempublicam litterarum Scepticiſmum (Log. *fol.* 550.) inducit, cum prima eruditionis humanæ fundamenta ſubvertat. Cæterum non male obſervant quidam, quod *Carteſius* effugium illud callide petierit, ne ſententiæ ſuæ de *eſſentia corporis* in trina dimenſione (de qua alibi) cenſura ab Eccleſia inureretur, Ob SS. Euchariſtiæ Myſterium, quod ille ſartum tectumque ſervare cupiens

aſſe-

aſſeruit, quod Deus *impoſſibilia* facere poſſit.

XXIII. *Impoſſibilia* quoque triplicis ſunt generis: 1. *abſolute impoſſibile* dicitur illud, quod in ſe *ex natura ſua* involvit contradictionem, ut *homo irrationalis*, *Deus dependens &c.* 2. *Hypothetice impoſſibile* eſt, quod *ſub* quibusdam tantum *conditionibus*, & circumſtantiis fieri nequit, ut nox, vel tenebræ eo tempore, quo ſol lucet. 3. *Moraliter impoſſibile* illud nominatur, quod quidem *in ſe* non involvit contradictionem, infert tamen repugnantiam in hoc illove ſubjecto, ob intercedentes ſubjecti illius perfectiones morales. e.g. Ut filius probus parentem ſuum amantiſſimum occidat, *in ſe* quidem non implicat, eſt tamen caſus moraliter *impoſſibilis*.

Impoſſibile abſolute, Hypothetice, Et moraliter.

XXIV. *Corollaria* I. Quod eſt *abſolute*, & ex *natura ſua* impoſſibile, fieri nequit ullo modo poſſibile (X.) II. quod eſt *hypothetice* & *moraliter* ſolum impoſſibile, adhuc fieri poteſt *abſolute* poſſibile. III. Omne *impoſſibile logice* eſt etiam *metaphyſice impoſſibile*, & econtra; nam quod *in terminis repug-*

Abſolute impoſſibile fieri repugnat, non vero Hypothetice aut moraliter impoſſibile. Impoſſibile Logi-

 nat

ce eſt etiã tale Metaphyſice, & econtra.

nat, (quod ipſum eſt eſſe *logice impoſſibile*) repugnat etiam *a parte rei* (quod eſt eſſe *metaphyſice impoſſibile*) & rurſum quod *a parte rei* contradictionem involvit, ut e. g. circulus *quadratus*, illam etiam involvit *in terminis* ut patet.

Impoſſibile in Script. ſumitur quandoque pro difficili.

XXV. *Scholion*. Inde facile intelliguntur paradoxæ quædam S. Scripturæ locutiones. e. g. *Impoſſibile eſt, ut non veniant ſcandala*. Luc. 17. v. 1. Item *impoſſibile eſt, eos, qui ſemel ſunt illuminati, . . . & prolapſi ſunt, rurſus renovari ad pœnitentiam*. Hebr. 6. v. v. 4. & 6. loquuntur enim ſolum de impoſſibilitate *hypothetica* & *morali*, atque idem ſonant, ac *difficile &c.*

ARTICULUS II.

An, & unde poſſibilia habeant ſuum eſſe?

Status quæſtionis.

XXVI. Quæritur hic 1. an *poſſibilia mere talia*, hoc eſt, ad exiſtendum nondum determinata, adeoque a *futuritione*. (Log. *fol.* 667.) ut ajunt, penitus abſtrahentia, habeant *in ſe* jam aliquod *eſſe reale*, independenter ab *intellectu* concipiente? 2. An illud

eſſe

eſſe *reale*, ſi quod habeant, ſit mere *potentiale*, ſeu *poſſibile*, an vero ſit etiam aliquid *actuale?* 3. *Unde* denique, ſive *a quo* habeant illud ſuum quodcunque eſſe, an ſcilicet *a ſe*, an vero ab alio? quoad *primam* difficultatem pœne omnes inter ſe Philoſophi conveniunt, quoad *ſecundam* vero Cl. *Pontius Scotiſta* ab aliis diſſentit, affirmans, quod poſſibilia habeant aliquod eſſe *reale actuale*, ut vocat *diminutum*, hoc eſt, aliquid *plus* quam mere *poſſibile* & ab *intellectu Divino cognoſcibile*, ſimulque aliquid *minus* quam *actuale*, ſeu *exiſtens*: quoad *tertiam* denique difficultatem *Thomiſtæ* a reliquis ſcholis recedunt. Sententia Pontii.

PROPOSITIO I.

Poſſibilia intrinſece ſpectata habent eſſe quoddam reale, mere potentiale, & quidem ex natura ſua.

XXVII. PROBATUR I. *Quod habeant eſſe reale.* Per *eſſe reale* intelligitur idem, ac aliquid, quod *independenter ab intellectu* datur: atqui poſſibilia Poſſibilia intrinſeca habent eſſe reale.

 lia

lia intrinſece ſpectata (XIX.) habent aliquod eſſe *independenter ab intellectu:* ergo habent aliquod *eſſe reale.* p. m. Poſſibilia intrinſece ſpectata habent ſuum eſſe *ex natura ſua*: ergo *independenter ab intellectu. Antec.* mox patebit ex probatione *tertiæ partis*, tum etiam ex eo, quia nullo *intellectu* exiſtente, quin etiam *repugnante*, *homo* intrinſece & ex natura ſua foret *animal rationale*, adeoque haberet aliquid, (nempe iſta ſua *prædicata eſſentialia*) in quo nulla prorſus involvitur *contradictio*, neque *in terminis*, (hoc eſt *logice*) neque *a parte rei*, (quantum in ſe) hoc eſt, *metaphyſice* (XVI.) hoc ipſum ait Doctor Subtilis *in* 1. *ſent. diſt.* 36. *q. un.* §. *ad primum. Logica poſſibilitas ſtare optime poteſt, etſi nulla potentia eam reſpiceret.*

Non actuale, ſed potētiale.

Probatur 2. p. Si poſſibilia haberent aliquid *eſſe actuale* quodcunque *diminutum*, tunc jam *exiſterent actu*, (ſaltem ſecundum illud eſſe *diminutum*) atqui hoc fieri nequit: ergo poſſibilia non habent aliquod eſſe *actuale.* p. m. ſequeretur enim, idem *eſſe* poſſibile, & *non eſſe* poſſibile, quod prorſus repugnat. (X.) P. *ſequela.* Forent enim *poſſibilia*, (ex ſuppoſito) & *non forent*,

quia

quia haberent aliquod eſſe *actuale*: ergo. CONF. Repugnat prorſus aliquod *ens actuale*, ſimul & ſemel duas rerum *differentias*, inter ſe *oppoſitas*, participans, e. g. repugnat ens, ſimul & ſemel conſtans ex natura *hirci* & *cervi*: (hirco-cervus) ergo etiam repugnat *ens*, quod ſimul & ſemel eſſet *poſſibile*, & *actuale*, quia *actuale* æque contradicit τῷ *poſſibili*, ac *hircus cervo*.

PROBATUR 3. *p*. Quod rebus competit *ab intrinſeco* & *eſſentialiter*, hoc illis competit *ex natura ſua*: atqui poſſibilitas ſeu *eſſe reale potentiale* competit poſſibilibus *ab intrinſeco*, & *eſſentialiter*; ergo competit illis *ex natura*. m. patet ex terminis; nam *eſſe potentiale* & *eſſe poſſibile* ſunt termini convertibiles, & plane *ſynonymi*, dein τὸ *poſſibile* intrinſece dicit meram negationem *internæ contradictionis*: (XVI.) atqui ad meram *negationem* non requiritur cauſa *externa* qualiscunque *poſitiva*: ergo iſta negatio τῷ *poſſibili interno* eſt *intrinſeca*, hoc eſt *ex ſe*, ſeu *ex natura ſua* convenit, & non a *cauſa extrinſeca*, ſed potius, ut paulo poſt dicetur, eſt DEO & creaturis ex æquo *communis*. Et quidẽ ex natura ſua.

Solvuntur Objectiones.

XXVIII. OB. 1. *Contra* 2. *partem.* Quod *actu* poteſt cognoſci, illud jam debet habere aliquid *actuale*, ſicut quod *actu* videtur, debet eſſe actu exiſtens: atqui poſſibilia actu poſſunt cognoſci, ab intellectu ſaltem divino: ergo jam debent habere aliquid actuale. *Subſumo.* Atqui non actuale *exiſtens*: ergo diminutum. R. D. M. quod *actu* cognoſcitur tanquam aliquid *actuale*, ſeu actu *exiſtens* C. M. quod *actu* cognoſcitur tanquam aliquid mere *poſſibile* ſub D. debet habere aliquid *actuale*, id eſt, *actualem* ſui, tanquam τῦ *poſſibilis cognitionem* paſſivam C. M. id eſt, debet *actu* jam aliquid eſſe in rerum natura N. M. & D. m. poſſibilia *actu* poſſunt cognoſci, ita ut τὸ *actu* ſolummodo cadat ſuper intellectum cognoſcentem C. m. ſuper aliquid *actuale* τῦ *poſſibilis* N. m. & C. Intellectui Divino cognoſcenda ſe præbent omnia prorſus entia tam *poſſibilia*, quam *futura* & *actualia*, eaque illi *ſimul* & *ſemel* cuncta ſunt præſentia, nihilominus tamen eo ipſo, quia perfectiſſime omnia, ut ſunt in ſe, cognoſcit, res aliter nul-

Poſſibilia habent eſſe actuale repræſentativũ, non entitativum.

late-

latenus percipit, *ac ſunt in ſe*, adeoque quia *poſſibilia* necdum ſunt *actualia*, in quocunque ſenſu, ſed mere ac nude *potentialia* ſeu *poſſibilia*, ea etiam ut *talia*, nec aliter noſſe valet. Nempe ſicut oculus noſter corporeus, (ſi bene videt) objecta *præſentia* videt *ut præſentia*, & *remota ut remota*, ſic etiam intellectus divinus, quia *perfectiſſime* cognoſcit, res mere *poſſibiles* nullo modo percipere poteſt ut *actuales*, cum ſint nonniſi *poſſibiles*; & in hoc ſolo *paritas* inter *oculum videntem*, & *intellectum cognoſcentem* inſtitui valet, non vero in alio ſenſu: evidens eſt enim, quod intellectus etiam *abſentia* & *non exiſtentia* percipere, oculus vero ſola *exiſtentia* videre poſſit, & ratio diſpar eſt hæc, quia *oculus*, ut videat (ſicut & quodlibet *organum ſenſorium*) ſemper debet ab objecto externo corporeo *moveri*, *percelli*, ſicque ad actum viſionis determinari; (Log. *fol.* 409. & etiam alibi dicetur) econtra intellectus eſt *potentia ſpiritualis*, cui, ad nutum animæ, ideas non ſolum *adventitias*, ſed etiam *factitias* (Log. *fol.* 39.) *ex ſe* cudere datum eſt. Et hac reſponſione bene ponderata omnes reliquæ *Cl. Pontii* objectiones facile diluuntur. *Nec*

Eſſe reale non ſemper eſt actuale.

dicas adhuc. Poſſibilia habent jam aliquod *eſſe reale*, (juxta 1. p. Propoſitionis) atqui eſſe *potentiale* non eſt aliquid *reale*, niſi ſit quid *actuale*: ergo poſſibilia debent habere aliquid *actuale*. p. m. Eſſe *potentiale* ſeu eſſe *poſſibile* eſt purum *nihil*, ſive negatio intrinſecæ contradictionis: ergo. R. D. m. non eſt aliquid *reale actuale*, ſeu actu exiſtens C. m. non eſt aliquid *reale potentiale*, hoc eſt illa *negatio contradictionis*, in qua conſiſtit τὸ *eſſe poſſibile*, non datur *independenter ab intellectu*. N. m. & C. nec aliud in 1. p. Propoſitionis intenditur.

Creaturæ etiam ſine Deo habent poſſibilitatem ſuam intrinſecam.

Ob. 2. *Contra 3. p. Propoſitionis.* Creaturæ omnes totam ſuam poſſibilitatem habent a Deo: ergo non ex natura ſua. p. A. ſi Deus non exiſteret, creaturæ non eſſent poſſibiles: ergo R. D. A. totam ſuam poſſibilitatem *extrinſecam*, uti in propoſitione ſecunda ipſimet dicimus C. A. *intrinſecam* ſeu meram non repugnantiam (XIX.) N. A. & C. ad *prob.* ſimiliter D. A. creaturæ non eſſent poſſibiles extrinſece, hoc eſt, nunquam producerentur, C. A. non eſſent poſſibiles intrinſece, hoc eſt, omnino repugnarent, & contradictionem involverent in terminis ſuis N. A. & C. Verum eſt, Deo non

exi-

exiſtente etiam creaturæ exiſtere non poſſent; aſt id ſolum foret ob defectum *cauſæ producentis*, non autem ob defectum ſui, quem nunquam habent, utpote nunquam repugnantes in terminis ſuis, neque a parte rei, dummodo ad ſit cauſa extrinſeca, quæ illarum poſſibilitatem intrinſecam complere, ſicque ad exiſtentiam producere valeat.

Inſt. 1. Omnis perfectio creaturæ eſt a Deo: atqui intrinſeca poſſibilitas eſt perfectio: ergo eſt a Deo. R. D. M. omnis perfectio *poſitiva*, quæ habet aliquod eſſe actuale, & exiſtens C. M. perfectio ſolum *negativa*, ſeu mera non repugnantia. N. M. & D. m. intrinſeca poſſibilitas eſt perfectio *negativa* C. m. *poſitiva* N. m. & C. dependent ergo creaturæ a Deo quoad totum ſuum eſſe reale poſitivum, cum ex ſe ſint purum *nihil*, attamen tale *nihil*, quod, *ſi exiſtat*, nullam a parte rei, neque *in terminis* contradictionem involvit. Videantur etiam dicta *in Log. diſputatr. fol.* 561. *& ſeq.*

Poſſibilitas intrinſeca eſt perfectio negativa.

Inſt. 2. Ex hoc ſequeretur, quod DEUS quoad ſuam omnipotentiam dependeret a creaturis: atqui ſequela nequit admitti: ergo nec id, unde ſequitur. p. ſ. M. Ideo enim

Omnipotentia Divina habet connexionē cum creaturarum

poſſibilitate intrinſeca, nullam vero dependentiam.

Deus creaturas poſſet producere, quia illæ eſſent intrinſece poſſibiles: ergo R.D. ſ. M. dependeret dependentia *improprie* tali, ſeu quæ potius dicit *connexionem* aliquam inter duo *correlata*, (Log. *fol.* 81. & 82.) v. g. inter *potentiam*, & ejus *objectum* C. ſ. M. dependentia *proprie* tali, tanquam ab aliquo priori, a quo ipſa omnipotentia acciperet ſuum eſſe N. ſ. M. &c. Non aliter Dei omnipotentia ab intrinſeca creaturarum poſſibilitate dependet, quam duo correlata, *potentia* ſcilicet & *objectum*, quæ ſunt *ſimul*, (Log. *fol.* 82. & 88.) dicuntque magis *connexionem* quam *dependentiam*; omnis enim potentia aliquod objectum reſpicit, & viciſſim omne objectum involvit ordinem ad potentiam. Adde, potius adhuc dicendum eſſe, Ideo Deum poſſe creaturas producere, quia, cum ſit *ens infinite perfectum*, efficere id omne poteſt, quod nullam in ſe ipſo contradictionem involvit. Adeoque etiam abſolute negari poteſt ſ. M. Et ſane (præclare inquit cl. P. Fort. *a Brix. Met. p.* 1. §. 78.) ſi *intrinſeca* rerum *poſſibilitas* ex Divina potentia, tanquam ex *cauſa* oriretur, tunc omnipotentia Dei non niſi *per circulum* concipi a nobis poſſet,

&

& exſplicari, dicere namque, *Deum poſſe omnia poſſibilia producere*, idem foret, ac dicere, *Deum producere poſſe, quidquid poteſt producere*, quæ argumentatio perfecte ambulat in circulo (Log. *fol.* 284.) ergo dicendum eſt, *intrinſecam* rerum poſſibilitatem ab *extrinſeca* cauſa prorſus independentem exiſtere, ipſisque *ex natura ſua* competere.

In quo ſenſu Logice dependeant creaturæ ab intellectu Divino?

Inſt. 3. Saltem poſſibilia intrinſeca habent eſſe ab intellectu divino, ſi *Logice* ſpectentur, quia ſic ut meri *termini* conſiderantur, qui non habent eſſe, niſi in intellectu; *ſubſ.* non autem habent eſſe in intellectu *humano*, qui ab æterno non exiſtit, ubi tamen poſſibilia jam habebant ſuum eſſe: ergo in intellectu *divino*. R. D. A. habent eſſe *cognitum* ab intellectu divino C. A. eſſe *reale*, hoc eſt quoad *ſubſtratum terminorum*, ſive ſecundum τὸ *eſſe non repugnans*, quod eſt *eſſentia* poſſibilitatis intrinſecæ. N. A. & C.

PRO-

PROPOSITIO II.

Poſſibilitas rerum extrinſeca habetur ab omnipotentia Divina.

Poſſibilitas extrinſeca venit ab omnipotentia Divina.

XXIX. Probatur. Poſſibilitas *extrinſeca* ſic dicitur ex relatione ad certas *cauſas*, a quibus res *effici*, ſeu *produci* poſſunt in determinato loco vel tempore (XIX.) atqui ſola *omnipotentia Divina* eſt talis cauſa: ergo poſſibilitas rerum extrinſeca habetur ab omnipotentia Divina. p. m. propterea enim illa dicitur, & eſt revera cauſa *prima*, & *univerſalis*, quæ non ſolum cauſis ſecundis operandi virtutem dedit, ſed etiam continuo & immediate cum illis actu concurrit, ut *in Theologia naturali* dicetur, *& in qua vivimus, movemur, & ſumus*. Act. 17. v. 28. ergo.

Et non ab ideis, in mente Divina exiſtentibus.

XXX. *Scholion.* Thomiſtæ volunt, poſſibilitatem *extrinſecam* eſſe deſumendam *ex ideis, de re producenda in mente Divina conceptis*, adeoque docent, illud eſſe *extrinſece*, ſeu ut ipſi dicunt, *objective poſſibile*, quod eſt *prædicabile ſecundum ideam in mente Divina conceptam*, & in hoc utique verum dicunt, ſi

ſi per iſtud intelligant, quod eſſentiæ rerum poſſibilium *præſuppoſitive*, (nempe ad hoc præciſe ut *veræ* ſint) debeant eſſe *conformes ideis Divinis;* a *Deo* enim tanquam *prima veritate* habetur omnis *veritas* (LXXXII.) falſum econtra aſſerere videntur, ſi velint, quod ideæ Divinæ ſint *cauſa*, a qua ſola effici ſeu *produci* poſſibilia concipi debeant, uti tamen notio *poſſibilitatis extrinſecæ* requirit, (XIX.) nam ſi ſolæ *ideæ Divinæ* aſſignentur pro tali cauſa, non eſt amplius diſtinctio inter *actualia* & *poſſibilia*; ambo enim iſta,(ſiquidem *vera* ſint) in ideis divinis *æqualiter* relucent, cum Deus *unico actu* tam iſta quam illa adæquate comprehendat. Dein etſi pictor v. g. aut Architectus, (quibus exemplis ipſimet *Thomiſtæ* utuntur) habeant *ideam* quampiam, de domo e. g. pingenda aut ædificanda, plane nondum intelligitur domus illa *extrinſece poſſibilis*, ſeu *pingenda* aut *ædificanda* ſecundum illam ideam, niſi accedat *decretum* de ipſo opere perficiendo: ergo a pari ad hoc, ut aliquid ſit *extrinſece poſſibile*, non ſufficit, ut ſit conforme *ideis Divinis*, niſi inſuper Dei *Decretum*, (quod eſt actus voluntatis ſeu *omnipotentiæ Divinæ*) accedat. Et hæc ad ſol-

ſolvendas *Thomiſtarum* objectiones ſufficere arbitror, niſi forte illi aliam *de poſſibilitate extrinſeca* definitionem *nominalem* accipiant, per quam omnis altercatio ſponte ceſſet. (Log. *fol.* 134.)

ARTICULUS III.

Declaratur notio entis, & non entis.

Entis notio impropria. XXXI. Ens a quibusdam cum Cl. ANT. GENUENSI *Elem. Met. c.* 1. §. 2. ſumitur, prout eſt participium verbi *ſum*, ideoque definitur *id*, *quod exiſtit*; a nobis vero, ſicut & ab aliis communius accipitur, prout eſt *nomen*, & ſic dicitur *id omne*, *quod exiſtit vel exiſtere poteſt*, in priore ſenſu tam *ſubſtantiæ*, (Log. *fol.* 72.) quam *modis*, (Log. *fol.* 89.) ex æquo convenit, non autem in *poſteriore*, utpote in quo idem ſonat ac *res* & *ſubſtantia*, *modus* autem proprie non eſt *ens* aut *res*, ſed *entis* ſeu *rei modus*, vel *affectio*; (*loc. cit.*) at in

Propria & vulgata. uſu communi loquendi etiam ad hoc parum attenditur, ac ens in genere accipi ſolet pro *omni eo*, *quod eſt poſſibile* (XVI.) ſive pro eo, *quod nullam in ſe contradictionem involvit*, neque curatur an ſit *ſubſtantia* vel *modus*, dummodo

non

non repugnet, adeoque ſolum id, quod eſt *impoſſibile* (XXI.) proprie inter *non entia* reputatur, utpote quod nec exiſtit, nec exiſtere poteſt. Non ens.

XXXII. Plato cum ſuis per τὸ *ens* antonomaſtice deſignabat ſolum *Deum*, ſeu ens *æternum*, & *immutabile*, ex quo facile capi poteſt, cur res omnes hujus mundi a Platone dictæ ſint *non entia*, ſeu *entium umbræ*: nempe ſolummodo indigitare cupiebat, res terrenas non eſſe *æternas*, nec *immutabiles*, quod utique veriſſimum eſt. Hinc autem nata forſan in ſcholis eſt illa controverſia, an τὸ *ens* univoce conveniat Deo & creaturis? De qua in *Artic. ſeq.* Entis definitio Platonica.

XXXIII. Aliud eſt ens *reale*, aliud *rationis*, ſeu *fictum*, 1mum dicitur illud, quod vere ac realiter exiſtit, vel ſaltem exiſtere poteſt, *independenter ab intellectu* (XXVII.) ut *lapis*, *roſa*, *homo* &c. & hoc *ens* proprie ad *Metaphyſicam*, tanquam ſcientiam *realem*, ſpectat. Ens reale, 2dum eſt, quod ſolum *concipitur*, ſive efficitur ab *intellectu* cogitante, ita, ut, ſi intellectus nihil *conſideret*, ens rationis eſſe non poſſit, vel, ut *Baumeiſte-* Ens rationis,

ter & in *abſtracto* ſumptum, juxta Theologos Scotiſtas, nonniſi mera *privatio* eſt rectitudinis debitæ ad legem, *concretive* vero prout in *ſubjecto peccante* ſpectatur, etiam aliquid *poſitivi* inferre poteſt, includit enim in ſuo conceptu non nunquam *habitum*, *diſpoſitionem*, & *inclinationem*; non nunquam etiam *actum poſitivum*; unde non immerito vocari poteſt *ens privativo-poſitivum.*

Nihilum negativũ, XXXVI. *Nihilum* dicitur id, *cui nulla reſpondet notio*, vel melius: *eſt abſentia ideæ poſitivæ.* Et aliud quidem eſt nihilum *negativum*, aliud *privativum*. 1mum (quod etiam *non ens* appellari ſolet) vocatur id, quod omnino repugnat, ſive quod nec eſt, nec exiſtere poteſt. (XXXI.) e. g. *Creatura independens. Alterum* eſt, quod quidem non exiſtit, exiſtere tamen poteſt, adeoque cum *poſſibili metaphyſico* coincidit. (XVI.) e. g. Alter mundus; ſicut & hic mundus ex *nihilo privativo*, non *negativo* eſt factus. Cæterum ad *non ens* refertur quoque a nonnullis *ens per accidens*, quod conſiſtit *in aggregatione* plurium entium, quæ nullum in unione ſua ſervant ordinem, (unde

(margin: privativum. — Ens per accidens, ſeu per aggregationem,)

&

& *ens per aggregationem* communius dicitur, e. g. *acervus frumenti* aut *lapidum*) & hoc ideo; quia, cum tale ens involvat *plura*, potius eſt *entia* quam *ens* dicendum.

XXXVII. *Scholion.* Quando e. g. dicitur: *ante mundi creationem erat nibil*, notiones duæ exprimuntur, nempe 1. notio *mundi*, 2. & *abſentiæ* mundi, ſicut v. g. ſi quis ait: *Chymera nibil eſt*, exprimit ſimul ideam *entis*, & *abſentiæ* Chymeræ ex numero *entium*, unde melius, ut dictum eſt, nihilum definitur *abſentia ideæ poſitivæ*, (n. præc.) In S. Scriptura *nihilum* idem plerumque ſignificat ac *inane*. e. g. *Extendit velut nihilum Cœlos*, *Iſ.* 40. *v.* 22. & *Job.* 26, 7. *appendit terram ſuper nihilum.* Quandoque tamen etiam pro *aëre* accipitur, id quod in præſens noſſe juvat. Nihili diverſa ſignificatio.

ARTICULUS IV.

An ens ſit univocum DEO & Creaturis?

XXXVIII. Quid ſit terminus *univocus?* dictum eſt in Logica *fol.* 102. quæritur itaque hic, an no- Status quæſtionis.

Eſſe reale non ſemper eſt actuale.

dicas adhuc. Poſſibilia habent jam aliquod *eſſe reale*, (juxta 1. p. Propoſitionis) atqui eſſe *potentiale* non eſt aliquid *reale*, niſi ſit quid *actuale*: ergo poſſibilia debent habere aliquid *actuale*. p. m. Eſſe *potentiale* ſeu eſſe *poſſibile* eſt purum *nihil*, ſive negatio intrinſecæ contradictionis: ergo. R. D. m. non eſt aliquid *reale actuale*, ſeu actu exiſtens C. m. non eſt aliquid *reale potentiale*, hoc eſt illa *negatio contradictionis*, in qua conſiſtit τὸ *eſſe poſſibile*, non datur *independenter ab intellectu*. N. m. & C. nec aliud in 1. p. Propoſitionis intenditur.

Creaturæ etiam ſine Deo habent poſſibilitatem ſuam intrinſecam.

Ob. 2. *Contra 3. p. Propoſitionis.* Creaturæ omnes totam ſuam poſſibilitatem habent a Deo: ergo non ex natura ſua. p. A. ſi Deus non exiſteret, creaturæ non eſſent poſſibiles: ergo R. D. A. totam ſuam poſſibilitatem *extrinſecam*, uti in propoſitione ſecunda ipſimet dicimus C. A. *intrinſecam* ſeu meram non repugnantiam (XIX,) N. A. & C. ad *prob.* ſimiliter D. A. creaturæ non eſſent poſſibiles extrinſece, hoc eſt, nunquam producerentur, C. A. non eſſent poſſibiles intrinſece, hoc eſt, omnino repugnarent, & contradictionem involverent in terminis ſuis N. A. & C. Verum eſt, Deo non

exi-

exiſtente etiam creaturæ exiſtere non poſſent; aſt id ſolum foret ob defectum *cauſæ producentis*, non autem ob defectum ſui, quem nunquam habent, utpote nunquam repugnantes in terminis ſuis, neque a parte rei, dummodo ad ſit cauſa extrinſeca, quæ illarum poſſibilitatem intrinſecam complere, ſicque ad exiſtentiam producere valeat.

Poſſibilitas intrinſeca eſt perfectio negativa.

Inſt. 1. Omnis perfectio creaturæ eſt a Deo: atqui intrinſeca poſſibilitas eſt perfectio: ergo eſt a Deo. R. D. M. omnis perfectio *poſitiva*, quæ habet aliquod eſſe actuale, & exiſtens C. M. perfectio ſolum *negativa*, ſeu mera non repugnantia. N. M. & D. m. intrinſeca poſſibilitas eſt perfectio *negativa* C. m. *poſitiva* N. m. & C. dependent ergo creaturæ a Deo quoad totum ſuum eſſe reale poſitivum, cum ex ſe ſint purum *nihil*, attamen tale *nihil*, quod, *ſi exiſtat*, nullam a parte rei, neque *in terminis* contradictionem involvit. Videantur etiam dicta *in Log. diſputatr. fol.* 561. *& ſeq.*

Omnipotentia Divina habet connexionẽ cum creaturarum

Inſt. 2. Ex hoc ſequeretur, quod DEUS quoad ſuam omnipotentiam dependeret a creaturis: atqui ſequela nequit admitti: ergo nec id, unde ſequitur. p. ſ. M. Ideo enim Deus

poſſibilitate intrinſeca, nullam vero dependentiam.

Deus creaturas poſſet producere, quia illæ eſſent intrinſece poſſibiles: ergo R.D. ſ. M. dependeret dependentia *improprie* tali, ſeu quæ potius dicit *connexionem* aliquam inter duo *correlata*, (Log. *fol.* 81. & 82.) v. g. inter *potentiam*, & ejus *objectum* C. ſ. M. dependentia *proprie* tali, tanquam ab aliquo priori, a quo ipſa omnipotentia acciperet ſuum eſſe N. ſ. M. &c. Non aliter Dei omnipotentia ab intrinſeca creaturarum poſſibilitate dependet, quam duo correlata, *potentia* ſcilicet & *objectum*, quæ ſunt *ſimul*, (Log. *fol.* 82. & 88.) dicuntque magis *connexionem* quam *dependentiam*; omnis enim potentia aliquod objectum reſpicit, & viciſſim omne objectum involvit ordinem ad potentiam. Adde, potius adhuc dicendum eſſe, Ideo Deum poſſe creaturas producere, quia, cum ſit *ens infinite perfectum*, efficere id omne poteſt, quod nullam in ſe ipſo contradictionem involvit. Adeoque etiam abſolute negari poteſt ſ. M. Et ſane (præclare inquit cl. P. Fort. *a Brix. Met. p.* 1. §. 78.) ſi *intrinſeca* rerum *poſſibilitas* ex Divina potentia, tanquam ex *cauſa* oriretur, tunc omnipotentia Dei non niſi *per circulum* concipi a nobis poſſet,

& exſplicari, dicere namque, *Deum poſſe omnia poſſibilia producere*, idem foret, ac dicere, *Deum producere poſſe, quidquid poteſt producere*, quæ argumentatio perfecte ambulat in circulo (Log. *fol.* 284.) ergo dicendum eſt, *intrinſecam* rerum poſſibilitatem ab *extrinſeca* cauſa prorſus independentem exiſtere, ipſisque *ex natura ſua* competere.

In quo ſenſu Logice dependeant creaturæ ab intellectu Divino?

Inſt. 3. Saltem poſſibilia intrinſeca habent eſſe ab intellectu divino, ſi *Logice* ſpectentur, quia ſic ut meri *termini* conſiderantur, qui non habent eſſe, niſi in intellectu; *ſubſ.* non autem habent eſſe in intellectu *humano*, qui ab æterno non exiſtit, ubi tamen poſſibilia jam habebant ſuum eſſe: ergo in intellectu *divino*. R. D. A. habent eſſe *cognitum* ab intellectu divino C. A. eſſe *reale*, hoc eſt quoad *ſubſtratum terminorum*, ſive ſecundum τὸ *eſſe non repugnans*, quod eſt *eſſentia* poſſibilitatis intrinſecæ. N. A. & C.

PRO-

PROPOSITIO II.

Poſſibilitas rerum extrinſeca habetur ab omnipotentia Divina.

Poſſibilitas extrinſeca venit ab omnipotentia Divina.

XXIX. PROBATUR. Poſſibilitas *extrinſeca* ſic dicitur ex relatione ad certas *cauſas*, a quibus res *effici*, ſeu *produci* poſſunt in determinato loco vel tempore (XIX.) atqui ſola *omnipotentia Divina* eſt talis cauſa: ergo poſſibilitas rerum extrinſeca habetur ab omnipotentia Divina. p. m. propterea enim illa dicitur, & eſt revera cauſa *prima*, & *univerſalis*, quæ non ſolum cauſis ſecundis operandi virtutem dedit, ſed etiam continuo & immediate cum illis actu concurrit, ut *in Theologia naturali* dicetur, *& in qua vivimus, movemur, & ſumus.* Act. 17. v. 28. ergo.

Et non ab ideis, in mente Divina exiſtentibus.

XXX. *Scholion.* Thomiſtæ volunt, poſſibilitatem *extrinſecam* eſſe deſumendam *ex ideis, de re producenda in mente Divina conceptis*, adeoque docent, illud eſſe *extrinſece*, ſeu ut ipſi dicunt, *objective poſſibile*, quod eſt *prædicabile ſecundum ideam in mente Divina conceptam*, & in hoc utique verum dicunt,

ſi

ſi per iſtud intelligant, quod eſſentiæ rerum poſſibilium *præſuppoſitive*, (nempe ad hoc præciſe ut *veræ* ſint) debeant eſſe *conformes ideis Divinis*; a *Deo* enim tanquam *prima veritate* habetur omnis *veritas* (LXXXII.) falſum econtra aſſerere videntur, ſi velint, quod ideæ Divinæ ſint *cauſa*, a qua ſola effici ſeu *produci* poſſibilia concipi debeant, uti tamen notio *posſibilitatis extrinſecæ* requirit, (XIX.) nam ſi ſolæ *ideæ Divinæ* aſſignentur pro tali cauſa, non eſt amplius diſtinctio inter *actualia* & *posſibilia*; ambo enim iſta,(ſiquidem *vera* ſint) in ideis divinis *æqualiter* relucent, cum Deus *unico actu* tam iſta quam illa adæquate comprehendat. Dein etſi pictor v. g. aut Architectus, (quibus exemplis ipſimet *Thomiſtæ* utuntur) habeant *ideam* quampiam, de domo e. g. pingenda aut ædificanda, plane nondum intelligitur domus illa *extrinſece posſibilis*, ſeu *pingenda* aut *ædificanda* ſecundum illam ideam, niſi accedat *decretum* de ipſo opere perficiendo: ergo a pari ad hoc, ut aliquid ſit *extrinſece posſibile*, non ſufficit, ut ſit conforme *ideis Divinis*, niſi inſuper Dei *Decretum*, (quod eſt actus voluntatis ſeu *omnipotentiæ Divinæ*) accedat. Et hæc ad

ſol-

ſolvendas *Thomiſtarum* objectiones ſufficere arbitror, niſi forte illi aliam *de poſſibilitate extrinſeca* definitionem *nominalem* accipiant, per quam omnis altercatio ſponte ceſſet. (Log. *fol.* 134.)

ARTICULUS III.

Declaratur notio entis, & non entis.

Entis notio impropria.

XXXI. Ens a quibusdam cum Cl. Ant. Genuensi *Elem. Met. c.* 1. §. 2. ſumitur, prout eſt participium verbi *ſum*, ideoque definitur *id, quod exiſtit*; a nobis vero, ſicut & ab aliis communius accipitur, prout eſt *nomen*, & ſic dicitur *id omne, quod exiſtit vel exiſtere poteſt*, in priore ſenſu tam *ſubſtantiæ*, (Log. *fol.* 72.) quam *modis*, (Log. *fol.* 89.) ex æquo convenit, non autem in *poſteriore*, utpote in quo idem ſonat ac *res* & *ſubſtantia*, *modus* autem proprie non eſt *ens* aut *res*, ſed *entis* ſeu *rei modus*, vel *affectio*; (*loc. cit.*) at in uſu communi loquendi etiam ad hoc parum attenditur, ac ens in genere accipi ſolet pro *omni eo, quod eſt poſſibile* (XVI.) ſive pro eo, *quod nullam in ſe contradictionem involvit*, neque curatur an ſit *ſubſtantia* vel *modus*, dummodo

Propria & vulgata.

non

non repugnet, adeoque ſolum id, quod eſt *impoſſibile* (XXI.) proprie inter *non entia* reputatur, utpote quod nec exiſtit, nec exiſtere poteſt. Non ens.

XXXII. Plato cum ſuis per τὸ *ens* antonomaſtice deſignabat ſolum *Deum*, ſeu ens *æternum*, & *immutabile*, ex quo facile capi poteſt, cur res omnes hujus mundi a Platone dictæ ſint *non entia*, ſeu *entium umbræ*: nempe ſolummodo indigitare cupiebat, res terrenas non eſſe *æternas*, nec *immutabiles*, quod utique veriſſimum eſt. Hinc autem nata forſan in ſcholis eſt illa controverſia, an τὸ *ens* univoce conveniat Deo & creaturis? De qua in *Artic. ſeq.* Entis definitio Platonica.

XXXIII. Aliud eſt ens *reale*, aliud *rationis*, ſeu *fictum*, 1*mum* dicitur illud, quod vere ac realiter exiſtit, vel ſaltem exiſtere poteſt, *independenter ab intellectu* (XXVII.) ut *lapis*, *roſa*, *homo* &c. & hoc *ens* proprie ad *Metaphyſicam*, tanquam ſcientiam *realem*, ſpectat. Ens reale,

2*dum* eſt, quod ſolum *concipitur*, ſive efficitur ab *intellectu* cogitante, ita, ut, ſi intellectus nihil *conſideret*, ens rationis eſſe non poſſit, vel, ut *Baumeiſte-* Ens rationis,

rus inquit *Phil. def.* §. 350. Ens *fictum* dicitur id, *cui exiſtentiam non repugnare ſumimus, utut revera eidem repugnet.* e. g. *lapis ligneus, ſpiritus corporeus, vulpanſer* &c. De hoc *ente rationis* multa olim in ſcholis diſceptatio fuit, tyroni ſufficient pauca, quæ de hac re incidenter dicta ſunt *in Log. Critica fol.* 477. ubi etiam habetur *diviſio entis in ſua inferiora. (fig. I. & II.)*

Ens ſtricte reale, realitas.

XXXIV. *Scholion.* Ens reale a *Scotiſtis* ſubdividitur in *ens* ſtricte & minus ſtricte reale, 1*mum* vocant, quod gaudet exiſtentia propria, ſimulque per *cauſalitatem phyſicam*, eſſe ſuum acquirit. 2*dum* illud appellant, quod quidem proprie ac phyſice non exiſtit, habet tamen a parte rei, independenter ab intellectu, conceptum objectivum diſtinctum ab alio ejusmodi ente, quod cum ipſo phyſice alteri enti ſtricte reali inexiſtit, a quo metaphyſice reſultat, ut *animalitas*, aut *rationalitas* in homine, diciturque propterea potius *realitas*, quam *res*, de qua paulo inferius. Pari modo etiam *ens rationis* dividi ſolet in *ens rationis ratiocinantis*, quod *ſine* omni *fundamento* in re ipſa fingitur, & in ens *rationis ratiocinatæ*, quod *cum*

Ens rationis ratiocinantis, & ratiocinatæ.

fun-

fundamento in re ab intellectu concipitur. De quibus itidem paulo poſt ſermo erit.

XXXV. Ens reale denuo dividitur in *actuale*, & *potentiale*, *poſitivum*, *negativum*, & *privativum*. 1. *Actuale* eſt, quod actu exiſtit. 2. *Potentiale*, quod ad alia exiſtentia relatum, in iis habere poteſt rationem ſufficientem exiſtentiæ ſuæ. Exemplum dat *Wolfius Ontol. Lat. p.* 143. & 144, dicens: arbor in ſemine deliteſcens, quatenus per entia alia exiſtentia ad actum deduci poteſt, eſt *ens potentiale*. 3. *Poſitivum* juxta illum ipſum dicitur, *quod eſt aliquid*, ſive cui aliqua notio, quidquam actu *ponens*; correſpondet. e. g. *Menſa*, *liber* &c. 4. Ens *negativum* e converſo ſe habet, & eſt, cui notio quidquam *negans* convenit. e. g. *Non menſa*, *non liber*. 5. Ens denique *privativum* ab eodem Wolfio dicitur *defectus realitatis*, *inſtar entis conſideratus*, e. g. *Mors*, tanquam defectus vitæ, aut *cæcitas*, quæ in homine eſt, *defectus viſionis* &c. (*Log. fol.* 113.) Sunt, qui volunt, dari poſſe aliquod ens, quod ſit *privativum*, & *poſitivum* ſimul: pro exemplo adducunt *peccatum*, quod ſub diverſo reſpectu, nempe *formali*-

Ens actuale, & potentiale.

Ens poſitivum.

negativũ.

& privativum.

ter & in abſtracto ſumptum, juxta Theologos Scotiſtas, nonniſi mera privatio eſt rectitudinis debitæ ad legem, concretive vero prout in ſubjecto peccante ſpectatur, etiam aliquid poſitivi inferre poteſt, includit enim in ſuo conceptu non nunquam habitum, diſpoſitionem, & inclinationem, non nunquam etiam actum poſitivum; unde non immerito vocari poteſt ens privativo-poſitivum.

Nihilum negativũ, XXXVI. *Nihilum* dicitur id, *cui nulla reſpondet notio*, vel melius: *eſt abſentia ideæ poſitivæ*. Et aliud quidem eſt nihilum *negativum*, aliud *privativum*. 1mum (quod etiam *non ens* appellari ſolet) vocatur id, quod omnino repugnat, ſive quod nec eſt, nec exiſtere poteſt. (XXXI.) e. g. *Creatura independens*. *Alterum* eſt, quod quidem non exiſtit, exiſtere tamen poteſt, adeoque cum *poſſibili metaphyſico* coincidit. (XVI.) e. g. Alter mundus; ſicut & hic mundus ex *nihilo privativo*, non *negativo* eſt factus. Cæterum ad *non ens* refertur quoque a nonnullis *ens per accidens*, quod conſiſtit *in aggregatione* plurium entium, quæ nullum in unione ſua ſervant ordinem, (unde

privativum.

Ens per accidens, ſeu per aggregationem,

&

& *ens per aggregationem* communius dicitur, e. g. *acervus frumenti* aut *lapidum*) & hoc ideo, quia, cum tale ens involvat *plura*, potius eſt *entia* quam *ens* dicendum.

XXXVII. *Scholion.* Quando e. g. dicitur: *ante mundi creationem erat nihil*, notiones duæ exprimuntur, nempe 1. notio *mundi*, 2. & *abſentia* mundi, ſicut v. g. ſi quis ait: *Chymera nihil eſt*, exprimit ſimul ideam *entis*, & *abſentiæ* Chymæræ ex numero *entium*, unde melius, ut dictum eſt, nihilum definitur *abſentia ideæ poſitivæ*, (n. præc.) In S. Scriptura *nihilum* idem plerumque ſignificat ac *inane*. e. g. *Extendit velut nihilum Cœlos. Iſ.* 40. *v.* 22. & *Job.* 26, 7. *appendit terram ſuper nihilum.* Quandoque tamen etiam pro *aëre* accipitur, id quod in præſens noſſe juvat. Nihili diverſa ſignificatio.

ARTICULUS IV.

An ens ſit univocum DEO & Creaturis?

XXXVIII. Quid ſit terminus *univocus?* dictum eſt in Logica *fol.* 102. quæritur itaque hic, an Status quæſtionis.

notio *entis*, (XXXI.) ſumpti præciſe, prout dicit *non repugnantiam*, eandem in ſe habeat *ſignificationem* reſpectu Dei, & rerum creatarum? cui quæſtioni ſolvendæ absque multis ambagibus, forte parum *utilibus*, ſatisfacit ſequens

PROPOSITIO.

Notio entis vere univoce competit Deo & Creaturis.

Ens eſt univocũ DEO & creaturis.

XXXIX. Probatur. Deo & Creaturis ex æquo competit τὸ *eſſe poſſibile*, hoc eſt, *eſſe id, quod non repugnat*: atqui per τὸ *ens* nil aliud hic intelligimus; (XXXI.) ergo notio ſeu terminus *entis univoce* iis competit. *Conf.* Quando duo entia habent in ſe aliquid, per quod de ſe invicem perfecte prædicentur *in recto*, tunc illa duo entia in ſignificatione conveniunt *univoce*: (Log. *fol.* 102.) atqui Deus & creatura habent in ſe aliquid, per quod de ſe invicem *perfecte* prædicentur in *recto*: ergo. p. m. *Ens* enim in recto nil aliud eſt, quam *negatio intrinſeca contradictionis*, (XXXI.) & hæc negatio *perfecte* prædicatur de Deo & creaturis, cum

tam

tam *Deus* quam *creaturæ* ſint id, *quod nullam contradictionem involvit*: ergo &c.

Nec refert. Quod Deus & creaturæ in nullo *poſitivo* inter ſe conveniant, ſed potius ſint *primo diverſæ*. Nam plura convenire in ratione *entis* ſolummodo dicit, ea convenire in *negatione intrinſecæ contradictionis*, poſſunt autem plura ſic convenire, etſi in nullo *poſitivo* inter ſe conveniant; ſic enim v. g. *Duobus entibus A. & B. licet ponantur primo diverſa, ex æquo convenit, non eſſe X.* ut ait Scotus 1. ſent. Diſt. 23. q. un. ergo *a pari.*

Etiamſi Deus & creaturæ ſint primo diverſæ.

Solvuntur Objectiones.

XL. Ob. 1. Si ens eſſet univocum Deo & creaturis, tunc ſequeretur, quod ens eſſet *genus contrabibile* ad Deum & creaturas: atqui hoc non: ergo &c. p. m. Nulla enim in Deo *contrabibilitas*, ſeu *potentialitas* admitti poteſt, cum ipſe ſit *actus* puriſſimus. R. N. S. M. *Ens* enim in nulla Philoſophia dici poteſt *genus contrabibile*; ſi enim ejusmodi quid eſſet, tunc ejus *realitas potentialis* deberet reipſa determinari per *modos* vel *differentias*

Nec ſequitur propterea potentialitas in Deo.

(*infinitatem* nempe reſpectu Dei, & *finitatem* reſpectu creaturarum) hoc autem fieri nequit, quia illæ ipſæ *differentiæ* itidem ex ſe ſunt aliquid, *in quo nulla involvitur contradictio*, adeoque ſunt *ens*, æque ac *realitas* illa *potentialis*, quam determinare deberent: Ens igitur in Deo, & creaturis nullam dicit in recto *realitatem potentialem*, ſed meram tantum *negationem*, quæ, ut mox dictum eſt, non exigit, ut in iis, quibus eſt communis, detur aliquid *reale poſitivum*, in quo *univoce* inter ſe conveniant. Et ſane (appoſite loquitur *Cl. P. Fort. a Brix. Met. p.* I. §. 21.) Sicut ex eo, quod Deo & creaturis ex æquo competat *non eſſe lapidem*, haud ſequitur, dari in Deo & creaturis rationem aliquam *poſitivam*, propter quam hæc illis negatio competat, ita etiam ex eo, quod Deus & creaturæ *in negatione intrinſecæ contradictionis* conveniant, inferri nequaquam licet, Deum & creaturas in *poſitiva determinabili realitate* hanc ob cauſam convenire.

Deus & creatura non conveniunt

Ob. 2. Deus eſt *ens* ſimpliciter *independens*, & *infinitum*: creatura vero eſt *ens dependens* & *finitum*: ergo univoce nullatenus poſſunt convenire. R. N. C.

Ra-

Ratio negandi ex immediate anteà dictis deſumi poteſt. Vel D. C. non poſſunt convenire in ratione entis, ut *exiſtentis* C. c. ut *poſſibilis*, hoc eſt, ut meram dicentis *negationem contradictionis intrinſecæ*, N. c. & c. nec aliud in propoſitione intenditur (XXXIX.) univoce in ente, ut exiſtens eſt.

Inſt. 1. Non poteſt præſcindi, ſive concipi eſſentia ſine eſſentia: atqui *ens* eſt eſſentia in Deo: ergo non poteſt concipi ſine Deo. R. D. m. Ens eſt eſſentia in Deo, ſi ſumitur *exiſtentialiter*, & in *concreto* una cum ipſa Divinitate, C. m. ſi ſumitur *in abſtracto*, & præciſe ut dicit *negationem intrinſecæ contradictionis*. N. m. & C. in formali entis conceptu certe non ſimul involvitur, *quale* ſit ens, ſed tantum, quod res exiſtat, vel exiſtere poſſit, & non *quomodo* exiſtat, adeoque ſemper verum erit dicere: *Deus eſt eſſentialiter ens*, licet non econtra: *ens eſſentialiter eſt Deus*; alias quippe etiam *creatura* eſſet *Deus*, quia eſt *ens*. Ens in abſtracto abſtrahit a natura Divina vel creata.

Inſt. 2. Ens ut taliter præciſum a Deo & creaturis eſtne finitum, vel infinitum? neutrum poteſt dici: ergo non poteſt univoce illis convenire. Nec eſt in ſe finitū, nec infinitum.

gica definitiones, eſſentialesque notiones indagantur atque examinantur. *Neceſſitas* quoque *hypothetica* rurſum ſubdividitur 1. in *phyſicam*, & *moralem*, pro diverſitate videlicet conditionis, qua poſita oppoſitum vel repugnat *phyſice*, hoc eſt ordinario naturæ curſui, vel *moraliter*, hoc eſt, qua poſita contrarium nonniſi rariſſime contingit. Sic v. g. ex ſuppoſito, quod Deus naturæ curſum nolit impedire, *phyſice neceſſaria* eſt *combuſtio* ſtuppæ ad approximationem ignis, *moraliter* vero neceſſarius eſt *lapſus peccatoris* in occaſione proxima conſtituti, ut docent Aſcetæ. 2. In *antecedentem*, *concomitantem*, & *conſequentem*, quarum *prima* tunc contingit, quando poſita cauſa effectus eſt prorſus inimpedibilis, & hic ab illa ad agendum omnimode determinatur. Sic *poſito ſolis ortu* neceſſario incipit *dies*. *Concomitans* datur, quando conditione libere a quoquam poſita, *de præſenti* ſequitur effectus cum illa conditione inimpedibilem connexionem habens, e. g. ſic *currens* neceſſario *movetur*. *Neceſſitas* denique *conſequens* ſe habet circa *præterita*, cum ſcilicet id, quod (etſi tunc *libere*) factum eſt, impediri nequit, ut factum

Phyſice, Moraliter, Neceſſitas antecedens, Concomitans, Conſequens.

non

non ſit. e. g. Primum peccatum ab Adamo factum, poſtquam ſemel perpetratum fuit, ab eodem, *neceſsitate conſequente*, infectum fieri non potuit. Hinc neceſſitas *antecedens* a S. ANSELMO *L. 2. cur Deus homo c.* 18. dicitur *neceſſitas, quæ facit rem*, poſterior vero ſeu conſequens, *neceſsitas, quam facit res*.

XLII. Ens *neceſſarium in exiſtendo* vocatur illud, quod exiſtentiæ ſuæ cauſas non habet. *Tale ens* eſt ſolus *Deus* tanquam ens æternum, qua de cauſa a Philoſophis dicitur exiſtere *neceſsitate naturæ ſuæ*, hoc eſt, ita exiſtere, ut non potuerit non exiſtere. Cæterum ſicut intelligi nequit *natura æternitatis*, ita pariter neſcitur, quid ſit exiſtere *neceſſitate naturæ*. *Neceſſarium in eſſendo*, ſive *neceſsitas eſſentiæ* in illo ente eſt, quod eſſentiam habet *immutabilem*, & quod ſolum æternum eſt, ut *Plato* docuit. (XXXII.) Ita ſe habent omnes rerum *eſſentiæ*, in intellectu divino relucentes; habent enim *poſſibilitatem intrinſecam*, ut mox dicetur. Neceſſarium in exiſtẽdo. In eſſendo.

XLIII. *Neceſſarium* AD EXISTENTIAM dicitur id, ſine quo alterum plane exiſtere non poteſt. Sic in *Theologia natura-* Neceſſarium ad exiſtentiam.

rus inquit *Phil. def.* §. 350. Ens *fictum* dicitur id, *cui exiſtentiam non repugnare ſumimus, utut revera eidem repugnet.* e. g. *lapis ligneus, ſpiritus corporeus, vulpanſer* &c. De hoc *ente rationis* multa olim in ſcholis diſceptatio fuit, tyroni ſufficient pauca, quæ de hac re incidenter dicta ſunt *in Log. Critica fol.* 477. ubi etiam habetur *diviſio entis in ſua inferiora. (fig. I. & II.)*

Ens ſtricte reale, realitas.

XXXIV. *Scholion.* Ens reale a *Scotiſtis* ſubdividitur in *ens* ſtricte & minus ſtricte reale, 1*mum* vocant, quod gaudet exiſtentia propria, ſimulque per *cauſalitatem phyſicam*, eſſe ſuum acquirit. 2*dum* illud appellant, quod quidem proprie ac phyſice non exiſtit, habet tamen a parte rei, independenter ab intellectu, conceptum objectivum diſtinctum ab alio ejusmodi ente, quod cum ipſo phyſice alteri enti ſtricte reali inexiſtit, a quo metaphyſice reſultat, ut *animalitas*, aut *rationalitas* in homine, diciturque propterea potius *realitas*, quam *res*, de qua paulo inferius. Pari modo etiam *ens rationis* dividi ſolet in *ens rationis ratiocinantis*, quod *ſine* omni *fundamento* in re ipſa fingitur, & in ens *rationis ratiocinatæ*, quod *cum* *fun-*

Ens rationis ratiocinantis, & ratiocinatæ.

fundamento in re ab intellectu concipitur. De quibus itidem paulo poſt ſermo erit.

XXXV. Ens reale denuo dividitur in *actuale*, & *potentiale*, *poſitivum*, *negativum*, & *privativum*. 1. *Actuale* eſt, quod actu exiſtit. 2. *Potentiale*, quod ad alia exiſtentia relatum, in iis habere poteſt rationem ſufficientem exiſtentiæ ſuæ. Exemplum dat *Wolfius Ontol. Lat.* *p.* 143. & 144, dicens: arbor in ſemine deliteſcens, quatenus per entia alia exiſtentia ad actum deduci poteſt, eſt *ens potentiale*. 3. *Poſitivum* juxta illum ipſum dicitur, *quod eſt aliquid*, ſive cui aliqua notio, quidquam actu *ponens*; correſpondet. e. g. *Menſa*, *liber* &c. 4. Ens *negativum* e converſo ſe habet, & eſt, cui notio quidquam *negans* convenit. e. g. *Non menſa*, *non liber*. 5. Ens denique *privativum* ab eodem Wolfio dicitur *defectus realitatis*, *inſtar entis conſideratus*, e. g. *Mors*, tanquam defectus vitæ, aut *cæcitas*, quæ in homine eſt, *defectus viſionis* &c. (Log. *fol.* 113.) Sunt, qui volunt, dari poſſe aliquod ens, quod ſit *privativum*, & *poſitivum* ſimul: pro exemplo adducunt *peccatum*, quod ſub diverſo reſpectu, nempe *formali-*

Ens actuale, & potentiale.

Ens poſitivum.

negativū.

& privativum.

ter & in *abſtracto* ſumptum, juxta Theologos Scotiſtas, nonniſi mera *privatio* eſt rectitudinis debitæ ad legem, *concretive* vero prout in *ſubjecto peccante* ſpectatur, etiam aliquid *poſitivi* inferre poteſt, includit enim in ſuo conceptu non nunquam *habitum*, *diſpoſitionem*, & *inclinationem*, non nunquam etiam *actum poſitivum;* unde non immerito vocari poteſt *ens privativo-poſitivum.*

Nihilum negativū,

XXXVI. *Nihilum* dicitur id, *cui nulla reſpondet notio*, vel melius: *eſt abſentia ideæ poſitivæ.* Et aliud quidem eſt nihilum *negativum*, aliud *privativum.* 1mum (quod etiam *non ens* appellari ſolet) vocatur id, quod omnino repugnat, ſive quod nec eſt, nec exiſtere poteſt. (XXXI.) e. g. *Creatura independens. Alterum* eſt, quod quidem non exiſtit, exiſtere tamen poteſt, adeoque cum *poſſibili metaphyſico* coincidit. (XVI.) e. g. Alter mundus; ſicut & hic mundus ex *nihilo privativo*, non *negativo* eſt factus. Cæterum ad *non ens* refertur quoque a nonnullis *ens per accidens*, quod conſiſtit *in aggregatione* plurium entium, quæ nullum in unione ſua ſervant ordinem, (unde

privativum.

Ens per accidens, ſeu per aggregationem,

& *ens per aggregationem* communius dicitur, e. g. *acervus frumenti* aut *lapidum*) & hoc ideo, quia, cum tale ens involvat *plura*, potius eſt *entia* quam *ens* dicendum.

XXXVII. *Scholion.* Quando e. g. dicitur; *ante mundi creationem erat nihil*, notiones duæ exprimuntur, nempe 1. notio *mundi*, 2. & *abſentiæ* mundi, ſicut v. g. ſi quis ait; *Chymæra nihil eſt*, exprimit ſimul ideam *entis*, & *abſentiæ* Chymæræ ex numero *entium*, unde melius, ut dictum eſt, nihilum definitur *abſentia ideæ poſitivæ*. (n. præc.) In S. Scriptura *nihilum* idem plerumque ſignificat ac *inane*. e. g. *Extendit velut nihilum Cœlos. Iſ.* 40. *v.* 22. & *Job.* 26, 7. *appendit terram ſuper nihilum.* Quandoque tamen etiam pro *aëre* accipitur, id quod in præſens noſſe juvat. Nihili diverſa ſignificatio.

ARTICULUS IV.

An ens ſit univocum DEO & Creaturis?

XXXVIII. Quid ſit terminus *univocus?* dictum eſt in Logica *fol.* 102. quæritur itaque hic, an Status quæſtionis.

notio *entis*, (XXXI.) ſumpti præciſe, prout dicit *non repugnantiam*, eandem in ſe habeat *ſignificationem* reſpectu Dei, & rerum creatarum? cui quæſtioni ſolvendæ absque multis ambagibus, forte parum *utilibus*, ſatisfacit ſequens

PROPOSITIO.

Notio entis vere univoce competit Deo & Creaturis.

Ens eſt univocũ DEO & creaturis.

XXXIX. Probatur. Deo & Creaturis ex æquo competit τὸ *eſſe poſſibile*, hoc eſt, *eſſe id, quod non repugnat*: atqui per τὸ *ens* nil aliud hic intelligimus; (XXXI.) ergo notio ſeu terminus *entis univoce* iis competit. *Conf.* Quando duo entia habent in ſe aliquid, per quod de ſe invicem perfecte prædicentur *in recto*, tunc illa duo entia in ſignificatione conveniunt *univoce*: (Log. *fol.* 102.) atqui Deus & creatura habent in ſe aliquid, per quod de ſe invicem *perfecte* prædicentur in *recto*: ergo. p. m. *Ens* enim in recto nil aliud eſt, quam *negatio intrinſeca contradictionis*, (XXXI.) & hæc negatio *perfecte* prædicatur de Deo & creaturis, cum tam

tam *Deus* quam *creaturæ* ſint id, *quod nullam contradictionem involvit*: ergo &c.

Nec refert. Quod Deus & creaturæ in nullo *poſitivo* inter ſe conveniant, ſed potius ſint *primo diverſæ*. Nam plura convenire in ratione *entis* ſolummodo dicit, ea convenire in *negatione intrinſecæ contradictionis*, poſſunt autem plura ſic convenire, etſi in nullo *poſitivo* inter ſe conveniant; ſic enim v. g. *Duobus entibus A. & B. licet ponantur primo diverſa, ex æquo convenit, non eſſe X.* ut ait Scotus 1. ſent. Diſt. 23. q. un. ergo *a pari*.

Etiamſi Deus & creaturæ ſint primo diverſæ.

Solvuntur Objectiones.

XL. Ob. 1. Si ens eſſet univocum Deo & creaturis, tunc ſequeretur, quod ens eſſet *genus contrahibile* ad Deum & creaturas: atqui hoc non: ergo &c. p. m. Nulla enim in Deo *contrabibilitas*, ſeu *potentialitas* admitti poteſt, cum ipſe ſit *actus* puriſſimus. R. N. S. M. *Ens* enim in nulla Philoſophia dici poteſt *genus contrabibile*; ſi enim ejuſmodi quid eſſet, tunc ejus *realitas potentialis* deberet reipſa determinari per *modos* vel *differentias* (in-

Nec ſequitur propterea potentialitas in DEO.

(*infinitatem* nempe reſpectu Dei, & *finitatem* reſpectu creaturarum) hoc autem fieri nequit, quia illæ ipſæ *differentiæ* itidem ex ſe ſunt aliquid, *in quo nulla involvitur contradictio*, adeoque ſunt *ens*, æque ac *realitas* illa *potentialis*, quam determinare deberent: Ens igitur in Deo, & creaturis nullam dicit in recto *realitatem potentialem*, ſed meram tantum *negationem*, quæ, ut mox dictum eſt, non exigit, ut in iis, quibus eſt communis, detur aliquid *reale poſitivum*, in quo *univoce* inter ſe conveniant. Et ſane (appoſite loquitur *Cl. P. Fort. a Brix. Met. p.* 1. §. 21.) Sicut ex eo, quod Deo & creaturis ex æquo competat *non eſſe lapidem*, haud ſequitur, dari in Deo & creaturis rationem aliquam *poſitivam*, propter quam hæc illis negatio competat, ita etiam ex eo, quod Deus & creaturæ *in negatione intrinſecæ contradictionis* conveniant, inferri nequaquam licet, Deum & creaturas in *poſitiva determinabili realitate* hanc ob cauſam convenire.

Deus & creatura non conveniunt

Ob. 2. Deus eſt *ens* ſimpliciter *independens*, & *infinitum*: creatura vero eſt *ens dependens* & *finitum*: ergo univoce nullatenus poſſunt convenire. R. N. C.

Ra-

Ratio negandi ex immediate anteà dictis deſumi poteſt. Vel D. C. non poſſunt convenire in ratione entis, ut *exiſtentis* C. c. ut *poſſibilis*, hoc eſt, ut meram dicentis *negationem contradictionis intrinſecæ*, N. c. & c. nec aliud in propoſitione intenditur (XXXIX.) — univoce in ente, ut exiſtens eſt.

Inſt. 1. Non poteſt præſcindi, ſive concipi eſſentia ſine eſſentia: atqui *ens* eſt eſſentia in Deo: ergo non poteſt concipi ſine Deo. R. D. m. Ens eſt eſſentia in Deo, ſi ſumitur *exiſtentialiter*, & in *concreto* una cum ipſa Divinitate, C. m. ſi ſumitur *in abſtracto*, & præciſe ut dicit *negationem intrinſecæ contradictionis*. N. m. & C. in formali entis conceptu certe non ſimul involvitur, *quale* ſit ens, ſed tantum, quod res exiſtat, vel exiſtere poſſit, & non *quomodo* exiſtat, adeoque ſemper verum erit dicere: *Deus eſt eſſentialiter ens*, licet non econtra: *ens eſſentialiter eſt Deus*; alias quippe etiam *creatura* eſſet *Deus*, quia eſt *ens*. — Ens in abſtracto abſtrahit a natura Divina vel creata.

Inſt. 2. Ens ut taliter præciſum a Deo & creaturis eſtne finitum, vel infinitum? neutrum poteſt dici: ergo non poteſt univoce illis convenire. — Nec eſt in ſe finitũ, nec infinitum.

R. & dico, quod in ſuo conceptu *abſtrabat* tam a finitate, quam ab infinitate, & dicat ſolam *negationem intrinſecæ contradictionis*, ut ſæpe jam dictum eſt. Cur autem non poſſit ſic abſtrahere, planę non video, cum ipſi etiam Theologi doceant, relationes in divinis *abſtrahere* tam a *perfectione*, quam ab *imperfectione*?

Univocatio non datur inter ens reale, & rationis.

Inſt. 3. Ergo etiam τὸ *ens* poſſet dici univocum reſpectu entis *realis*, & *rationis*. R. N. *Illatum*. *Diſparitas eſt*, quia reſpectu entis *rationis* ens non habet illum conceptum alicujus dicentis *negationem intrinſecæ contradictionis* (XXXIII.) quem tamen conceptum habet reſpectu *Dei* & *rerum creatarum*.

SE-

SECTIO III.

De Notione eſſentiæ, ejusque Attributis, & Modis.

ARTICULUS I.

De Neceſſario, & contingente, mutabili & immutabili.

XLI. *Neceſſarium* dicitur id, cujus oppoſitum eſt *impoſſibile* (XXI.) Sive *quod non poteſt non eſſe.* Sic e. g. *bis duo* ſunt neceſſario *quatuor.* Aliud eſt *abſolute neceſſarium*, nempe cujus oppoſitum eſt *abſolute impoſſibile*, & aliud eſt *conditionate*, ſeu *hypothetice* neceſſarium, cujus oppoſitum *hypothetice* impoſſibile exiſtit. (XXIII.) Neceſſitas *abſoluta* vocatur etiam *metaphyſica* & *intrinſeca*, quia ſcilicet Metaphyſica verſatur circa *eſſentias* rerum, quas *abſolute neceſſarias* eſſe Articulo ſequenti dicemus, itemque appellatur *geometrica*, quia in rebus *geometricis* maxime invenitur, denique etiam quandoque nominatur *logica*, quia nempe in Logica

Neceſſarium

abſolute.

Hypothetice

Geometrice.

gica definitiones, *eſſentialesque* notiones indagantur atque examinantur. *Neceſſitas* quoque *hypothetica* rurſum

Phyſice, ſubdividitur 1. in *phyſicam*, & *moralem*, pro diverſitate videlicet conditionis, qua poſita oppoſitum vel repugnat *phyſice*, hoc eſt ordinario naturæ curſui, vel *moraliter*, hoc eſt, qua poſita contrarium nonniſi rariſſime contingit.

Moraliter, Sic v. g. ex ſuppoſito, quod Deus naturæ curſum nolit impedire, *phyſice neceſſaria* eſt *combuſtio* ſtuppæ ad approximationem ignis, *moraliter* vero neceſſarius eſt *lapſus peccatoris* in occaſione proxima conſtituti, ut docent Aſcetæ.

Neceſſitas antecedens, 2. In *antecedentem*, *concomitantem*, & *conſequentem*, quarum *prima* tunc contingit, quando poſita cauſa effectus eſt prorſus inimpedibilis, & hic ab illa ad agendum omnimode determinatur. Sic *poſito ſolis ortu* neceſſario incipit *dies*.

Concomitans, *Concomitans* datur, quando conditione libere a quoquam poſita, *de præſenti* ſequitur effectus cum illa conditione inimpedibilem connexionem habens, e. g. ſic *currens* neceſſario *movetur*.

Conſequens. *Neceſſitas* denique *conſequens* ſe habet circa *præterita*, cum ſcilicet id, quod (etſi tunc *libere*) factum eſt, impediri nequit, ut factum

non

non ſit. e. g. Primum peccatum ab Adamo factum, poſtquam ſemel perpetratum fuit, ab eodem, *neceſsitate conſequente*, infectum fieri non potuit. Hinc neceſſitas *antecedens* a S. Anselmo *L.* 2. *cur Deus homo c.* 18. dicitur *neceſſitas, quæ facit rem*, poſterior vero ſeu conſequens, *neceſsitas, quam facit res*.

XLII. Ens *neceſſarium in exiſtendo* vocatur illud, quod exiſtentiæ ſuæ cauſas non habet. *Tale ens* eſt ſolus *Deus* tanquam ens æternum, qua de cauſa a Philoſophis dicitur exiſtere *neceſsitate naturæ ſuæ*, hoc eſt, ita exiſtere, ut non potuerit non exiſtere. Cæterum ſicut intelligi nequit *natura æternitatis*, ita pariter neſcitur, quid ſit exiſtere *neceſſitate naturæ*. *Neceſſarium in eſſendo*, ſive *neceſsitas eſſentiæ* in illo ente eſt, quod eſſentiam habet *immutabilem*, & quod ſolum æternum eſt, ut *Plato* docuit. (XXXII.) Ita ſe habent omnes rerum *eſſentiæ*, in intellectu divino relucentes; habent enim *poſſibilitatem intrinſecam*, ut mox dicetur.

Neceſſarium in exiſtēdo.

In eſſendo.

XLIII. *Neceſſarium* ad existentiam dicitur id, ſine quo alterum plane exiſtere non poteſt. Sic in *Theologia natura-*

Neceſſarium ad exiſtentiam.

turali demonſtratur, *ens æternum intelligens*, ſive Deum eſſe neceſſarium ad exiſtentiam mundi, ita ut illo ſublato mundus exiſtere nequeat. *Neceſſarium ad eſſentiam* eſt id, ſine quo rei alterius eſſentia haberi non valet; adeoque res ab hujusmodi neceſſario *intrinſece* dependent tanquam ab *eſſentialibus*, ut ajunt, & conſtitutivis, ut *circulus* v. g. dependet ab æqualitate circumferentiæ a centro, *homo* a corpore, & anima, & *triangulum* a tribus lateribus, & tribus angulis. Res econtra a quodam *necesſario ad exiſtentiam extrinſece* ſolum dependent, ut *effectus* v. g. a ſua cauſa, vel hic mundus a Deo.

ad eſſentiam.

XLIV. *Contingens eſt*, *cujus oppoſitum eſt poſſibile*, ſive quod aliter eſſe poteſt, e. g. Contingens eſt, *Logicum in horto deambulare*, poterat enim æque ibi *non deambulare*, & in hoc ſenſu *contradictorie* opponitur τῷ *neceſſario*. (Log. *fol.* 203.) non nunquam (ſed *minus proprie*) ſumitur etiam pro eo, *quod præter agentis intentionem accidit*, ut v. g. dum quis volens ſclopeto volucrem trajicere, amicum ſuum glande fatali peri-

Contingens.

perimit: id vero potius *fortuitum* & *caſuale* dicendum eſt, quam *contingens*. Fortuitũ.

XLV. *Mutabile* dicitur, *quod aliter, ac eſt, eſſe poteſt*, ut eſt v. g. *hic mundus*. *Immutabile* vero, *quod aliter eſſe non poteſt*, ut v. g. *omne totum eſſe majus ſua parte*. Hoc coincidit cum *abſolute neceſſario* (XLI.) ſicut *mutabile* cum *contingente*, (XLIV.) adeoque etiam eodem modo *opponuntur*, nempe *contradictorie*. Mutabile, Immutabile.

XLVI. *Corollarium*. Quod eſt *abſolute neceſſarium*, ac prorſus *immutabile*, non poteſt eſſe *contingens*, bene vero, quod eſt *hypothetice neceſſarium*. *Ratio 1mi* eſt, quia, quod eſt *abſolute neceſſarium*, illius oppoſitum nunquam poteſt fieri poſſibile (XLI. & XLV.) cujus vero oppoſitum nunquam fieri poteſt poſſibile, illud non poteſt eſſe *contingens* (XLIV.) ergo. *Ratio 2di* eſt, quia abſente Hypotheſi ejus oppoſitum eſt in ſe *poſſibile* (XLI.) adeoque *contingens* (XLIV.) e. g. ſublato ſolis ſplendore poſſibile eſt non eſſe diem. Hypothetice neceſſarium eſt contingens.

AR-

notio *entis*, (XXXI.) ſumpti præciſe, prout dicit *non repugnantiam*, eandem in ſe habeat *ſignificationem* reſpectu Dei, & rerum creatarum? cui quæſtioni ſolvendæ absque multis ambagibus, forte parum *utilibus*, ſatisfacit ſequens

PROPOSITIO.

Notio entis vere univoce competit Deo & Creaturis.

Ens eſt univocū Deo & creaturis.

XXXIX. Probatur. Deo & Creaturis ex æquo competit τὸ *eſſe poſſibile*, hoc eſt, *eſſe id*, *quod non repugnat*: atqui per τὸ *ens* nil aliud hic intelligimus; (XXXI.) ergo notio ſeu terminus *entis univoce* iis competit. *Conf.* Quando duo entia habent in ſe aliquid, per quod de ſe invicem perfecte prædicentur *in recto*, tunc illa duo entia in ſignificatione conveniunt *univoce*: (Log. *fol.* 102.) atqui Deus & creatura habent in ſe aliquid, per quod de ſe invicem *perfecte* prædicentur in *recto*: ergo. p. m. *Ens* enim in recto nil aliud eſt, quam *negatio intrinſeca contradictionis*, (XXXI.) & hæc negatio *perfecte* prædicatur de Deo & creaturis, cum

tam

tam *Deus* quam *creaturæ* ſint id, *quod nullam contradictionem involvit*: ergo &c.

Nec refert. Quod Deus & creaturæ in nullo *poſitivo* inter ſe conveniant, ſed potius ſint *primo diverſæ.* Nam plura convenire in ratione *entis* ſolummodo dicit, ea convenire in *negatione intrinſecæ contradictionis*, poſſunt autem plura ſic convenire, etſi in nullo *poſitivo* inter ſe conveniant; ſic enim v. g. *Duobus entibus A. & B. licet ponantur primo diverſa, ex æquo convenit, non eſſe X.* ut ait Scotus 1. ſent. Diſt. 23. q. un. ergo *a pari.* Etiamſi Deus & creaturæ ſint primo diverſæ.

Solvuntur Objectiones.

XL. Ob. 1. Si ens eſſet univocum Deo & creaturis, tunc ſequeretur, quod ens eſſet *genus contrabibile* ad Deum & creaturas: atqui hoc non: ergo &c. p. m. Nulla enim in Deo *contrabibilitas*, ſeu *potentialitas* admitti poteſt, cum ipſe ſit *actus* puriſſimus. R. N. S. M. *Ens* enim in nulla Philoſophia dici poteſt *genus contrabibile*; ſi enim ejuſmodi quid eſſet, tunc ejus *realitas potentialis* deberet reipſa determinari per *modos* vel *differentias* Nec ſequitur propterea potentialitas in Deo.

 (*in-*

(*infinitatem* nempe reſpectu Dei, & *finitatem* reſpectu creaturarum) hoc autem fieri nequit, quia illæ ipſæ *differentiæ* itidem ex ſe ſunt aliquid, *in quo nulla involvitur contradictio*, adeoque ſunt *ens*, æque ac *realitas* illa *potentialis*, quam determinare deberent: Ens igitur in Deo, & creaturis nullam dicit in recto *realitatem potentialem*, ſed meram tantum *negationem*, quæ, ut mox dictum eſt, non exigit, ut in iis, quibus eſt communis, detur aliquid *reale poſitivum*, in quo *univoce* inter ſe conveniant. Et ſane (appoſite loquitur *Cl. P. Fort. a Brix. Met. p.* I. §. 21.) Sicut ex eo, quod Deo & creaturis ex æquo competat *non eſſe lapidem*, haud ſequitur, dari in Deo & creaturis rationem aliquam *poſitivam*, propter quam hæc illis negatio competat, ita etiam ex eo, quod Deus & creaturæ *in negatione intrinſecæ contradictionis* conveniant, inferri nequaquam licet, Deum & creaturas in *poſitiva determinabili realitate* hanc ob cauſam convenire.

Deus & creatura non conveniunt

Ob. 2. Deus eſt *ens* ſimpliciter *independens*, & *infinitum*: creatura vero eſt *ens dependens* & *finitum*: ergo univoce nullatenus poſſunt convenire R. N. C.

Ra-

Ratio negandi ex immediate anteà di- ſtis deſumi poteſt. Vel D. C. non poſ- ſunt convenire in ratione entis, ut *exi- ſtentis* C. c. ut *poſſibilis*, hoc eſt, ut meram dicentis *negationem contradictio- nis intrinſecæ*, N. c. & c. nec aliud in propoſitione intenditur (XXXIX.)

univoce in ente, ut exiſtens eſt.

Inſt. 1. Non poteſt præſcindi, ſive concipi eſſentia ſine eſſentia: atqui *ens* eſt eſſentia in Deo: ergo non poteſt concipi ſine Deo. R. D. m. Ens eſt eſ- ſentia in Deo, ſi ſumitur *exiſtentialiter*, & in *concreto* una cum ipſa Divinitate, C. m. ſi ſumitur *in abſtracto*, & præciſe ut dicit *negationem intrinſecæ contradictio- nis*. N. m. & C. in formali entis con- ceptu certe non ſimul involvitur, *quale* ſit ens, ſed tantum, quod res exiſtat, vel exiſtere poſſit, & non *quomodo* exi- ſtat, adeoque ſemper verum erit dice- re: *Deus eſt eſſentialiter ens*, licet non econtra: *ens eſſentialiter eſt Deus*; alias quippe etiam *creatura* eſſet *Deus*, quia eſt *ens*.

Ens in abſtracto abſtrahit a natura Divina vel creata.

Inſt. 2. Ens ut taliter præciſum a Deo & creaturis eſtne finitum, vel in- finitum? neutrum poteſt dici: ergo non poteſt univoce illis convenire.

Nec eſt in ſe finitũ, nec infinitum.

R. & dico, quod in ſuo conceptu *abſtrahat* tam a finitate, quam ab infinitate, & dicat ſolam *negationem intrinſecæ contradictionis*, ut ſæpe jam dictum eſt. Cur autem non poſſit ſic abſtrahere, plane non video, cum ipſi etiam Theologi doceant, relationes in divinis *abſtrahere* tam a *perfectione*, quam ab *imperfectione*?

Univocatio non datur inter ens reale, & rationis.

Inſt. 3. Ergo etiam τὸ *ens* poſſet dici univocum reſpectu entis *realis*, & *rationis*. R. N. *Illatum. Diſparitas eſt*, quia reſpectu entis *rationis* ens non habet illum conceptum alicujus dicentis *negationem intrinſecæ contradictionis* (XXXIII.) quem tamen conceptum habet reſpectu *Dei* & *rerum creatarum*.

SE-

SECTIO III.

De Notione eſſentiæ, ejusque Attributis, & Modis.

ARTICULUS I.

De Neceſſario, & contingente, mutabili & immutabili.

XLI. **N***eceſſarium* dicitur id, cujus oppoſitum eſt *impoſſibile* (XXI.) Sive *quod non poteſt non eſſe.* Sic e. g. *bis duo* ſunt neceſſario *quatuor.* Aliud eſt *abſolute neceſſarium*, nempe cujus oppoſitum eſt *abſolute impoſſibile*, & aliud eſt *conditionate*, ſeu *hypothetice* neceſſarium, cujus oppoſitum *hypothetice* impoſſibile exiſtit. (XXIII.) Neceſſitas *abſoluta* vocatur etiam *metaphyſica* & *intrinſeca*, quia ſcilicet Metaphyſica verſatur circa *eſſentias* rerum, quas *abſolute neceſſarias* eſſe Articulo ſequenti dicemus, itemque appellatur *geometrica*, quia in rebus *geometricis* maxime invenitur, denique etiam quandoque nominatur *logica*, quia nempe in Logica

Neceſſarium

abſolute.

Hypothetice

Geometrice.

gica definitiones, *eſſentialesque* notiones indagantur atque examinantur. *Neceſſitas* quoque *hypothetica* rurſum ſubdividitur 1. in *phyſicam*, & *moralem*, pro diverſitate videlicet conditionis, qua poſita oppoſitum vel repugnat *phyſice*, hoc eſt ordinario naturæ curſui, vel *moraliter*, hoc eſt, qua poſita contrarium nonniſi rariſſime contingit. Sic v. g. ex ſuppoſito, quod Deus naturæ curſum nolit impedire, *phyſice neceſſaria* eſt *combuſtio* ſtuppæ ad approximationem ignis, *moraliter* vero neceſſarius eſt *lapſus peccatoris* in occaſione proxima conſtituti, ut docent Aſcetæ. 2. In *antecedentem*, *concomitantem*, & *conſequentem*, quarum *prima* tunc contingit, quando poſita cauſa effectus eſt prorſus inimpedibilis, & hic ab illa ad agendum omnimode determinatur. Sic *poſito ſolis ortu* neceſſario incipit *dies*. *Concomitans* datur, quando conditione libere a quoquam poſita, *de præſenti* ſequitur effectus cum illa conditione inimpedibilem connexionem habens, e. g. ſic *currens* neceſſario *movetur*. *Neceſſitas* denique *conſequens* ſe habet circa *præterita*, cum ſcilicet id, quod (etſi tunc *libere*) factum eſt, impediri nequit, ut factum

Phyſice, Moraliter, Neceſſitas antecedens, Concomitans, Conſequens.

non

non ſit. e. g. Primum peccatum ab Adamo factum, poſtquam ſemel perpetratum fuit, ab eodem, *necesſitate conſequente*, infectum fieri non potuit. Hinc neceſſitas *antecedens* a S. ANSELMO *L.* 2. *cur Deus homo c.* 18. dicitur *neceſſitas, quæ facit rem*, poſterior vero ſeu conſequens, *necesſitas, quam facit res.*

XLII. Ens *neceſſarium in exiſtendo* vocatur illud, quod exiſtentiæ ſuæ cauſas non habet. *Tale ens* eſt ſolus *Deus* tanquam ens æternum, qua de cauſa a Philoſophis dicitur exiſtere *neceſſitate naturæ ſuæ*, hoc eſt, ita exiſtere, ut non potuerit non exiſtere. Cæterum ſicut intelligi nequit *natura æternitatis*, ita pariter neſcitur, quid ſit exiſtere *neceſſitate naturæ*. *Neceſſarium in eſſendo*, ſive *neceſſitas eſſentiæ* in illo ente eſt, quod eſſentiam habet *immutabilem*, & quod ſolum æternum eſt, ut *Plato* docuit. (XXXII.) Ita ſe habent omnes rerum *eſſentiæ*, in intellectu divino relucentes; habent enim *poſſibilitatem intrinſecam*, ut mox dicetur. Neceſſarium in exiſtēdo. In eſſendo.

XLIII. *Neceſſarium* AD EXISTENTIAM dicitur id, ſine quo alterum plane exiſtere non poteſt. Sic in *Theologia natura-* Neceſſarium ad exiſtentiam.

turali demonſtratur, *ens æternum intelligens*, ſive Deum eſſe neceſſarium ad exiſtentiam mundi, ita ut illo ſublato mundus exiſtere nequeat. *Neceſſarium ad eſſentiam* eſt id, ſine quo rei alterius eſſentia haberi non valet; adeoque res ab hujusmodi neceſſario *intrinſece* dependent tanquam ab *eſſentialibus*, ut ajunt, & conſtitutivis, ut *circulus* v. g. dependet ab æqualitate circumferentiæ a centro, *homo* a corpore, & anima, & *triangulum* a tribus lateribus, & tribus angulis. Res econtra a quodam *neceſſario ad exiſtentiam extrinſece* ſolum dependent, ut *effectus* v. g. a ſua cauſa, vel hic mundus a Deo.

ad eſſentiam.

Contingens.

XLIV. *Contingens eſt*, *cujus oppoſitum eſt poſſibile*, ſive quod aliter eſſe poteſt, e. g. Contingens eſt, *Logicum in horto deambulare*, poterat enim æque ibi *non deambulare*, & in hoc ſenſu *contradictorie* opponitur τῷ *neceſſario*. (Log. *fol.* 203.) non nunquam (ſed *minus proprie*) ſumitur etiam pro eo, *quod præter agentis intentionem accidit*, ut v. g. dum quis volens ſclopeto volucrem trajicere, amicum ſuum glande fatali

peri-

perimit: id vero potius *fortuitum* & *caſuale* dicendum eſt, quam *contingens*. Fortuitũ.

XLV. *Mutabile* dicitur, *quod aliter, ac eſt, eſſe poteſt*, ut eſt v. g. *hic mundus*. *Immutabile* vero, *quod aliter eſſe non poteſt*, ut v. g. *omne totum eſſe majus ſua parte*. Hoc coincidit cum *abſolute neceſſario* (XLI.) ſicut *mutabile* cum *contingente*, (XLIV.) adeoque etiam eodem modo *opponuntur*, nempe *contradictorie*. Mutabile, Immutabile.

XLVI. *Corollarium*. Quod eſt *abſolute neceſſarium*, ac prorſus *immutabile*, non poteſt eſſe *contingens*, bene vero, quod eſt *hypothetice neceſſarium*. *Ratio 1mi* eſt, quia, quod eſt *abſolute neceſſarium*, illius oppoſitum nunquam poteſt fieri poſſibile (XLI. & XLV.) cujus vero oppoſitum nunquam fieri poteſt poſſibile, illud non poteſt eſſe *contingens* (XLIV.) ergo. *Ratio 2di* eſt, quia abſente Hypotheſi ejus oppoſitum eſt in ſe *poſſibile* (XLI.) adeoque *contingens* (XLIV.) e. g. ſublato ſolis ſplendore poſſibile eſt non eſſe diem. Hypothetice neceſſarium eſt contingens.

AR-

ARTICULUS II.

De *Notionibus eſſentiæ, naturæ, & exiſtentiæ.*

Eſſentia. XLVII. *Eſſentia* rei dicitur id, *per quod res ab omnibus aliis rebus ſimul exiſtentibus poteſt diſcerni*, vel brevius: eſt *cujuslibet entis intrinſeca conſtitutio, vi cujus eſt, quod eſt, & quo ſublato non eſt.* Wolfius eam definit eſſe *id, quod primum de ente concipitur, & in quo ratio continetur ſufficiens, cur cætera vel actu inſint, vel ineſſe poſſint.* In ſcholis vulgo etiam dicitur *forma rei, quidditas, & ratio formalis*, ſive *quod intrinſece dat eſſe rei*, ut v. g. *animalitas*, & *rationalitas* in *homine*, *rotunditas*, & *radiorum æqualitas* in *circulo*, quæ propterea *eſſentialia* dicuntur. (Log. *fol.* 61.)

Eſſentialia.

Natura. XLVIII. *Natura* eandem fere notionem habet, ac *eſſentia*, hoc uno diſcrimine, quod, ubi concipitur *tanquam fons & origo proprietatum*, quæ rei inſunt, vocetur *eſſentia*, ubi vero concipitur *tanquam fons & origo operatio-*

num,

num, quæ a tali re producuntur, dicatur *natura*. Quoniam vero, ut axioma ait, *operari ſequitur ad eſſe*, & *qui dat eſſe*, *dat etiam conſequentia ad eſſe*, hinc unum idemque erit *eſſendi* & *operandi* principium, adeoque *natura* & *eſſentia* inter ſe quoad rem non diſtinguuntur. Aſt plura de hoc alibi.

XLIX. *Scholion.* In *moralibus natura* accipitur pro *norma actionum humanarum*, naturæ lumine ab auctore mundi promulgata, ſic normas illas, ſecundum quas Deus per lumen rationis homines edocet, ut actiones ſuas *liberas* illis conforment, Ethici *naturæ leges* vocant, ut eſt v. g. illud: *declina a malo*, & *fac bonum.* Primas vero naturæ humanæ propenſiones, & *naturales* impetus, *mechanicas* naturæ animalis *leges* appellant: e. g. ſic ex natura quodlibet animal prolem ſuam amat, ejusque curam gerit &c. Natura in moralibus. naturæ leges

L. *Exiſtentia* a *Wolfio* definitur *complementum posſibilitatis*, nempe ut ens aliquod *exiſtat*, debet illud quidem prius eſſe *posſibile*; alias enim, ſi involveret contradictionem, *exiſtere* nullatenus poſſet: (XXI.) at nec ſufficit Exiſtentia.

 ſola

ſola *poſſibilitas*, & mera *contradictionis abſentia*, ſed aliquod *complementum*, ut *actu* ſit, accedere debet, ſic v. g. cum mundus hic nondum exiſteret, & mere non repugnaret, tantum erat *poſſibilis*, eo ipſo vero momento, quo ad *actualem exiſtentiam* perducebatur, accedebat hoc *complementum*.

In Scholis *exiſtentia* paſſim definitur, eſſe *id*, *per quod res ponitur extra ſuas cauſas*. A non nullis etiam dicitur, quod ſit *ſtatus rei*, *quo ea apta eſt ad agendum*, *vel ad patiendum*. De hac porro *exiſtentia*, an realiter, ut volunt Thomiſtæ, vel *formaliter*, ut plerique Scotiſtæ contendunt, ab eſſentia diſtinguatur, infra redibit quæſtio, cum neceſſaria de *diſtinctione* prius pertractata fuerint.

Res exiſtens eſt adhuc in quodam ſenſu poſſibilis.

Cæterum ſi res incipit *exiſtere*, tunc ceſſat quidem *poſſibilitas* ſtricte ſic dicta (prout ſcilicet opponitur *actuali*) manet tamen illa *poſſibilitas*, quæ opponitur *impoſſibili*. v. g. Mundus eſt ſimul *actualis*, attamen non *impoſſibilis*.

Quodlibet ens habet ſuã eſſentiã.

LI. *Corollarium I.* Quodlibet ens habet ſuam eſſentiam, nec ea privari poteſt; entis enim eſſentia eſt ejus *poſſibilitas intrinſeca*, quia per hoc præciſe

eſt

eſt ens, quod ſit *poſſibile* (XXXI.) atqui habet quodlibet ens *poſſibilitatem intrinſecam*, alias eſſet non ens (n. cit.) ergo quodlibet ens habet ſuam eſſentiam. Q. E. 1*mum*. Si vero privaretur ſua *poſſibilitate* ſeu eſſentia, ceſſaret eſſe *poſſibile*, ſicque fieret impoſſibile: Atqui hoc non (IX.) Q. E. 2*dum*.

LII. *Corollarium* II. *Eſſentiæ* rerum ſunt abſolute *neceſſariæ*, & *immutabiles*; nam earum oppoſita ſunt abſolute impoſſibilia. Sic v. g. *homini* abſolute impoſſibile eſt eſſe *irrationalem*, & *circulo* abſolute repugnat eſſe *quadratum*, &c. Ergo ſunt *abſolute neceſſariæ* (XLI.) Q. E. 1*mum*. Adeoque etiam ſunt tales, ut aliter, ac ſunt, eſſe nequeant: Ergo rerum eſſentiæ inſuper *immutabiles* ſunt (XLV.) Q. E. 2*dum*. Conſequenter nec *minui* nec *augeri* poteſt ulla rei cujusvis eſſentia; nam ſi poſſet *minui* vel *augeri*, tunc eo ipſo *mutaretur*, quod implicare mox dictum eſt. Habent ſe igitur rerum eſſentiæ ſicut *numeri Arithmetici*, ſiquidem *binario* v. g. nil *addi* poteſt, nec *demi* ſalvo *numero binario*; ſi enim quid *addideris*, jam non amplius *binarius* erit, & ſi quid *ſubtraxeris*, itidem deſinet eſſe

Eſſentiæ rerum ſunt neceſſariæ, & immutabiles,

numerus binarius. Videatur etiam de hac re in logica diſputatrice *fol.* 560. *& ſeq.*

ac æternæ, LIII. *Corollarium* III. *Rerum eſſentiæ ſunt æternæ;* non enim *tempus* aliquod valet aſſignari, quo cæperint eſſe *poſſibiles*, (in quo *eſſe poſſibili* rerum eſſentiæ *conſiſtunt*) nec tempus futurum eſt, in quo deſinant eſſe *poſſibiles;* alias aliquando id, quod nunc eſt *poſſibile*, fuiſſet *impoſſibile*, aut foret inpoſterum *impoſſibile*, quod repugnat: (IX.) ergo rerum eſſentiæ ſunt æternæ, hoc eſt (ut propoſitio in ſano ſenſu accipiatur) non quaſi res cum ſuis eſſentiis ab æterno jam exſtiterint, aut in æternum exſtituræ ſint, ſed ſenſus hic eſt; Deus omnium rerum eſſentias ab æterno ſibi in intellectu ſuo infinito repræſentavit ſecundum terminos, illarum eſſentiis convenientes, adeoque, ſi res defacto exiſtentes ab æterno exſtitiſſent, non *alio modo* fuiſſent poſſibiles. e. g. *Hominem* ut *ſenſitivum*, & *rationalem*, Deus ex omni æternitate ſibi repræſentavit, & ſi alio modo illum ſibi repræſentaſſet, jam non *hominem* concepiſſet. Inde

LIV.

LIV. *Scholion* I. Nequaquam a *neceſſitate eſſentiarum* ad neceſſitatem *exiſtentiæ* concludi debet; ſicut enim e. g. nulla eſt conſequentia: *triangulum, quando exiſtere debet, neceſſario debet exiſtere per tria latera, & tres angulos: ergo exiſtentia trianguli eſt neceſſaria.* Ita pariter fallaciam conſequentis committit, qui ſic concludit: *Creaturæ neceſſario per limitationem exiſtunt: ergo creaturæ neceſſario exiſtunt.* Deus nempe entium *exiſtentiam* mutare poteſt, e. g. *aquam in vinum*, manent tamen continuo *eſſentiæ* rerum in mera *poſſibilitate* ſua conſideratæ, ſicut etiam figura *exiſtens* v. g. *circulus* poteſt in aliam e. g. triangulum mutari ad libitum facientis, *eſſentia* tamen *circuli* generatim conſiderati eſt *neceſſaria*, & *immutabilis*, ſive, ut præclare inquit Cl. *Antonius Gen. Elem. Met. p.* 1. *c.* 4. *Rerum eſſentiæ archetypæ intelligibiles* (ſcilicet quæ continentur *in mente DEI*) non vero *reales factæ* dicuntur abſolute *immutabiles.*

Non tamē quoad exiſtentiam, ſed quoad eſſe poſſibile.

LV. *Scholion* II. Quia unum idemque ens ſub diverſo reſpectu varie conſiderari poteſt, hinc eſſentia quoque diverſa in uno eodemque ente concipi valet. e. g. *Homo* aliter conſide-

Unius rei ſub diverſo reſpectu datur multiplex eſſentia.

randus venit ut *ens*, aliter ut *ſenſitivus*, & rurſum aliter ut *rationalis*, *comprehenſive* denique (Log. *fol.* 51.) & reduplicative ut *homo*, ſub quo diverſo reſpectu alia quoque & alia ejusdem relucet eſſentia, ideoque v. g. non licet inferre: *Homo eſt ens*: *Ergo ejus eſſentia eſt poſſibilitas interna;* eſt enim *fallacia compoſitionis* (Log. *fol.* 276.) nam hominis quidem, ut *entis* conſiderati, eſſentia eſt *poſſibilitas interna* (XXXI.) at vero ejus ut *hominis*, eſſentia eſt *rationalitas*, quia non fit homo per *poſſibilitatem*, ſed per *rationalitatem*.

Quod per ſuam eſſentiam exiſtit, neceſſario exiſtit, & econtra.

LVI. *Corollarium* IV. Quod *per ſuam eſſentiam* exiſtit, ejus *exiſtentia* eſt *abſolute neceſſaria*, & vice verſa, cujus *exiſtentia* eſt *abſolute neceſſaria*, illud *per ſuam eſſentiam* exiſtit. *Ratio* eſt, quia, ſi ejusmodi entis *exiſtentia* non eſſet abſolute *neceſſaria*, tunc poſſet *non exiſtere*, adeoque *exiſtentiæ* ſuæ rationem vel haberet *in alio*, vel *in nihilo*: atqui *primum* eſt contra definitionem (XXXXII.) alterum vero repugnat *principio rationis ſufficientis* (XIII.) ergo &c. econtra

LVII.

LVII. *Corollarium V.* Quod non exiſtit *per ſuam eſſentiam*, illud *contingenter* exiſtit; poteſt enim non exiſtere, eoipſo, quia rationem ſuæ exiſtentiæ non habet *in ſe*, ſed *in alio*, & conſequenter exiſtit *contingenter.* (XLIV.) Cæterum ex hoc & præcedenti corollario deducitur, quod *omne exiſtens* vel ſit ens *contingens*, vel *neceſſarium* in exiſtendo; nam ſi *exiſtit per ſuam eſſentiam*, & *a ſe*, tunc eſt ens *neceſſarium*, ut *Deus.* Si vero non exiſtit *per ſuam eſſentiam*, ſed *ab alio*, erit *contingens.* Quod cõtingenter exiſtit; nõ exiſtit per ſuam eſſentiam.

LVIII. *Corollarium* VI. Omnia entia *contingentia rationem ſufficientem* ſuæ exiſtentiæ debent habere in *ente ſimplici*, & *abſolute neceſſario*; cum enim illam non habeant a ſemetipſis, (n. præc.) debent eam habere in alio *a ſe diverſo*: atqui ſolum ens *neceſſarium* eſt diverſum *a contingente*: (XLI.) ergo &c. adeoque quot dantur entia *contingentia*, tot habentur manifeſta teſtimonia, dari aliquod ens, cujus exiſtentia ſit *abſolute neceſſaria*, quod *Deum* eſſe in Theologia naturali demonſtrabitur. Entia cõtingentia probant dari ens abſolute neceſſarium.

LIX. *Scholion.* Cæterum bene hic adhuc notandum, quod, ſicut in Logica Eſſentiæ nomina-

les diffe- runt a realibus. gica (*fol.* 133.) diſcrimen eſſe faciendum monuimus inter definitiones *reales*, & *nominales*, ſic pariter inter *eſſentias* rerum facienda diſtinctio ſit, nempe ut aliæ pariter dicantur *eſſentiæ reales*, quæ definitionibus *realibus*, & aliæ *nominales* ſeu *notionales*, quæ definitionibus ſolum *nominalibus* exprimi ſolent: *eſſentiæ* ſcilicet *reales* ut plurimum a nobis ignorantur, quia nec omnia rerum *eſſentialia* inſpicere poſſumus, nec eorum unionem ſatis clare intelligere, niſi fortaſſe in ſolis rebus *Arithmeticis*, & *Geometricis*, utpote quæ eſſentias habent ab arbitrio Arithmeticorum & Geometrarum ut plurimum dependentes, adeoque mere *nominales*, cum aliarum rerum eſſentiæ ſint *reales*. Quicunque igitur hoc diſcrimen non recte ſervant, dum eſſentias *nominales* pro *realibus* habent, falli ſæpe numero, & quidem magnopere poſſunt. Interim (ut inquit cl. ANTONIUS GEN. *Elem. Met.* p. 1. c. 3. §. 27. *Pauci ſunt Philoſophi, qui eſſentias ſuas nominales non pro realibus perfecte habent. Sed ex ſapientum diſcordiis, & eorum ſenſu communi diſcimus, vix modorum ſimpliciorum eſſentias nominales haberi poſſe pro realibus,*

bus, &, ut ego quidem puto, ne has quidem, niſi in pauciſſimis. Hæc ille.

ARTICULUS III.

De Attributis, & Modis Eſſentiæ.

LX. *Attributum eſſentiæ* dicitur ejusmodi affectio, (ſive prædicatum) quæ ſui rationem ſufficientem habet *in* ipſa eſſentia, vel, ut *cit. cl. Ant. Gen. Elem. Met. p.* 1. *c.* 2. §. 24. Illud definit: eſt *id, quod, licet non ſit primum in eſſentia, (in quo ab* ESSENTIALI *diſcernitur) neceſſario tamen, & intrinſecus provenit ab eſſentia, & ita, ut poſita eſſentia illud ponatur neceſſe eſt.* Ut *riſibilitas* in homine, vel *diviſibilitas* in corpore, adeoque convenit cum eo, quod in ſcholis dicitur *proprietas quarto modo*, (Log. *fol.* 62.) aut etiam alio nomine appellatur *eſſentiale conſecutivum*, ſicut econtra ipſa eſſentia, & ea, quibus eſſentia continetur, *eſſentiale conſtitutivum* audiunt. Attributũ eſſentiæ ſive eſſentiale conſecutivũ,

LXI. *Corollarium.* Quia attributa neceſſario ab eſſentia fluunt, nec ab illa ſeparari unquam poſſunt; (n. præc.) fluit ab eſſentia,

hinc omnia, quæ ſupra de rerum *eſſentiis* demonſtrata ſunt, etiam attributis adaptari debent, nempe quod ſint *immutabilia*, (LII.) & *æterna*: (LIII.) ſic quamdiu homo eſt *homo*, *neceſſario*, *immutabiliter*, ac *ſemper* manet in eo *potentia ridendi*, *capacitas diſcendi* &c. Dico *potentia* & *capacitas*, nam *actualis* utique riſus, & *actualis* doctrina, cum non ſint *attributa*; ſed *modi* vel *accidentia*, *ſalva* hominis eſſentia, facile abeſſe queunt. Eſt nempe

non vero Modus.

LXII. *Modus*, ſive *accidens*, *ejusmodi affectio*, (prædicatum) *cujus ratio ſufficiens extra eſſentiam in entibus aliis continetur.* e.g. *Doctrina* in homine, *rotunditas* in lapide &c. Attamen ſupra citatus CL. ANT. GEN. *Modum* diſtinguit ab *accidente* velut contentum a ſuo continente, ait enim *Elem. Met.* p. 1. c. 2. §. 22. *Accidens eſt adjunctum ſubſtantiæ*, (quæ hic interim, donec plura de illa inferius dicantur, nominari poteſt *eſſentia actu exiſtens*) *quod illius aut eſſentiam*, *aut exiſtentiam limitat.* Vel brevius: *Accidens* eſt *limes eſſentiæ*, *vel exiſtentiæ ſubſtantialis*, & quidem, ſi *eſſentiam* limitat, *qualitas*, ſi vero *exiſtentiam*, *Modus* audit. Videantur hic

Accidens quomodo a modo differat!

quo-

quoque; quæ de *Modis* dicta ſunt in Logica *fol.* 89. & 90. plura vero de illis, ac de *accidentibus* dicentur infra in ſuo loco.

LXIII. *Scholion* I. Duplicis generis *accidentia* ſtatuebant VV. 1. *prædicamentalia*, 2. & *prædicabilia*. Accidens *prædicamentale* vocabant omne id, quod non eſt *ſubſtantia*, adeoque hoc nomine tam *accidentia* vere talia, quam etiam *attributa*, ſeu *proprietates* complectebantur, *accidens prædicabile* ſumebant in ſenſu, prout definitur in Log. *fol.* 62. & 63. illudque ulterius dividebant in *accidens abſolutum*, ſeu ſeparabile, & in accidens *relativum*, ſeu *modale*, ac inſeparabile, de quibus itidem paulo inferius. Accidens prædicamentale, & prædicabile.

LXIV. *Scholion* II. In *accidentibus* ſeu *Modis* bene diſcernendæ ſunt eorum *actualitas*, & *poſſibilitas*; actualitas enim ſeu *actualis exiſtentia* hujus vel alterius *modi* non manat ab *eſſentia*, nec in illa rationem ſui ſufficientem habet, ſed potius in entibus aliis, a quibus producitur, atque in eſſentiam introducitur: econtra *poſſibilitas*, æque ac *attributum*, (LX.) ab *eſſentia* pullulat; etenim cur modi ſint *poſſibiles*, debet adeſſe ali- Actualitas & poſſibilitas in accidente differunt.

aliqua ratio *ſufficiens*: (XIII.) atqui illa ratio non eſt in ipſis *modis*, rei jam inexiſtentibus; alias illi modi exiſterent *a ſe*, eorumque *actualitas* & *exiſtentia* prior eſſet, quam *poſſibilitas*: ergo illorum ratio ſufficiens debet eſſe, vel in *eſſentia*, vel in *attributis*? ſi *primum*? habetur intentum. Si 2*dum*? tunc iterum (ſi non *imediate* & *proxime*, ſaltem *mediate* & *remote*) *modi* ut *poſſibiles profluunt ab eſſentia*, mediantibus ſcilicet *attributis*, quæ & ipſa ſuum eſſe habent *ab eſſentia*. (LX.) certe quod homo *poſſit* eſſe *ridens*, hoc habet ex ſua eſſentia, item quod lignum *poſſit* dividi, id habet ex eo, quod ex eſſentia ſua ſit *materiale* &c. licet *actualis riſus*, & *actualis* diviſio, *ſalva utriusque* (tam *hominis* quam *ligni*) *eſſentia*, poſſit adeſſe, vel *abeſſe*.

LXV. *Corollarium. Poſſibilitates* igitur *modorum*, cum æquivaleant *attributis*, (n. præc.) ſunt æque *neceſſariæ* ac *immutabiles*, ſicut *attributa*. (LXI.) *Actualitates* vero eorum, quia a re, cui inſunt, poſſunt *ſeparari*, (*n. præc.*) ſunt *mutabiles*, & *contingentes*. Priores, ſeu *poſſibilitates* etiam alio vocabulo *diſpoſitiones naturales* appellantur, nempe quatenus ens habet poſſibilitatem ex

ſua

ſua eſſentia, ad certos quosdam modos in ſe recipendos, eatenus illi *diſpoſitio naturalis* ad illos admittendos ineſſe dicitur. Sic v. g. Homo in ſe habet diſpoſitionem naturalem ad recipiendam doctrinam, adeoque *docilitas* eſt ejus *diſpoſitio naturalis* ac *attributum*. diſpoſitio naturalis.

ARTICULUS IV.

De Eſſentiæ creatæ proprietatibus, & gradibus Metaphyſicis in ſenſu Scotiſtarum.

LXVI. Quoniam nihil eſt in rebus creatis, quod non habeat in ſe aliquid, in quo cum altero *conveniat*, & aliud, in quo cum altero *diſconveniat*, & hoc quidem ad differentiam *entis increati*, quod ab omni omnino ente alio ita *ex toto differt*, ut in nullo plane conveniat, hinc entia cuncta *creata* dici debent in aliquo ſenſu *compoſita*, ſolus vero Deus habendus eſt pro ente *eſſentialiter ſimplici*, de quo inferius. Omnia entia creata habent aliquam compoſitionem,

LXVII. Compoſitio porro a Scotiſtis triplex ſtatuitur. 1. *Phyſica*, quæ ori- vel phyſicam,

oritur *ex partibus phyſicis*, hoc eſt, realiter & actu a ſe invicem *ſeparabilibus.*

vel Logicam, 2. *Logica*, quæ fit ex genere & differentia *ſecundo intentionaliter* ſpectatis.

vel Metaphyſicam. (Log. *fol.* 114.) 3. *Metaphyſica*, quæ exſurgit *ex genere & differentia*, *primo intentionaliter* acceptis, ſive *ex ſubſtrato generis, & differentiæ*, (Log *fol.* 59.) aliisque adhuc *proprietatibus*, per *præciſionem* non mere *formalem*, ſed *objectivam* (Log. *fol.* 53.) conceptis. Sic e. g.

Sic idem homo ſub diverſo reſpectu eſt tripliciter compoſitus. in uno & eodem *homine* datur 1. Compoſitio *phyſica*, quatenus nempe homo conſtat ex *corpore* & *anima*, tanquam partibus phyſicis, realiter ſeparabilibus. 2. Datur in eo compoſitio *Logica*, ex *animalitate* & *rationalitate*, præciſe ſumptis pro *genere* & *differentia*, tanquam terminis ſecundæ intentionis, (Log. *fol.* 55. & 57.) 3. *Metaphyſica* denique *ex principio ſentiendi & ratiocinandi*, quod eſt *ſubſtratum* generis & differentiæ τῦ *eſſe ſecundo intentionalis* &c. Ex quo patet, poſſe aliquid

Simplicitas & compoſitio poſſunt quodammodo ſimul ſtare. ſub diverſo reſpectu ſimul eſſe *ſimplex*, & *compoſitum.* Sic v. g. Angelus eſt *phyſice ſimplex*, cum non habeat partes phyſicas, & tamen *Logice* & *Metaphyſice* ex *genere* & *differentia*, eorumque *ſubſtrato*, exiſtit vere *compoſitus.*

LXVIII.

LXVIII. Quia ens *logice compoſitum* (*univerſale logicum* etiam dicitur. Log. *fol.* 51.) ſupponit *metaphyſica fundamenta* (ſubſtrata) de quibus *actu* prædicetur; hinc aſſerunt Scotiſtæ, dari *a parte rei* in ente *metaphyſice* compoſito omnia illa *fundamenta*, ſeu *ſubſtrata* generum & differentiarum, quæ aſcendendo vel deſcendendo *ſecundum gradus* prædicantur de aliqua ſubſtantia prima v. g. *Paulo* in *arbore Porphyriana*: (Log. *fol.* 65. *fig.* I.) Unde & *gradus metaphyſici* ab ipſis vocantur. Subſtrata metaphyſica dantur a parte rei, id eſt, nemine cogitante, vocanturque gradus metaphyſici;

LXIX. Similiter dicendum eſt de *attributis* omnibus ex eſſentia fluentibus, (LX.) quæ communi nomine *proprietates metaphyſicæ* cognominantur, & reipſa nil aliud ſunt, quam illa ipſa *ſubſtrata metaphyſica*, quæ tanquam *virtutes* & *potentiæ* conſiderantur, id eſt ſecundum ſuam *poſſibilitatem* (LXIV.) e. g. *Virtus* ſeu *potentia ſentiendi*, *ratiocinandi*, *ridendi* &c. Non vero ſecundum *actualitatem;* (LXIV.) nam ſic potius dicendæ ſunt vel *potentiæ*, aut *organa phyſica ſenſibilia*, (Log. *fol.* 409.) quibus mediantibus *actualis ſenſatio* peragitur, vel *proprietates phyſicæ*; hoc eſt *accidentia*, aut *modi.* e. g. *Actualis* similiter attributa omnia ſeu proprietates metaphyſicæ, Si conſiderentur ut potentiæ & virtutes, non vero ſecundum actualitatem.

rijus

riſus, vel *ſenſatio* &c. Illarum vero *proprietatum metaphyſicarum* origo eſt *eſſentia*, (XLVII.) ex qua dicuntur *emanare*, quæ *eſſentia*, quatenus in ea concipitur *genus* & *differentia*, etiam vocari in ſcholis ſolet *actus*, (qui denotat *differentiam*) & *potentia* (per quam *genus* indicatur.).

Modus phyſicus & metaphyſicus in quo differant?

LXX. Modus, qui in ſcholis paſſim definitur eſſe *id*, *quod adveniens rei non variat eſſentiam ejus*, *cujus eſt modus*, a *Scotiſtis* dividitur 1. in *phyſicum*, ſeu *extrinſecum* & *ſeparabilem*, ut eſt v. g. *ſeſſio*, *ſtatio*, *figura rotunda* &c. 2. in *metaphyſicum*, ſeu *intrinſecum*, & *inſeparabilem*, ut eſt v. g. *exiſtentia*, de qua poſtea. Scotiſtæ etiam inter 2di generis *modos* recenſent ſic dictam *hæcceitatem* (Log. *fol.* 60.) quæ juxta illos ab eſſentia prius emanat, quam *exiſtentia*; ſicut & *infinitatem* in eſſentia divina, & *finitatem* in eſſentia creata &c.

Gradus metaphyſici eidem rei identificantur, neque ſe ſolis exiſtunt.

LXXI. Cæterum tenent pro certo Scotiſtæ, hæc omnia modo recenſita, nempe *gradus metaphyſicos*, *virtutes*, & *modos* intrinſecos ita eſſe *in* eſſentiis phyſicis v. g. corporibus noſtris, ut *unam* plane cum illis *rem* conſtituant, nec

necpoſſint ſine illis *extra ſingularia* exiſtere, & conſequenter, ſicut concedere nolunt, illa eſſe ſola *entia rationis*, mere per *intellectum* ficta. ita pariter ea ipſa *res proprie ac ſtricte tales*, id eſt, *ſe ſolis exiſtentes* appellare recuſantes, duce ſuo Doctore Subtili originem dedere famoſis illis *entitatulis*, *formalitatibus*, & *realitatibus*, ſeu *entibus diminutis*, ac *rebus minus ſtricte talibus*, medium hoc modo invenire cupientes, quo *phyſica* a *metaphyſicis*, ſeu res ſenſibiles ab earum eſſentiis, & *metaphyſica* a *logicis*, ſeu illa, quæ ſunt a parte rei, ab illis, quæ *per intellectum* ſunt, diſcernantur, hinc *ſubſtratum generis* (*animalitas*) *ſubſtratum differentiæ* (*rationalitas*) *ſubſtratum proprii* (*riſibilitas*) aliæque *virtutes metaphyſicæ* (LXIX.) *ſubſtratum individui* (*hæcceitas*) &c, tanquam *entitatulæ ſeu realitates*, uti vocant, rebus phyſicis ſuperadditæ, a Scotiſtis conſiderantur, & tanquam *formalitates*, non *formæ*, quia *forma* ſumitur pro tota *eſſentia*, illæ vero ſolummodo ſunt *partes metaphyſicæ*, ad eſſentiam conſtituendam concurrentes, vel potius *ab eſſentia phyſica emanantes*.

origo entitatularum Scotiſticarū.

Quid juxta Scotiſtas ſibi velit emanatio metaphyſica?

LXXII. Dicuntur autem gradus metaphyſici ab eſſentia phyſica *emanare* in tantum, in quantum ab illa (cui *realiter* inſunt, ita, ut cum illa *unam* tantum *rem* phyſicam conſtituant) habent, *ut ſint actu, & a parte rei cognoſcibiles, definibiles, & conceptu adæquato expreſſibiles*, etſi non habeant *exiſtentiam propriam*, a re, cui inſunt, diſtinctam. Ut ſunt e. g. *intellectus* & *voluntas* tanquam duæ *potentiæ* in eadem anima.

Res & formalitas ſeu realitas quomodo differant?

LXXIII. Igitur *res ſtricte talis* a re *minus ſtricte tali*, ſeu *formalitate* aut *realitate Scotiſtica* per hoc differt, quod *illa* proprie exiſtat, producatur vel creetur, adeoque habeat cauſam phyſicam efficientem pro ſui productione, *hæc* vero ſolum exiſtat exiſtentia totius, ex quo emanet, reſultet, atque ebulliat, & conſequenter cauſam non habeat aliam, niſi ut reſultantes ejusmodi *virtutes* aut *proprietates* requirunt. Inde *formalitas Scotiſtica* plerumque in

Definitio formalitatis Scotiſticæ,

hunc modum definitur, quod ſit *ratio objectiva* (Log. *fol.* 53.) *conceptibilis in aliqua re conceptu adæquato & perfecto, diſtincta a concepu adæquato alterius formalitatis ejusdem rei.* Sic v. g. *Intellectus* tanquam *potentia* poteſt vere in anima

con-

concipi conceptu adæquato, & diſtincto a conceptu alterius potentiæ, (*voluntatis*) in eadem anima tanquam *in una re* reſidentis: (Log. *fol.* 153.) quare poſtremo

LXXIV. Id adhuc monent Scotiſtæ, quod ad rationem *formalitatis* ſatis non ſit, ut ſit *conceptibilis ſine alia*, ſed inſuper requirunt, ut importet aliquam perfectionem a parte rei *propriam*, & *adæquato conceptu* expreſſibilem. Sic v. g. *Animalitas* in homine tanquam *genus* eſt vera ejusmodi *formalitas* in ſenſu Scotiſtarum, ſicut & *rationalitas*, quia prior involvit *perfectionem propriam*, & *a conceptu alterius diverſam*; differunt enim *principium ſentiendi*, ſeu *animalitas*, & *principium ratiocinandi*, ſeu *rationalitas*, ut ex terminis manifeſtum eſt: econtra in hac definitione *animalitatis*, quod ipſa ſcilicet ſit *principium ſentiendi*, τὸ *principium* nequit dici *novum genus*, ſeu *nova formalitas*, ab altero addito τȢ *ſentiendi* diſtincta, quia illud in iſto includitur, cum *ſine illo addito (principium)* non eſſet *animalitas* formaliter talis, ſeu *virtus ſentiendi*, adeoque τὸ *principium ſentiendi* eſt *una* ea-

Quid ad illam requiratur?

demque realitas cum *animalitate*, ſeu, ut alio verbo dici poteſt, cum *ſenſibilitate*, & conſequenter non conſtituit *novum genus*, aut *novam differentiam*; ſed ſe habent formaliter ut *definitio*, & *definitum*, ut v. g. *homo*, & *animal rationale*, quæ etiam a parte rei tam *realiter*, quam *formaliter idem* ſunt.

SECTIO IV.

De Generalibus entis proprietatibus.

Generales entis proprietates ſunt tres.

LXXV. *Generales entis proprietates* vocari ſolent prædicata illa, quæ ſic *univerſaliter* ſeu *generaliter enti* conveniunt, ut omnes entium fines ac terminos *tranſcendant*, atque excedant, ideoque non *aliqua* ſolum, ſed *ſingula* prorſus entium genera complectuntur, unde & *tranſcendentalia* nominantur, ſuntque tria præſertim, nempe *unitas*, *veritas*, & *bonitas* ſeu *perfectio*, de quibus in præſens agendum.

AR-

ARTICULUS I.

De
Unitate Entis.

LXXVI. Unitas . metaphyſica, **U**nitas in ſcholis dicitur: *indiviſio rei in ſe, & diviſio ab omni alia re, vel* etiam *prædicatum tranſcendens, quo ſive ens, ſive modus entis vel accidens, eſt in ſe indiviſum, & ab omni alio diviſum.* Adeoque ens dicitur *unum* tum reſpectu *ſui*, tum etiam reſpectu *aliorum;* reſpectu *ſui* quidem, quatenus vel in ſe *ſimplex* eſt, & *incompoſitum*, vel quatenus ejus *eſſentialia* (XLVII.) & *attributa* (LX.) ita inter ſe juncta ſunt, ut in *unam* eſſentiam atque naturam confluant; reſpectu vero *aliorum*, eoquod ab iis diſtinctum ſit atque diviſum. Juxta alios entis cujusvis *unitas* eſt præciſe *complexus eorum omnium, per quæ ens aliquod præciſe hoc ens eſt, & non aliud.* e. g. Hic *mundus*, conſtans ex variis corporibus cœleſtibus & terreſtribus, ipſum in *eſſe mundi* conſtituentibus, ab hoc *cumulo* ſive *complexu* variorum corporum dicitur *unus.* Unde in hoc ſenſu *unitas* definitur, quod ſit *inſeparabilitas eorum, per quæ ens in eſſe ſuo determinatur.*

Unum, ſimplex, & compoſitum,

LXXVII. Inter varias unitatis acceptiones datur 1. unum *ſimplex*, cujus ſcilicet nulla eſt pars realiter diſtincta. 2. *Unum compoſitum*, cujus aliquot ſunt partes. Hoc denuo dividitur in compoſitum *phyſice*, *metaphyſice*, & *logice*. (LXVII.) *Unum ſimplex* vulgo dicitur ens *unum unitate ſimplicitatis*, *unum* vero *compoſitum* appellatur ens *unum unitate compoſitionis*. Illud *prius*, ſeu *ens ſimplex* non tantum eſt *indiviſum* in ſe, ſed etiam *indiviſibile*, non autem *poſterius*, ſeu *ens compoſitum*, eo ipſo quod *partes* habeat.

Unum compoſitum per ſe, & per accidens.

LXXVIII. Unum *compoſitum* rurſus aliud eſt *unum per ſe*, aliud *unum per accidens*, *primum* juxta modernos philoſophos dicitur illud, cujus partes *a natura* per ſe ac primo ad id ordinatæ ſunt, ut ad tale quid conſtituendum uniantur. Sic *homo*, *planta*, vel *arbor* &c conſtituunt *unum per ſe*. 2*dum* eſt, quod includit plura entia, vel nullum inter ſe ordinem ac unionem habentia, vel per *artem* tantum ſic combinata, ut unum quid efficiant. e. g. *Acervus lapidum*, aut *horologium* &c. hoc etiam dicitur *unum per aggregationem* (XXXVI.)

LXXIX.

LXXIX. Quia *unitas* eſt *carentia diviſionis* (LXXVI.) hinc totidem *unitatum* genera ſtatui poſſunt, quot ſunt *diviſiones* ipſæ, vel *diſtinctiones*, quæ inter *entia* reperiuntur: ens porro (ut alias *diſtinctiones* in præſens taceam) dividitur in *genericum*, *ſpecificum*, & *numericum*, ideoque ſi 1. duo vel plura entia in *genere* (Log. *fol.* 55.) ſeu prædicato *generico* conveniant, dicuntur ens *unum unitate generica.* Sic *homo* & *brutum* per τὸ *animal* unum ſunt. 2. Si duo vel plura habeant eadem prædicata *eſſentialia*, quæ *ſpeciem* conſtituunt (Log. *fol.* 58.) dicuntur habere *unitatem eſſentialem* ſeu *ſpecificam*, ut v. g. *Petrus* & *Paulus*, quorum unusquisque *animal rationale* eſt. 3. Si denique ens aliquod *negationem plurium* inferat, eique alterum ſimile in eodem genere non detur, *unum numericum*, ſive *excluſivum*, aut uno verbo *unicum* vocatur; Sic Deus in ſua *eſſentia* eſt numerice unus. Huic *poſtremæ* unitati opponitur *multitudo*, quæ idem ac *unitatis negatio* eſt: Sic ſi *plura* entis dentur *individua*, dicuntur *multa*, (Log. *fol.* 59.) ſeu *non unum*, ſive *diviſum.* Cæterum hic bene notetur, quod *diviſio* proprie fiat in res *individuales*, *nu-*

Unitas generica, ſpecifica, ſeu eſſentialis, & numerica.

Diviſio differt a diſtinctione.

numericas, & *phyſicas*: econtra in *metaphyſicis* locum non habet *diviſio*, ſed ſola *diſtinctio*, ut paulo poſt patebit.

Omne ens eſt unum.

LXXX. *Corollarium* I. *Omne ens eſt unum*; habet enim ea omnia tam eſſentialia, quam attributalia, quæ ad ſuum eſſe requiruntur: (XXXI.) atqui in hoc conſiſtit *unitas* entis (LXXVI.) ergo omne ens eſt unum.

Unitas eſt quid poſitivum.

LXXXI. *Corollarium* II. *Unitas* vel tanquam *poſitiva proprietas* (XXXV.) conſideranda eſt, *diviſio* autem, & *multiplicitas* tanquam *negationes* unitatis; (*n. præc.*) vel dicenda eſt *ipſum ens*, quatenus in ſe *ſimplex eſt*, & *a cæteris omnibus diſtinctum*, ſicut alia dantur non pauca, quæ, etſi *negative* definiantur, quemadmodum *unitas*, *poſitiva* tamen ac *realia* ſunt, uti ſe habent v. g. *infinitas* in Deo, *irrationalitas* in bruto &c. (Log. *fol.* 68.)

AR-

ARTICULUS II.

De
Veritate entis, & Ordine.

LXXXII. Sermo hic non eſt de *veritate ethica*, vel *logica*, quarum definitio data eſt in Log. crit. *fol.* 374. 375. & 171. ſed de veritate *metaphyſica* & *entitativa*, vel ut in ſcholis dicitur, *tranſcendentali* ac *eſſentiali*, itidem in Log. *fol.* 375. prævie ac breviter definita. Hæc igitur paſſim appellatur *ea rei affectio, qua res habet omnia, ea, quæ ipſius eſſentiæ & naturæ debentur.* Sic v. g. *lignum* eſt metaphyſice *verum lignum*, quando habet ea omnia, quæ ligno competunt. Cl. *Anton. Gen. Elem. Met. p.* 1. *c.* 8. §. 74. eam ſic definit. *veritas metaphyſica eſt ipſa rerum natura, atque eſſentia facta, ideæ ſuæ æternæ, ſeu eſſentiæ archetypæ intelligibili congruens.* Wolfiani denique eam dicunt eſſe *ordinem eorum, quæ enti conveniunt*, vel ut alii nonnulli explicant eſſe *ordinem talem, per quem quodlibet habeat rationem ſufficientem ſui.* e. g. Cur lapis ſit potius *lapis*, quam *arbor* &c. Hæ porro definitiones omnes *veritati*, ut vocant, *eſſentiæ* conveniunt; *veritas* e- con-

Veritas metaphyſica.

Veritas eſſentiæ, & exiſtentiæ.

contra *exiſtentiæ* nominatur ea, qua res reipſa *exiſtit*, nec mere fingitur exiſtere.

Omne ens eſt verum.

LXXXIII. *Corollarium* I. *Omne ens eſt verum.* Unumquodque enim ens habet ea omnia, quæ ei ineſſe debent, ut ſuo exemplari reſpondeat; alias non eſſet ens; vel, (ſiquis ultimæ definitioni *veritatis* inhærere velit) omne ens habet rationem ſui ſufficientem, (XIII.) adeoque *veritatem.* (n. præc.)

Non datur ens metaphyſice falſum.

LXXXIV. *Corollarium* II. *Falſum falſitate eſſentiæ datur nullum;* repugnat enim, ut res aliqua ſit id, quod eſt, ſimulque ſit à ſuo exemplari diverſa. Adeoque, ut præclare infert cl. *P. fort. à Brix. Met. p.* 1. *ſect.* 2. §. 28. Sicut *ens verum* idem eſt, ac *ens*, ita *ens falſum* idem eſt, ac *non ens.* Quapropter ſiquis dicat: *hoc aurum eſt falſum*, non utitur modo loquendi in ſcholis uſitato; nam *aurum*, quod *falſum* eſſe dicitur, aut eſt *aurum*, aut non eſt *aurum?* ſi eſt? tunc *verum* eſt *aurum*: ſi non eſt *aurum*, tunc erit vel *verum cuprum*, vel *verum aurichalcum*, vel aliud *metallum verum.* Videantur de hoc dicta in *Log. diſputatrice fol.* 653. *& ſeq.*

Ne-

Art. II.

Neque huic aſſerto contrarius eſt *Ariſtoteles*, dum ait *l. 6. metaph. verum non eſſe in rebus, ſed in mente*; loquitur enim ibi ſolum de *veritate Complexa*, quæ habetur in compoſitione mentis, ſive in propoſitione, cui ſpecialiter Logica veritas competit (Log. *fol.* 171.) ita ut per ſe non requirat *reale eſſe*, ſed *quale* per complexionem indicatur. Hinc in alio loco, ubi Ariſtoteles de *veritate incomplexa* entis ſeu *tranſcendentali* loquitur, hæc formalia ponit. 2. *Met. c.* 1. *unumquodque ſicut ſe habet ad eſſe, ita & ad veritatem.* In quæ verba *Doctor ſubtilis* ſic commentatur *n.* 8. *Unumquodque eo modo, quo habet eſſe, habet etiam veritatem, ita ut ea, quorum eſſe eſt ſempiternum, ſit etiam veritas ſempiterna, & quia etiam veritas in intellectu oritur ex veritate in re; idcirco ſicut res habet eſſe, ſic etiam eſt apta nata vere cognoſci; ut ſic ſemper ab ipſo eſſe rei oriatur conformitas veritatis ſive in re, ſive in intellectu.*

LXXXV. *Corollarium* III. Veritas metaphyſica intrinſece dicit entitatem realem ipſius rei, quæ *vera* dicitur, & — Veritas non eſt quid reale, enti

ſuperadditum. & præter illam nihil eſt *reale* enti *ſuperadditum*; nam & illud ſuperadditum (cum eſſet *ens* vel *entis modus*) eſſet *verum*, (LXXXIII.) hoc eſt ſuo exemplari conforme, quia foret *intelligibile*, ſicque in entitatibus ſuperadditis daretur proceſſus in infinitum, quod repugnat: ergo & id, unde ſequitur. Conſequenter unumquodque per id eſt *verum*, per quod eſt *ens*, quia per hoc, quod ſit ens, *ſuo exemplari reſpondet*.

Absque principio rationis ſufficientis nec veritas metaphyſica foret.

LXXXVI. *Corollarium* IV. Quia *veritas* entium innititur *principio rationis ſufficientis* (LXXXII.) hinc ſublato iſto principio etiam *veritas* tranſcendentalis ſeu metaphyſica tolleretur, quod eſt *impoſſibile;* etenim per illam *veritatem* omne ens eſt *habens eſſentiam talem*, & *non aliam*. (LXXXII.) Implicat autem prorſus, ut res ſit *conformis* ſuæ eſſentiæ, & ſimul *non conformis*: (X.) ſic etiam bene dixit *Leubnitius*, quod ſublato principio *rationis ſufficientis* non detur diſcrimen inter *veritatem* & *ſomnium*.

Ordo.

LXXXVII. *Ordo*, qui juxta Wolfium ad *veritatem eſſentialem* requiritur, (LXXXII.)

(LXXXII.) & qui præprimis attenditur, ſi entia aut *ſimul* exiſtunt, aut invicem ſe conſequuntur, communiter definiri ſolet, quod ſit *diſpoſitio partium accommodata fini*; ſicut econtra *defectus diſpoſitionis fini convenientis* dicitur *confuſio*. e. g. Datur *ordo* inter milites, ſi eorum turmæ, & agmina ita inter ſe ſunt diſpoſita, ut ducis fini ſerviant: Deficiente vero hac diſpoſitione dicitur in caſtris regnare *confuſio*. Definitioni huic quoad rem congruit illa Cl. *Ant. Gen. Elem. Met.* p. I. c. 8. §. 78. dum ait: *Ordo eſt plurium entium, ſive permanentium, ſive ſucceſſivorum ita connexa ſeries, ut antecedens ſpectet conſequens, ejusque rationem ſufficientem contineat; & conſequens ſit finis antecedentis, omnia vero ad communem aliquem* FINEM *directa ſint.* Confuſio.

LXXXVIII. *Scholion.* Aliter non nihil *Wolfius* ordinem definit, dum ait: ORDO EST *illa ſimilitudo, quæ obvia eſt in medio, quo res juxta ſe invicem collocantur, vel ſe conſequuntur invicem.* Pro exemplo adducunt Wolfiani aliquam *Bibliothecam*, in qua, ajunt, adeſſe *librorum ordinem*, cum ita juxta ſe invicem Definitio Ordinis Wolfiana.

ſunt

ſunt collocati, ut adſit aliqua ſimilitudo in modo, quo juxta ſe invicem collocantur, nempe ſi & formâ externa, & ligaturâ quamdam inter ſe *ſimilitudinem* habent, item ſi, qui ſimile tractant argumentum, eodem reponantur loco, ſi denique in ipſis editionibus convenientia conſpicitur. *Confuſſionem* vero appellat *Wolfius diſſimilitudinem, quæ obvia eſt in medio, quo res juxta ſe invicem collocantur, vel ſe invicem conſequuntur.* Verum ambas has definitiones multi rejiciunt, uti videre eſt in *Philoſoph. definitiva Baumeiſteri* §. 422. *Obſ. II.* Quia putant, ordinis feriem eſſe poſſe tam in *ſimilibus*, quam in *diſſimilibus*, quamvis inter *ſimilia* ordo ſit *pulchrior.*

Regula ordinis.

LXXXIX. Id, in quo varia ſunt ſibi ſimilia, ſive illa *aptitudo ad eundem finem* dicitur *regula ordinis.* Et quidem ſi in aliquo rerum ordine *una* tantum inveniatur regula, *ordo ſimplex* datur: *compoſitus* vero, ſi *plures* adſint regulæ. e. g. Si Bibliothecæ libri 1. ratione *formæ* externæ ſeu ligaturæ, 2. ſi etiam ratione *argumentorum*, quæ tractant, 3. Denique ſi ratione *editionum* libri juxta ſe diſpoſiti conveniant, tunc *or-*

Ordo ſimplex, & compoſitus.

do

lo in librorum collectione datur *compoſitus*, nempe triplex. Plurium porro *ordinum ſimilitudo proportio* vocari ſolet; *Ordinis* vero *regulæ* ſtatui ſolent, ut entia ordinentur ratione *breviore*, *faciliore*, *ſuaviore*, ac *utiliore*.

XC. *Corollarium. In omnibus, quæ exiſtunt, reperitur aliquis ordo*, omnia enim, quæ exiſtunt, continent in ſe *diſpoſitionem fini ſuo aptatam*, vel ſi mavis, *ſimilitudinem*, ut fiant conformiter principio rationis ſufficientis, hoc ipſo, quod *vera* ſint, & fiant dependenter ab intellectu dirigente (LXXXII.) atqui in his conſiſtit *ordo*. (LXXXVII.) Ergo &c. & ſane, ſi ordo in rebus non eſſet, omnia deficerent. e. g. *horologium* ex multiplici rotarum varietate conſtans, vel *corpus humanum* ex plurimis partibus tam ſolidis, quam fluidis compoſitum non eſſent ea, quæ actu ſunt, ſi *ordinem* inter ſe non ſervarent. Et hoc tam in *phyſicis*, quam in *moralibus* æqualiter locum obtinet, quia, ubi *nullus ordo*, ibi *ſempiternus horror*. In omni ente datur ordo.

XCI. *Scholion* I. Poteſt quandoque in rebus juxta ſe invicem diſpoſitis *ſub uno reſpectu* adeſſe *ordo*, ſub alio vero reſpectu *confuſio*; tunc nempe ſi res Ordo quandoque ſtat cum aliqua confuſione.

illæ non *unam* ſolum poſſunt habere *regulam ordinis* (LXXXIX.) ſed *plures*, quas tamen hic & nunc in ſe non complectuntur. e. g. Si in Bibliotheca libri ratione *ligaturæ* ſunt ſimiles, habetur ordo: at ſi ratio habeatur *argumentorum* vel *editionum*, poteſt in iis ſumma eſſe *diſſimilitudo* atque *confuſio*.

Ordinis utilitas varia.

XCII. *Scholion* II. Hæç de *ordine* doctrina utilis eſt tam pro *ſpeculativis* ſcientiis, quam etiam pro *practicis*. Maxime autem inſervit *methodo* (Log. *ſol.* 286. & 295. item 521. & ſeq.) nempe ubi *ordo* viget, ibi & diſciplinarum fulgor exiſtit, at ubi *confuſio* thronum occupat, ibi *ignorantia* ſceptrum rotat, uti experientia quotidiana teſtatur.

ARTICULUS III.

De Bonitate & perfectione entis.

Bonum metaphyſice, ſeu perfectum eſſentialiter.

XCIII. **B***onum bonitate tranſcendentali* dicitur id, quod in ſuo genere eſt *eſſentialiter* perfectum. *Perfectum* vero *eſſentialiter* eſt illud, cui nihil deeſt eorum quæ in illo requiruntur, ut ſit id, quod eſt, ſive ut ſit

utile

atile ad illum finem, ad quem ab au-
:hore *naturæ* eſt deſtinatum, vel bre-
vius *perfectio eſt ſufficientia ad finem.*
Wolfius denique ait: *Perfectio eſt con-* Perfectio.
enſus in varietate, ſive plurium a ſe in-
vicem differentium in uno. Sic v. g. *Res-*
publica dicitur *perfecta*, ſi in ea varia,
ictiones ſcilicet imperantium & civium
:o conſpirant, ut tranquillitas publi-
:a obtineatur, & conſervetur. Adeo-
que tria juxta ipſum ad omnem perfe-
:tionem requiruntur 1. *Finis* aliquis,
id quem varia, in aliqua re contenta
liriguntur. 2. Requiruntur *plura*, ſive
varia, & 3. *conſenſus variorum cum fine.*
Et quidem ſi *unus* tantum adſit *finis*, ad
quem illa varia tendunt, vocat *perfe-*
tionem ſimplicem, ſi *plures*, appellat
ompoſitam, nempe eodem ferme mo-
lo, ut de *ordine* dictum eſt (LXXXIX.)
:. g. Cum horologium per partium &
otularum omnium conſenſum *horas*
antum indicat, ejus perfectio eſt tan-
um *ſimplex*, aſt ſi etiam ſingula *minuta*,
ingulosque *menſes*, eorumque *dies*
nanifeſtet, tunc ejus perfectio eſt
ompoſita, quia plures fines per aptum
tructuræ ſuæ conſenſum obtinet.

Perfectionis quatuor genera.

XCIV. *Scholion.* Pulchre *cl. Ant. Gen. Elem. Met. p.* I. *c.* 8. §. 71, monet, quod nulla de re magis confuſas notiones habeant homines, nec vulgus tantum, ſed ipſi quandoque litterati, quam de *perfectione*, & poſt pauca inquit, notionem perfectionis, ſi communis hominum ſenſus circa eam conſulatur, ad 4. genera referri, *res nempe*, ipſius verba ſunt, *perfecta dicitur aut attributorum numero & præſtantia, aut unitate atque ſimplicitate, aut, quod fini ſuo apta ſit, aut quod ideæ ſuæ reſpondeat.* Adeoque *perfectio eſt vel attributorum copia & præſtantia, vel unitas & ſimplicitas, vel congruentia rei cum idea ſua, vel denique hoc ipſum, quod ad finem rite aptata ſit.* - - Duobus prioribus modis Deum *perfectum* appellamus; duobus poſterioribus *res factas*: quamquam & in his duos etiam priores modos ut plurimum ſpectamus, veluti cum *mentes corporibus perfectiores* dicimus.

Varia perfectio.

XCV. Perfectio varie dividitur; alia enim I. eſt *naturalis*, quæ rei ineſt a natu-

natura. 2. Alia *artificalis*, quæ venit ab arte. 3. *Simpliciter talis*, quæ nullam habet admixtam imperfectionem. 4. *Secundum quid*, quæ habet aliquam in ſe imperfectionem. 5. *Poſitiva*, quæ poſſidet aliquid *poſitivum* (XXXV.) per determinationem realem. 6. *Negativa*, quæ eſt carentia imperfectionis. 7. *Primaria*, quæ ad finem entis maxime ſervit. 8. *Secundaria*, quæ a perfectione primaria oritur, & fini tantum *ſecundario* inſervit. 9. *Intenſiva* in ente infinite perfecto tunc dicitur, quando nulla ejus perfectio in genere ſuo augeri amplius poteſt. 10. *Extenſiva* in eodem ente infinito ſenſum facit, quod nulla ſit poſſibilis perfectio, quæ eidem non inſit. Dantur & aliæ perfectionis diviſiones, ex terminis facile cognoſcibiles.

Art. III. nis diviſio.

XCVI. Si perfectio ſenſibus percipitur, *a Wolfio pulchritudo* dicitur e. g. ſi in horto ſenſibus percipiuntur areolarum Symmetria, & ordines arborum, quæ ſunt perfectiones illi debitæ, eum *pulchrum* appellamus, aut econtra *deformem*, ſi imperfectiones in eo ſenſibus noſtris occurrant, in quem finem etiam ſupra *cit. cl. Ant. Gen. inquit. Pul-*

Pulchritudo.

chra ea dici ſolent, quæ perfectione (adde *ſenſibili*) *ordine & proportione conſtant.* Sic ens infinite perfectum, bonum & ſimplex, infinite quoque *pulchrum* vocari debet.

Platonis ſententia de pulchritudine.

XCVII. *Scholion.* Plato in ſuis tribus *Dialogis*, qui appellantur *Phœdrus*, *Sympoſion*, & *Hippias major*, pulchritudinem nominat *gratiam quandam, quæ animam*, ſeu hominis harmoniam *aut viſu & auditu, aut ratione movet.* Et de illa ita diſſerit FICINUS Platonicus citatus a cl. *Antonio Gen. Elem. Met. p.* I. *c.* 8. §. 80. *Pulchritudo nil aliud eſt, quam ſummi boni ſplendor, fulgens in iis, quæ oculis, auribus, mente percipimus, perque illa ad ipſum bonum, viſum, auditum, mentemque convertens. Quo fit, ut pulchritudo circulus quidam ſit divinæ lucis, a bono manans, in bono reſidens, per bonum, & ad bonum ſempiterne reflexus. -- Hæc mentem primo divinam idearum ordine infinite decorat: Numina deinde ſequentia, mentesque rationum ſerie complet: animas tertio numeroſis diſcurſibus*

bus ornat: naturas quarto ſeminibus: formisque materiam quinto &c. Ex quo ſequitur, res *pulchras* ex mente Platonicorum ita dici *propter participationem ideæ æternæ atque pulcherrimæ.*

XCVIII. *Coroll.* I. *Omne ens eſt eſſentialiter perfectum:* In omni enim ente omnes determinationes eo tendunt, ut ens ſit *ens*, ſive ut ſit id, quod eſt: atqui in hoc conſiſtit *perfectio eſſentialis* (XCIII.) ergo &c. Dein omne ens eſt *utile ad finem* ab authore naturæ præfixum, juvat enim *ad decorem univerſi*, tanquam pars hoc univerſum conſtituens, &, ſi quidem ſit pars *ſenſibilis*, eſt etiam pulchrum (XCVI.) Omne ens eſt perfectū.

XCIX. *Coroll.* II. *Omne quoque ens gaudet bonitate tranſcendentali, ſive metaphyſica.* Nam omne ens eſt in ſuo genere eſſentialiter *perfectum* (n. præc.) ergo *bonum.* (XCIII.) Sic Deus in creatione mundi res omnes creatas dixit eſſe *bonas: vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Gen.* I. *v.* 31. id eſt perfecta, & fini ſuo convenientia. & bonum eſſentialiter.

Bonitas non eſt aliquid enti ſuperadditum.

C. *Coroll.* III. *Bonitas* æque ac *veritas* (LXXXV.) non eſt aliquid *reale*, ab ente diſtinctum, illique ſuperadditum; ſed *ens quodcunque*, ſicuti *formaliter* eſt id, quod eſt, & ideo *verum* (LXXXIII.) ita ſe ipſo formaliter eſt in ſuo genere *perfectum*, conſequenter etiam *bonum*.

Nullum ens eſt eſſentialiter malū.

CI. *Coroll.* IV. *Nullum ens eſt malum, in quantum eſt ens.* Omne enim ens eſſentialiter eſt id, quod eſt, ſive *perfectum*: (XCVIII.) Ergo etiam *bonum* (XCIII.) Impoſſibile eſt autem, ut non ſit id, quod eſt (X.) ergo etiam impoſſibile eſt, ut non ſit *bonum;* nam ens metaphyſice *non bonum* idem eſt ac *non ens*, ſicuti de *ente metaphyſice falſo* dictum eſt. (LXXXIV.)

Malum cur dicatur ens?

CII. *Scholion.* I. Dixi, nullum ens eſſe malum, *in quantum eſt ens*, hoc eſt *ſecundum entitatem* ſuam *abſolutam*, & *tranſcendentalem*, poteſt tamen eſſe malum *reſpective*, aut *accidentaliter*, prout nempe *privationem alicujus perfectionis debitæ* includit. Sic v. g. *Monſtrum* ob poſitivam ſuam perfectionem (ſeu quatenus *ens* eſt, ad varietatem & decorem univerſi ſpectans) *bonum* eſt, *malum*

m vero a Carentia ſeu *privatione de-ita proportionis* denominatur, in quem nem ANGELICUS DOCTOR I. *p. q.* 5. *rt.* 5. ait, *modum, ſpeciem, ordinem, ua talia, bona eſſe, vocari autem ma-i, quatenus vel minora ſunt, quam ſſe debuerunt, vel quia non his rebus ccommodantur, quibus accommodan-a ſunt, vel quia ſunt aliena & in-ongrua.* Cæterum *malum relativum l. Ant. Gen. Elem. Met. p.* 1. *c.* 8. §. 75. tiam vocat *id omne, quo bonum rei bſolutum aut conſervatur, & perfici-ur, aut conſervari & perfici poteſt.* . g. *Bona fortunæ in ſe* quidem ſpectata ona *abſoluta* ſunt: ſi vero *ad nos* refe-antur, *bona* & *mala* eſſe poſſunt. *Lo-kius* vero *l.* 2. c. 20. §. 2. inquit: *Res non dicuntur bonæ & malæ; niſi uatenus voluptatem aut dolorem in no-is procreant: bonum itaque appella-nus, quidquid aut voluptatem nobis reare, vel augere poteſt, aut dolorem uferre vel minuere; e contrario ma-um, quidquid in nobis aut dolorem ngenerare aut augere poteſt, aut volu-*

ptatem avertere, vel minuere. Et ſane in hoc ultimo ſenſu plerumque τὸ *malum* accipitur, ſiqua res *mala* vulgo dicitur.

Manichæorum ſententia de malo.

CIII. *Scholion* II. Cenſent communiter auctores, quod *Manichæi*, & vetuſtiores aliquot Philoſophi docuerint, *malam* eſſe naturam *poſitivam* quarumdam rerum, & a quodam principio *abſolute malo* profectam, verum id negat *cl. Ant. Gen. l. cit.* aſſerens, quod tantum docuerint, *malis mentem illam ſeu principium gaudere, at phyſice malam non eſſe*, ſed ſolum *moraliter* aut *relative.* Pro hac ſua aſſertione adducit teſtimonium *Beauſoubre Hiſtoire des Manichées.* Hoc certum eſt, quod, ſi primum illi hæretici docuiſſent, error fuiſſet non ſolum *fidei*, ſed *ſanæ* etiam *philoſophiæ* repugnans.

Intrinſece mala in quo ſenſu dentur?

CIV. *Scholion* III. Cum *bonum morale* ſit *convenientia actionis liberæ cum lege; malum* vero *morale diſcrepantia* actionis liberæ *a lege*, adeoque nec bonum ullum morale, nec malum *ſine reſpectu ad legem* intelligi poſſit, hinc illud commune Theologorum dicentium, *quædam eſſe mala, quia prohibita,*

quæ-

quædam vero eſſe ideo prohibita, *quia mala*, & hæc *intrinſecam* habere *malitiam*, facit hunc ſenſum, quod *mala intrinſeca* illa ſint, quæ *legi naturæ* adverſantur, quæ lex quia *poſitivis* omnibus ac *civilibus* legibus (ad quas ſolas *in moralibus immediate* attenditur) antiquior eſt, ideo etiam ea *mala* a lege *poſitiva* aut *civili* non *primo* prohibentur, ſed jam a lege *naturæ* prohibita eſſe ſupponuntur, atque ut taliter *probibita* hominibus proponuntur.

SECTIO V.

De Identitate, & Diſtinctione entis.

ARTICULUS I.

Quid, & quotuplex ſit identitas & diſtinctio?

CV. E*adem* dicuntur, quæ ſibi mutuo poſſunt ſubſtitui, ita ut facta ſubſtitutione nulla adſit mutatio, ſed potius, quod eſt in uno, ſit etiam in altero, & quidem, ſi *omne* id, quod eſt in uno, deprehendatur quoque in altero, dicuntur *abſolute eadem*: ſi vero Idem.

A contineat tantummodo *aliquid*, quod eſt in B, tunc A & B dicuntur *reſpective eadem*. e. g. *Bis duo*, & *quatuor* ſunt *abſolute* eadem: *homo* autem & *Leo* ſunt *reſpective* iidem; homo enim in eo, quod *vivat* & *ſentiat* (ſive quod ſit *animal*) Leoni poteſt ſubſtitui, non vero in eo, quod *ratiocinetur* (ſive quod ſit *rationalis*.) Unde

Identitas. In ſcholis *Identitas* definitur, quod ſit *vera*, *abſoluta* & *determinata affirmabilitas unius de altero in recto*. At juxta *Cl. Ant. Gen. Elem. Met. p.* 1. *c.* 4. §. 34. Identitas eſt *relatio entis ad ſemet immutatum*, *loco licet vel tempore mutato*; hinc ad iſtud, ut *metaphyſice* ens *idem* ſit, ipſe requirit, *ut nedum eſſentia*, ſed *ne modus quidem* in ente varietur; ſin autem *eſſentialia* tantum ſint eadem, *modi* vero immutati, ens *vulgo idem* appellat. Sic dum S. Scriptura ait, *omnes nos*, & quidem *eosdem reſurrecturos*, intelligendum eſſe vult de Identitate non *Metaphyſice*, ſed *vulgo* tali, cum eadem S. Scriptura doceat, *corpora noſtra immutanda eſſe*, ſaltem *Beatorum*.

Diverſa. CVI. *Diverſa* ſunt, quorum unum continet aliquid, quod non eſt in altero,

tero, ſive *quorum ſubſtitutio mutationem aut diſtinctionem producit.* Vel denique, ut alii loquuntur, *quorum unum non eſt aliud.* Adeoque *diverſitas* eſt fundamentum, ut aliqua dicantur *diſtincta*, oriturque hæc diſtinctio (ſiquidem *vera* ſit & non *ficta*) *ex ipſa natura rei*, quatenus ſcilicet in A v. g. eſt talis, & in B *alia* entitas; qua de cauſa etiam in ſcholis *relatio diſquiparantiæ*, ſeu *diſſimilitudinis* dicitur. Diverſitas eſt fundamentum diſtinctionis.

CVII. *Scholion. Diverſitas* vulgo etiam idem ſonat ac *oppoſitio*, quæ ſicut in *propoſitionibus* quadruplex eſt, (Log. *fol.* 102.) ita & in *rebus* ipſis multiplex invenitur, *oppoſitum* nempe in genere dicitur illud, *quod aliquid habet, quo pugnet contra alterum.* Id autem *quatuor* quoque *modis* fieri poteſt. oppoſitio,
1. *Poſitive*, ſi per aliquid *in re*, ſive *in poſitivo* (XXXV.) pugnet cum altero. e. g. *Corpus* & *Spiritus*, item *Calor* & *frigus*, quæ ambo juxta modernos phyſicos *poſitivæ* exiſtunt *ſubſtantiæ.* Poſitiva,
2. *Contradictorie*, quando unum immediate ponit *negationem* alterius, ut *arbor*, *non arbor.* Contradictoria,
3. *Privative*, ſi unum ponat *privationem* alterius, ut *lux* & *tenebræ.* Privativa,
4. *Relative*, ut *Pater* & *Filius*, Relativa,

Do-

Dominus & *Servus*. Vide ſimiliter dicta in Logica (*fol.* 12.) Cæterum cum hac ipſa oppoſitione affinitatem quamdiſparata. dam habet *oppoſitio diſparata*, quæ datur inter duo vel plura *poſitiva*, quorum unum quidem non eſt alterum in entitate, neutrum tamen *directe* negat alterum, neque *per ſe* pugnat cum illo. Sic v. g. *pietas*, *doctrina* & *pulchritudo* ſe habent in *eodem* homine. (Log. *fol.* 26.)

Identitas generica, ſpecifica, & numerica. CVIII. *Identitas* & *diſtinctio* a diverſis quoque diverſa ſtatuitur; Nam I. alia eſt identitas *generica*, alia *ſpecifica*, alia *numerica*. *Prima* datur inter ea, quæ in *genere*, (Log. *fol.* 55.) 2*da* inter illa, quæ in *ſpecie* conveniunt, (Log. *fol.* 58.) 3*tia* denique in illo ente reperitur, *quod bis exiſtere*, adeoque numerari *non poteſt*, ſed de ſe ipſo tantum dici valet; unde & *idem ipſum* nominari ſolet, quale eſt omne *individuum*. (Log. *fol.* 59.) II. Rurſum alia, & ad propoſitum noſtrum magis ſerviens datur diviſio Identitatis in *realem*, *modalem*, *formalem a parte rei*, *virtualem*, nec non *formalem per intellectum*, quibus omnibus & ſingulis ſua determinata in ſcholis competit *diſtinctio*.

ctio. Quoniam vero in hac materia ad *definitiones nominales* (Log. *fol.* 133.) res multum devolvitur, ſequentes accurate perpendendæ ſunt *notiones*, in quantum puto, ſatis claræ, & ab omnibus receptæ.

CIX. Quæ *in eadem re phyſica* poſſunt ſubſtitui, vocantur *realiter eadem.* Sic e. g. non tantum ſe habent *bis duo* & *quatuor*, vel *homo* & *animal rationale*, ſed etiam in *eodem homine* tanquam in *una*, & *eadem re phyſica*, *animalitas* eſt *realiter eadem* cum *rationalitate*, ſive non eſt *alia & diſtincta res*, conſequenter, quia inter eas datur *identitas realis*, locum ibi non habet *diſtinctio realis*, utpote quæ *reali identitati* immediate oppoſita datur inter ea, quæ non poſſunt ita ſubſtitui. Hujus diſtinctionis (quam etiam *ſtricte realem* vocant) tria ſigna plerumque ſtatuuntur a ſcholaſticis. 1. *Separabilitas actualis*, quando nempe res ſunt ejusmodi, ut in *ſubjectis ſeparatis actu exiſtant*, ut v. g. *lux ſolis*, & *lux candelæ*, vel *anima* actu a *corpore* avulſa. 2. *Separabilitas potentialis*, quando ſcilicet unum (ſive naturæ viribus, ſive per abſolutam Dei potentiam) *poteſt* re ipſa ſine altero exi-

Identitas realis, Diſtinctio realis, ejusque ſigna.

exiſtere, ut v. g. ſe habet eadem *anima rationalis*, etiam corpori conjuncta, eoquod *poſſit* ſaltem aliquando ſine illo eſſe & conſervari. 3. Denique ſi unum ſe habeat ut *realiter producens*, & alterum ut *realiter productum*, prout v. g. tam in *creatis*, quam in *Divinis* filius producitur a patre, ideoque etiam *realiter* ab iſto diſtinguitur. Et hanc nonnulli vocant *ſeparabilitatem proportionalem*.

Quare, ſi ponatur (uti communiter ſupponitur) diſtinctionem realem intercedere *inter rem & rem*, ſive *inter ſubſtantiam & ſubſtantiam*, (Log. *fol.* 89.) plane dicendum eſt, omnia, quæ *realiter diſtinguuntur*, poſſe etiam *ſeparari*, ſeu eſſe *diſtinctas res*; omnis enim *ſubſtantia* eſſentialiter requirit, ut *per ſe exiſtere* poſſit; (Log. *fol.* 72.) ideoque tanquam *realiter diſtincta* haberi nequeunt, quæ ſaltem *intrinſeca poſſibilitate* nequeunt *ſeparari*. Loquor autem de rebus, *naturæ*, ac *ſenſibus*, & *rationi noſtræ* ſubjectis.

Idētitas, & diſtinctio modalis. CX. Quoniam *ens* dividitur in *rem*, & *modum*; (Log. *fol.* 89.) ideo etiam tam *identitas* quam *diſtinctio* realis dividi ſolet in *realem realiſſimam*, & in

rea-

realem modalem. *Prima* eſt illa mox declarata *inter rem & rem*, (*n. præc.*) 2*da* eſt *inter rem & modum rei.* Igitur *identitas modalis* definitur, quod ſit *affirmabilitas rectorum ſubjecti & prædicati de ſe invicem, absque diverſitate relativa ad aliud, ſeparabili a ſubjecto vel prædicato;* hanc porro *identitatem diſtinctio modalis*, illi utpote e diametro oppoſita excludit, quin tamen excludat *identitatem realem* ſubjecti & prædicati *abſoluti*, cui ineſt: unde ſubjectum & prædicatum *abſolutum* in eo caſu ſunt *idem identitate ſtricte reali, (n. præc.)* ſed tamen *modaliter* diſtinguuntur, ſeu non ſunt *idem* identitate *modali.* Sic v. g. *Corpus rotundum*, ſive *corpus*, & *habens rotunditatem* ſunt idem *realiter*, hoc eſt, ſunt *una & eadem res*; ſed non ſunt idem *modaliter*, quia, licet in *concreto* de ſe affirmentur *in recto*, (*corpus eſt rotundum*) differunt tamen *in obliquo*; (cum dici nequeat: *corpus eſt rotunditas*) adeoque τὸ *corpus* in ſua *identitate reali* poteſt ſtare cum *diverſitate relativa modi* (qui eſt accidens *relativum*) *ad aliud, ſeparabili*; poteſt enim *relative aliter* ſe habere, & fieri ex *rotundo quadratum*, aut *triangulare*, vel *pyramidale* &c.

CXI.

Diſtinctio formalis Scotiſtica ubi detur?

CXI. Cum identitate *reali* ſtare quoque poteſt *diſtinctio formalis ex natura rei*, quæ vulgo Scotiſtica audit, ab ejus vel inventore, vel ſaltem præcipuo defenſore Scoto; datur enim inter *ſubſtrata metaphyſica*, ſive *gradus metaphyſicos* (LXVIII.) itemque inter *attributa* & *proprietates*; (LXIX.) quæ quidem ſunt *in ipſa re*, *actu*, (*non pure per intellectum ita concipientem*) attamen ejus ſunt naturæ, ut neque *ab ipſa re ſeparari* poſſint, neque *a ſe* mutuo: neque *diſtincta actione produci*, ſed tantum diverſo conceptu attingi, eorumque unum *clare* concipi, altero non percepto: (LXXIII. & LXXIV.) ſive quæ a re, cui inſunt, *metaphyſice* tantum *emanant*. (LXXII.) Hoc modo diſtinguuntur in *homine animalitas* & *rationalitas*; ſunt enim attributa *realia*, re ipſa, hoc eſt, *a parte rei*, ſive ex *natura rei*, (cui *realiter*, non autem *formaliter a parte rei* identificantur) inter ſe diſtincta; at non ita, ut ſignum aliquod *realis diſtinctionis* (CIX.) inter illa habeatur: unde etiam non *res* ſimpliciter, ſed *realitates*, ſcilicet *aliquid rei*, & *formalitates*, ſeu *rationes* non tantum *conceptibiles*, ſed & *a parte rei exiſtentes* vocari ſolent. Huic diſtinctioni

ni opponitur ſola *identitas pure formalis*, ſeu *per intellectum*.

Ceterum non poſſum non hic vehementer admirari, (ut leviter dicam) dari non nullos, qui hanc *Scotiſtarum* de *diſtinctione formali ex natura rei* definitionem *nominalem capere ſe non poſſe* profitentur, eamque ut *obſcuriſſimam* ac plane *imperceptibilem* ſuis etiam diſcipulis buccis quandoque crepantibus venditant atque depingunt, adeo ut & tyrones ipſi quaſi a cunis odio non nunquam vatiniano illam proſequi incipiant, non ſecus ac *Wolfius* quondam *Syllogiſmos formales*; (Log. *fol.* 685.) nam (vel *revera*) diſtinctionem *Scotiſticam* ejusmodi doctores *non intelligunt*? & tunc plane de illa nil *certi* ſtatuere poſſunt: vel etiam *intelligunt*? & tunc *mentitur iniquitas ſibi*, ac forte *Philautia*, (Log. *fol.* 335.) vel *affectus alii* animo dominantes, (Log. *fol.* 338.) vel denique ipſa etiam *infantiæ præjudicia* (Log. *fol.* 360.) illos in errorem abripiunt; his vero abſentibus *clare* videbunt, a Scotiſtis hanc ſuam ſententiam, conformiter ipſorum ſtatutæ definitioni *nominali*, quæ utique apud diverſos *diverſa eſſe* poteſt (Log. *fol.* 134.) *æqua-*

Ejus explicatio nequit dici obſcura.

 liter

liter ſaltem defendi, ac aliæ ſcholæ defendunt ſuas. Id quod paulo poſt, ut firmiter mihi perſuadeo, ad oculum cuivis aſpicere *volenti* patebit.

Diſtinctionum duo genera.

CXII. Diſtinctionibus hiſce tribus, (CIX. CX. & CXI.) quæ omnes in *genere* per hoc conveniunt, quod dentur *a parte rei*, opponitur diſtinctio *per intellectum*, eſtque illa, quando in una eademque re *concipiuntur quædam ut plura, etſi plura non ſint.* Et hæc rurſum ſubdividitur in *diſtinctionem virtualem*, & in diſtinctionem *pure formalem*, ſeu *rationis.*

Diſtinctio virtualis.

Virtualiter diſtincta eſſe dicuntur, quæ *realiter & formaliter a parte rei* ſunt *idem*, interim tamen ob varios effectus intellectui præbent *fundamentum* ipſa principia diſtinguendi. Vel, ut loquitur *cl. P. Donatus a Transfig. Dom. Ontol. Exercit. q. 2. Diſtinctio virtualis*, dicta etiam *Thomiſtica*, eſt *intrinſeca rei alicujus eminentia, qua res in ſe una & eadem per ſimplicem continentiam plurium perfectionum eſſentialium præbet intellectui fundamentum diſtinguendi unam ejuſcemodi perfectionum ab altera:*

un-

unde etiam nominatur *diſtinctio eminentialis*, & differt a *Scotiſtica* juxta CL. P. SCHNELL *compend. Phil. p.* 1. §. §. 542. & 543. quia *Scotiſtica* eſt *actualis*, & *datur inter membra actu diſtincta*: econtra *Thomiſtica* eſt tantum *potentialis* & *reductive* ſaltem *realis*, idcirco etiam dicitur *diſtinguibilitas pura*, ſeu *virtus diſtinctionis*. Sic v. g. *eadem virtus* in ſole, quæ *liquefacit* ceram, & lutum *indurat*, præbet intellectui *fundamentum*, illam virtutem, in quantum *liquefactiva* eſt, in ſole diſtinguendi ab ea, quæ *indurativa* exiſtit, licet reipſa *una* tantum & *realiter* & *formaliter* virtus ſit. Differt a Scotiſtica.

Diſtinctio *virtualis* rurſum alia vocatur *major* ſeu *intrinſeca*, & alia *minor*, ſeu *extrinſeca*. *Prima* teſte *Cit. Cl.* P. *Schnell*. Fundatur in ipſa *intrinſeca* rei perfectione ſeu *eminentia*, dum nempe de eodem ente verificantur prædicata *contradictoria intrinſeca*. e. g. *Animalitas Petri eſt ſenſitiva: rationalitas non eſt ſenſitiva*. *2da* fundatur præciſe in prædicatis quibusdam *extrinſecis*, effectibus nempe aut operationibus &c. ut mox de *virtute ſolis* dictum eſt. Vel denique, ut alii volunt, dum de eodem ente verificantur prædicata contradictoria, rebus, quibus tri- Diſtinctio virtualis major & minor.

buuntur, *extrinſeca.* e.g. Dum dicitur: *animalitas eſt a me cognita, rationalitas non eſt cognita.*

Diſtinctio pure formalis.

CXIII. *Per intellectum* ſeu *pure formaliter* ea diſtinguuntur, quæ ſunt *realiter*, & *formaliter eadem*, nihilominus tamen intellectus quærit diverſitatem in iis, ſeu potius *fingit*, ubi *a parte rei* non eſt diverſitas, ut v. g. inter *ſubjectum & prædicatum* in hac propoſitione: *homo eſt homo*, vel: *homo eſt animal rationale.* Quare diſtinctio iſthæc *rationis Logica*, juxta *Cl. P. Hauſer. Ontolog. p.* 1. *q.* 2. *art.* 4. definitur *multiplex & diverſa ejusdem objecti cognitio*, quæ tamen definitio teſte eodem Cl. Auctore *loc. cit.* a nonnullis ſoli diſtinctioni rationis *cauſali* tribuitur; diſtinctio econtra rationis *formaliter* ſpectata ab illis definitur, quod ſit *ipſa multiplicitas, ac diviſio rei de ſe ſimplicis, ut in ſtatu objectivo mentis conſiderata.*

Diſtinctio rationis ratiocinatæ,

Quemadmodum *diſtinctio a parte rei* in *realem*, *modalem*, & *formalem;* (n. præc.) ita etiam diſtinctio *rationis* in diſtinctionem *rationis ratiocinatæ*, & in diſtinctionem *rationis ratiocinantis* diſpe-

ſci-

ſcitur. *Prima* juxta mox citatum *Cl. P. Hauſer. Ontol. p. 1. q. 2. art.* 4. §. 86. dicitur illa, *quæ ſit cum fundamento in re*, hoc eſt, quæ per diverſas ejusdem rei cognitiones ita efficitur, ut illarum diverſitatis *fundamentum* dederit res ipſa. Pro exemplo affert ille ipſe Cl. Auctor iſtud: e. g. Si *Plato* cognoſcitur jam in ordine ad *intellectiones*, jam ad *ſenſationes* &c, dicitur *ratione ratiocinata diſtingui a ſe ipſo*, eoquod diſſimilium illarum cognitionum *fundamentum in* Platone reperiatur. Ego tamen mallem exempli loco denuo cum *Cl. P. Fort. a Brix. Met. p.* 1. §. 53. huc apponere *virtutem illuminativam* & *calefactivam ſolis* &c; ut per hoc ejus cum diſtinctione *virtuali* (CXII.) affinitas cognoſcatur, quæ illi certe, ſi absque *præjudiciis* inſpiciatur, *in re* tam ſimilis exiſtit velut ovum ovo. Ut ex dictis (CXII.) & paulo poſt dicendis patebit. 2*da*, ſeu *diſtinctio rationis ratiocinantis* ea eſt, quæ tota ab ipſa mente in rebus *fingitur*, & proprie *diſtinctio per intellectum* ſeu *pure formalis* nominatur, quæque ſub initium hujus numeri definita eſt. Et rationis ratiocinantis.

Differt a diſtinctione Thomiſtica.

Hæc poſtrema juxta ſæpe *Cit. Cl. P. Hauſer Ontol. p. 1. q. 2. art. 7. §. 111.* a *virtuali Thomiſtica* (CXII.) per hoc differt, quod non admittat in ente, ſeu prædicatis identificatis *capacitatem ad prædicata contradictoria*, ſed duntaxat *aptitudinem ad diverſas cognitiones* ſine diverſitate objectum realiter afficiente; econtra *Thomiſtica* ſupponat inter realiter identificata aliquam diſcrepantiam in prædicato intrinſeco, quod de uno affirmari, & de altero negari poſſit, ita, ut contradictio afficiat ipſum objectum virtualiter diſtinguibile.

Differentia inter unionem, identitatem & diſtinctionem.

CXIV. *Corollaria.* I. *Quæ diſtincta ſunt inter ſe, ſe ipſis ſunt diſtincta;* oritur enim diſtinctio *ex ipſa natura rei,* (CVI.) adeoque per id unum non eſt aliud, *per quod eſt id, quod eſt.* II. *Diſtinctio* ſtare poteſt cum *unione;* ſic enim *anima* v. g. & *corpus* realiter inter ſe *diſtinguuntur*, & tamen *uniuntur.* III. *Unio* tamen eſt quid aliud, quam *identitas;* hæc enim, ſi ſit *uniformis*, ſtare nequit cum *diſtinctione*; bene vero *unio*, ut mox dictum eſt. Dixi: ſi ſit *uniformis*; nam IV. ſi *identitas* & *diſtinctio* accipiantur *difformiter*, ſeu *ſub diverſo reſpectu*, aut *in diverſo genere*, ſibi non con-

Identitas ſub diverſo re-

contradicunt: ſic e. g. quæ ſunt *formaliter a parte rei eadem*, poſſunt *per rationem* diſtingui, & quæ *realiter identificantur*, inter ea poteſt intercedere diſtinctio *modalis*, aut *formalis Scotiſtica*. Hiſce præſuppoſitis ac bene notatis, nunc ad ipſum controverſiæ caput propius accedamus!

Art. II. ſpectu ſtare poteſt cum diſtinctione.

ARTICULUS II.

An inter gradus Metaphyſicos ejusdem rei detur Diſtinctio realis?

CXV. Quod enumerata in articulo præcedente illa diſtinctionum *genera* dentur in creatis, (nempe tam diſtinctio *a parte rei*, quam etiam *per intellectum*) ſcholæ omnes ſibi perſuaſiſſimum habent, & exempla ſuperius allata abunde probant, an autem & ſingulæ diſtinctionum genericarum *ſpecies*, (nempe diſtinctio *modalis*, formalis *Scotiſtica*, virtualis *Thomiſtica*, nec nón *pure formalis* Cl. PP. S. J.) locum æqualem circa diſtinguendos *gradus metaphyſicos*, (LXVIII.) ubi præcipue tres ultimæ adhiberi ſolent, obtineant? Philoſophi æque ac Theologi

Perennis controverſia Scholaſticorum de diſtinctionibus.

Peripatetici ab aliquot jam ſœculis acriter decertarunt, & adhuc ſub judice lis eſt, vel ideo ſolum fors nunquam terminanda, quia *in primis* hujusce decertationis *principiis*, in *definitionibus* ſcilicet *nominalibus*, a tanto jam tempore inter ſe diſcrepant; litem finire cum & nos nec poſſimus, nec velimus, *veritatis* ſaltem, circa *diſtinctionem graduum metaphyſicorum*, tutelam non ſolum ſuſcipimus, ſed & de *diſtinctione* quoque *modali*, œvo moderno æque ac veteri congrua dicemus! Sit ergo

PROPOSITIO.

Gradus Metaphyſici ejusdem rei non diſtinguuntur realiter.

Gradus metaphyſici non diſtinguuntur realiter.

CXVI. Diſtinctio *realis* exigit tria ſigna *ſeparabilitatis*: (CIX.) atqui nullum horum eſt in gradibus metaphyſicis ejusdem rei: ergo non diſtinguuntur realiter. p. m. gradus metaphyſici ſunt *realiter identificati* eidem rei: (LXXI.) atqui, quod eſt *identificatum*, non eſt realiter *ſeparabile*, nec *identitas*, ſi *uniformiter* accipiatur, ſtare poteſt cum diſtinctione: (CXIV.) ergo &c. *Dein*, *Diſtinctio realis* eſt inter

res

res & res, ſeu inter *plures ſubſtantias*: (CIX.) atqui *gradus metaphyſici* non ſunt *res*, ſed tantum *realitates* ac *formalitates*: (LXXIII.) ergo inter illos nequit dari diſtinctio *realis*.

Solvuntur Objectiones.

CXVII. OB. I. quidquid antecedenter ad omnem operationem intellectus, eſt actu, & ex natura ſua diſtinctum, ſive diviſum ab alio, non poteſt eſſe idem & unum cum illo alio; alias illud unum eſſet diviſum a ſe ipſo a parte rei: atqui juxta *Scotiſtas* gradus, e. g. *animalitas*, eſt antecedenter ad omnem operationem intellectus actu, & ex natura ſua diſtincta, ſive diviſa a *rationalitate*: ergo animalitas non poteſt unum idemque eſſe cum rationalitate. *Subſ.* atqui quidquid non eſt unum actu cum altero, & tamen exiſtit, illud *realiter* diſtinguitur ab altero, quocum non eſt unum, prout ex conceptu diſtinctionis realis patet: ergo *animalitas* & *rationalitas* erunt omnino realiter diſtinctæ. Ita *cl. P. Hauſer Ontol. p. 1. q. 2. Art. 6.* §. 108. & cum illo alii non pauci. Verum

Gradus metaphyſici dantur actu, non autē ut res, ſed ut realitates.

R. 1. D. M. quidquid eſt actu diſtinctum ab alio *realiter* ſeu tanquam *res*, non poteſt eſſe unum & *idem realiter* cum illo C. M. quidquid eſt actu *formaliter ex natura rei* diſtinctum, tanquam *formalitas*, non poteſt eſſe *realiter* idem N. M. (CXIV. IV.) & D. m. atqui animalitas eſt actu & ex natura ſua *formaliter ex natura rei* diſtincta a rationalitate C. m. eſt *realiter* diſtincta N. m. & ſimiliter D. C. ergo animalitas non poteſt eſſe *formaliter ex natura rei idem* cum rationalitate C. C. non poteſt eſſe *realiter* idem cum illa N. C. & C.

R. 2. N. *ſuppos.* quod τὸ *diſtinctum*, ſit idem ac diviſum, ut cl. Auctor ſupponit; equidem omne quod eſt *diviſum*, eſt etiam *ſeparatum* vel *ſeparabile*, & conſequenter *diſtinctum;* (CIX.) non tamen omne, quod eſt *diſtinctum*, eſt viciſſim *diviſum*, ſeu *ſeparabile*, niſi ſupponatur pro ſola *diſtinctione reali*, qua diſtinctione gradus Metaphyſici nequeunt diſtingui, quia *eidem rei phyſicæ* realiter identificantur. (LXXI.) Pariformiter D. m. *ſubſ.* quidquid non eſt *realiter* unum cum altero, & tamen exiſtit tanquam *res*, illud *realiter* diſtinguitur ab altero C. m. ſub. quidquid non eſt unum *formaliter ex natura rei*

cum

cum altero, & tamen exiſtit per ſolam *emanationem Metaphyſicam*, ut *realitas* ſeu *formalitas*, (LXXII.) illud *realiter* diſtinguitur ab altero N. m. *ſubſ.* certe ex *conceptu diſtinctionis realis* nil aliud patet, niſi hoc, quod illa ſolum *realiter* diſtinguantur, quæ ſunt diverſæ *res*, nec in eadem re phyſica ſibi poſſunt ſubſtitui, ſimulque aliquam *ſeparabilitatem* in ſe continent, (CIX.) quæ omnia in *gradus metaphyſicos* non cadunt.

Inſt. 1. Ubi ſunt duo actu, & realiter plura, ibi eſt realiter unum & aliud; ſed ubi eſt realiter unum & aliud, ibi unum non eſt realiter aliud: ergo ubi ſunt duo actu & realiter plura, ibi unum non eſt aliud realiter. *Subſ.* Atqui ubi unum non eſt aliud realiter, ibi datur realis negabilitas: ergo diſtinctio realis. R. ut prius. D. M. ubi ſunt actu & realiter plures *res* C. M. plures *realitates* N. M. & D. m. ubi eſt realiter unum & aliud, hoc eſt, ubi eſt *una*, & *alia* res C. m. ubi eſt una & alia tantum *realitas*. N. m. & C. ſimiliter *D. m. ſubſ.* ubi unum non eſt aliud realiter, hoc eſt, ubi una & alia eſt *res*, ibi datur *realis* negabilitas, hoc eſt,

Nec ſunt actu plures res, ſed plures tantū formalitates.

eſt, negatio unius *rei* de altera C. m. ubi una & alia eſt tantum *realitas*, ibi datur *negatio unius rei de* altera N. m. & C. ſi ſolum attendatur ad definitionem *rei*, & *realitatis*. (LXXIII.) Puto, hanc *Scotiſtarum* reſponſionem & *facile*, & *clare* capi ac intelligi poſſe.

Item non ſunt *ens*, ſed *aliquid entis*.

Inſt. 2. Eſſentialia prædicata, utpote *a parte rei* juxta Scotiſtas inter ſe *diverſa*, ſunt plura entia, ſeu plures res; cum *ens* ſit illud, cui non repugnat exiſtere: ergo realiter diſtinguuntur. R. N. A. ex data mox reſponſione; non enim *gradus metaphyſici* ſunt plures *res*, ſed tantum plures *realitates*, nec ſunt *entia*, ſed *aliquid entis*, hoc eſt, formalitates cum ente phyſico realiter identificatæ, & ab eo metaphyſice ſolum reſultantes (LXXII.) adeoque *proprie* & *per ſe* non exiſtentes, & conſequenter nec definitio *entis completi* iisdem competit.

Nec denique ullo modo ſeparabiles ſunt.

Ob. 2. Gradus metaphyſici poſſunt ſeparari: ergo realiter diſtinguuntur. p. A. poſt mortem hominis manet in anima *rationalitas*, & ſeparatur *animalitas*: ergo. *R.* 1. Si hoc argumentum haberet ſuum robur, tunc non tantum

Sco-

Scotiſtæ, ſed & omnes aliæ ſcholæ deberent inter gradus metaphyſicos admittere *diſtinctionem realem*, adeoque cum iſtud argumentum nimium probet, nihil probat. Hinc R. 2. *in forma* N. A. ad p. N. *ſuppoſ.* Quod in eo ſtatu animalitas & rationalitas adhuc ſint *gradus metaphyſici*, hi enim totum ſuum eſſe habent a *toto phyſico*, ſeu ab *anima & corpore ut unitis*, a quibus emanant; (LXXI.) ſublato ergo illo *toto* tollitur quoque eorum emanatio, & conſequenter etiam totum *illorum eſſe*. (LXVIII. LXIX. LXXI. LXXII.) Inde R. 3. D. A. gradus metaphyſici poſſunt ſeparari ratione phyſicæ entitatis, ex qua emanant C. A. ratione ſui N. A. & C. cum ergo *ratione ſui* non ſint *res*, nec habeant aliquod ſignum *diſtinctionis realis*, nec etiam *realiter diſtingui* poſſunt. Art. II.

Inſt. Saltem *rationalitas* Petri a *rationalitate* Pauli diſtinguitur realiter: ergo &c. R. D. A. ratione duplicis *entitatis phyſicæ*, cui ambæ formalitates inſunt C. A. *ratione ſui*. N. A. & C.

ARTICULUS III.

An præter diſtinctionem realem detur quoque diſtinctio Modalis?

CXVIII. Diſtinctio *modalis*, ſuperius deſcripta (CX.) equidem inter *gradus metaphyſicos* non datur, cum ſit inter *modos*, a ſubſtantia *ſeparabiles*, (n. cit.) hic tamen poſt *diſtinctionem realem*, cujus ſpecies eſt, jure locum ſuum obtinet. Cæterum præter itidem ſuperius de *modis* dicta (LXII.) adhuc ſequentia, a modernis philoſophis tradi ſolita, notari merentur, uti habet CL. P. HABISREUTINGER. *univerſal. prim. princ.* &c. *diſcurſu* 14. nempe

Modi vivi & activi. I. *Modi* ab illis dividuntur in *vivos*, ſeu *activos*, & in *mortuos*, ſeu *non activos*. *Primi generis* vocant *motum* tam *ſpiritualem*, quam *corporeum*. Ad motum *ſpiritualem* revocant omnes actus *intellectus* & *voluntatis*, qui cauſant impreſſionem aliquam ſtabilem remanentem in ſuis potentiis, etiam poſtquam ceſſaverit actus. Ad motum *corporeum* reducunt v. g. *ambulationem*, *ſcriptionem*, *chelyzationem* &c. qui motus cau-

ſant

ſant *veſtigia impreſſa*, ita, ut ſi ſæpius repetantur, *forment litteras*, *eliciant ſonum* &c. in quo conſtituunt *habitum*. (Log. *fol.* 611.) 2*di* Generis modos appellant v. g. *ubicationem*, *durationem*, *figuram*, *ſitum*, *ſimilitudinem* &c. Jam

II. Modi *poſterioris generis*, ſeu *mortui* proprie juxta aliquos non *producuntur*, ſed tamen *phyſice* e ſubjectis ſuis reſultant, tanquam modi *phyſici* (LXX.) per determinationem *occaſionalem*, & quaſi *cauſalem*, aut *fundamentalem* alterius: e. g. quamprimum entia plura abſoluta exiſtunt, etiamſi nihil agant & producant, advenit illis quaſi otioſis aliquod prædicatum: v. g. *ubicatio*, *præſentia*, *diſtantia*, *ſimilitudo* &c, per quod prædicatum diſtinguuntur, & *differunt accidentaliter* ab aliis, tale prædicatum non habentibus. Sic v. g. Corpus *præſens* non eſt *diſtans*, aut lignum *quadratum* non eſt *rotundum*, & viciſſim; adeoque *diſtinguuntur*, non autem per *ſubſtantiam*; cum *idem ſubſtantialiter* corpus poſſit ſucceſſive ambo illa *accidentia modalia* in ſe habere: (CX.) ergo *accidentaliter* &c.

Modi mortui, & inertes.

Por-

Reſultant intrinſece in ſuis ſubjectis.

Porro, cum *indifferentia* ſubjecti *intrinſeca*, etſi detur ad aliquod *extrinſecum*, tolli non poſſit per aliquod *extrinſecum*, niſi tantum *cauſaliter* & *occaſionaliter*; hinc ut proprie & *adæquate* tollatur indifferentia illa *intrinſeca*, id eſt, non *radicalis* & *eſſentialis capacitas* corporis, ſed *formalis*, ſeu carentia hujus actualitatis præ alia, v. g. ad *eſſe in hoc loco*, ad *eſſe unitum* huic animæ &c, neceſſario (juxta illos) debet *reſultare* in ſubjecto *prædicatum* aliquod *differentiale intrinſecum*, quo antea, (utpote *intrinſece indifferens*) caruit. v. g. Subjectum ex non habente *præſentiam*, vel *unionem*, debet fieri habens *præſentiam*, aut *unionem banc vel illam*, quæ a modernis philoſophis vocantur *prædicata differentialia intrinſeca*, ideo, quia *in recto* affirmantur de ſubjecto; nihil autem *extrinſecum*, & penitus *diſtinctum* a re poteſt *in recto* affirmari de illa ipſa *re*. Atque hæc prædicata differentialia *realiter identificata*, & ſolum *modaliter diſtincta* a re, ſunt illi *modi*, quos iſti philoſophi dari contendunt. (CX.) Alii tamen aliter de modis hiſce mortuis loquuntur, uti & hos infra de *relatione formali* dicemus.

III.

Art. III. Modi vero activi a virtute activa producuntur, quæ ſe ipſam determinat ad novũ eſſe modale.

III. *Modi* econtra *activi* & *vivi* non ita e ſubjectis *reſultant*, ſed producuntur *a virtute activa creaturarum*, quæ concurrente Deo, tanquam causâ primâ ſe ipſas actuant, ſeu determinant *libere*, vel etiam determinantur *neceſſario*, quin tamen per ejusmodi actuationem, ut ajunt, *liberam* ſe ipſas *producant* quoad eſſe *abſolutum*, ſed ſolum ſe determinant ad novum eſſe *modale*, quod antea non habuere, niſi ſolum *in potentia* ſeu *activâ*, ſeu *paſſivâ*. Nam ſicut v. g. *pes læſus* poteſt illi *motui*, qui procedit ab *anima* pedem movente (tanquam ens realiſſime diverſum a ſuo ſubjecto) ſuperaddere *prædicatum intrinſecum* realiter identificatum (nempe *curvitatis*) quod non procedit ab *anima*, ſed a *tibia fracta* pedis *læſi*; ſic etiam v. g. *voluntas* poteſt ſuperaddere ſuæ potentiæ volitivæ ſimile prædicatum, quod non determinetur a *Deo*, ſed a *voluntate ipſa*, habente potentiam, *ſe ipſam determinandi*, &, ut ajunt, *ſic & ſic modificandi*. Item ſicut in elicienda v. g. *volitione prava* illa *deflexio* a bono vero ad malum non fit a *cauſa prima*, ſed a *voluntate creata*, *ſub motione DEI* phyſice concurrentis *aliquid ſui admiſcente*, ut S. Augustinus in-

quit, ſic pariter dici poteſt, quod, dum *cauſa prima* producit τὸ *eſſe abſolutum* potentiæ volitivæ, ipſa potentia volitiva *ex ſe* aſſumat τὸ *eſſe modale*, quod τῷ *eſſe abſoluto* tanquam *prædicatum differentiale* ſuperaddat, ita, ut e. g. *voluntas amans* ſit a *DEO* ſecundum prædicata *abſoluta voluntatis*, a *ſe ipſa* vero ſecundum prædicatum realiter identificatum τȣ̃ *amantis* pure *modale*, licet ad *amorem*, ut eſt *actus phyſicus ſubſtantialis*, Deus adhuc immediate concurrat. Cæterum

Declaratur, in quo ſenſu modi activi educantur & cauſentur.

Dici nequit, quod *modi* ejusmodi *activi* e. g. *intellectio*, *volitio*, *viſio* &c. *e ſubjecto educantur*, *cauſentur*, & *fiant*, ſi per hoſce terminos idem intelligatur, ac a virtute activa dari exiſtentiam *novo enti*, ſtricte realiter diſtincto a ſubjecto, cui tales modi inſint; ſin autem ſenſus ſit, modos illos activos in abſtracto conceptibiles a virtute activa in ente præexiſtente *determinari*, ut inſint tanquam prædicatum realiter non omnimode diſtinctum, ſed in concreto affirmabile de ſubjecto, tunc utique *educuntur*, *fiunt*, & *cauſantur*. Jam hiſce declaratis ponitur

PRO-

PROPOSITIO.

Præter Diſtinctionem ſtricte realem datur etiam diſtinctio modalis.

CXIX. Probatur I. *In Divinis. Actus* Divini *contingentes*, e. g. *ſcientia viſionis* & *decreta libera* identificantur cum attributis Dei *neceſſariis* tali identitate, quæ conſiſtere poteſt cum diverſitate relativa habitudinis ad aliud, *ſeparabilis* (ſaltem antecedenter) ab attributis *neceſſariis*: atqui talis *identitas* importat diſtinctionem *modalem* (CX. & n. præc.) ergo datur; nam neque *diſtinctio virtualis*, neque *formalis ex natura rei* reperitur inter ſeparabilia: (CXII. & CXI.) ergo illa diſtinctio, quæ communiter a Theologis admittitur inter attributa Dei *neceſſaria*, & inter decreta Dei *libera*, non eſt alia, quam *modalis*. II. *In creatis.* Juxta Logicam (*fol.* 189.) ad veritatem propoſitionis *affirmativæ* requiritur, ut *rectum ſubjecti*, & *rectum prædicati* ſint *idem*; econtra ad veritatem propoſitionis *negativæ* requiritur, ut rectum ſubjecti, & rectum prædicati ſint *diverſa*, atque *diſtincta*; nam hæ duæ propoſitiones: *Cera eſt habens figuram rotundam*, & *cera non eſt habens*

Diſtinctio modalis datur tam in Divinis,

quam in creatis.

figuram rotundam, pro *diverſo* tempore poſſunt & debent eſſe veræ de *eadem* realiter cera: ergo rectum ſubjecti, & rectum prædicati, quod modo eſt *idem*, *aliqua identitate* affirmabili, poſtea eſt *diſtinctum* evaneſcente *priori identitate* affirmabili: igitur *cera*, & τὸ *habens figuram rotundam* erant *idem* tali identitate, quæ eſt *minor*, quam ſit identitas ceræ *ſecum ipſa*, quia cera non poteſt non eſſe *cera*, bene tamen poteſt non eſſe *habens figuram rotundam*; adeoque identitas inter *ceram*, & τὸ *habens figuram rotundam* eſt talis *identitas realis*, quæ ſtare poteſt cum *aliqua diſtinctione habitudinis relativæ ſeparabilis a ſubjecto*. Subſumo: atqui hæc *diſtinctio* eſt *modalis* ſuperius deſcripta: (CX. & CXVIII.) ergo datur diſtinctio *modalis*, ſeu *realis minor*. Confirmatur. Relationes *accidentales*, cum poſſint ineſſe, vel non ineſſe ſubjecto, poſſunt etiam in concreto *affirmari* & *negari* de ſubjecto, & conſequenter *ſubjectum* modo poteſt eſſe *rectum* concreti relativi *affirmabilis*, modo etiam poteſt eſſe *non rectum* talis concreti, ideoque *rectum* concreti relativi ad aliud ita eſt *affirmabile* de ſubjecto, ut pariter *ſuper-*

perveniente alia relatione ſit etiam *negabile* de ſubjecto, ſive *relative diſtinctum* a ſubjecto, de quo *hic & nunc* eſt affirmabile: hæc autem diſtinctio eſt *modalis*: ergo &c. ita paulo ante citatus Cl. P. *Habisreutinger diſc. V.* alii tamen, ut dicetur (CCXII.) de relationibus, aliter non nihil loquuntur.

Solvuntur Objectiones.

CXX. Ob. 1. Lumini rationis repugnat, ut *identitas* aliqua *realis* ſit compoſſibilis cum *diſtinctione*, imo diſtinctionem aliquam poſſit involvere: atqui identitas *modalis* eſt *realis*: ergo lumini rationis repugnat, ut ſit compoſſibilis cum diſtinctione. p. M. Implicat enim, ut, quod eſt *realiter idem*, ſit ſimul realiter *non idem* ſeu *diſtinctum*: (X.) ergo. R. N. M. & contrarium evinco ex ipſa *identitatis* definitione, qua dicitur, *identitas* quod ſit *unius de altero affirmabilitas in recto*: nam quia non poteſt eſſe *unum & alterum*, ubi nulla prorſus intercedit diſtinctio bene concludi debet, in ipſa definitione *identitatis* involvi *identificatorum* quandam *diſtinctionem*. Ad p. D. A. implicat, ut, quod eſt realiter

Diſtinctio modalis ſtare poteſt cum idetitate reali.

& *in recto idem*, ſit ſimul realiter, & *in recto* non idem c. A. ut ſit in *obliquo*, ſeu *modaliter* non idem. n. A. & C. diſtinctio patet ex dictis.

Idem a ſe ipſo in eſſe modali diſtingui non repugnat.

Inſt. Idem a ſe ipſo intrinſece diſtingui, eſt idem *eſſe idem*, & idem *non eſſe idem*, quod abſolute repugnat: (X.) atqui hoc evenit in diſtinctione *modali*: ergo hæc diſtinctio abſolute repugnat. R. D. M. Idem a ſe ipſo intrinſece diſtingui in ſuo eſſe *abſoluto*, C. M. idem diſtingui a ſe ipſo in eſſe *relativo* ſeu *modali*. Subdiſt. eſt idem eſſe *abſolute*, & non eſſe idem *relative* aut modaliter C. M. eſt idem eſſe *abſolute*, & non eſſe idem *abſolute*, N. M. & D. m. hoc evenit in diſtinctione modali, ut idem in eſſe *abſoluto*, diſtinguatur a ſe ipſo in eſſe *relativo* ſeu *modali* C. m. ut idem a ſe ipſo intrinſece diſtinguatur in *ſuo eſſe abſoluto* N. m. & C.

Identitas excluſiva diverſæ habitudinis relativæ ſtat cum diſtinctione modali.

Ob. 2. In hac propoſitione: *Cera eſt ens habens rotunditatem*, τὸ ens *habens rotunditatem*, eſt *univerſale* in eſſe repræſentato, ad nullas contractum differentias neque ſpecificas, neque individuales: (quia univerſale *juxta Scotiſtas* manet in actuali prædicatione) ergo debet poſſe convenire non *uni* tantum, ſed pluribus *individuis* ac *ſpe-*

cie-

ciebus. *Subſumo*: atqui quod poteſt convenire *diverſis* ab hac cera *diſtinctis*, nequit *identificari* cum hac cera: ergo rectum ſubjecti, nempe τὸ *cera*, & rectum prædicati, id eſt τὸ *habens rotunditatem*, nequit *identificari*, conſequenter *modalis diſtinctio* ſtare nequit cum *identitate reali*. R. Tr. interim A, quod non eſt hujus loci. D. ſubſ. A. quod poteſt convenire *diverſis* a cera diſtinctis, nequit cum ea *identificari*, identitate *excluſiva* diverſæ habitudinis relativæ ſeparabilis C. A. identitate *incluſiva* diverſæ habitudinis relativæ ſeparabilis N. A. & C. (CX.) dein τὸ *habens* licet ſit *univerſale*, ſi conſideretur in concreto cum *ente*, hic tamen ſupponit *disjunctive*, ſeu *particulariter*, (Log. *fol.* 129.) & tanquam prædicatum *ſeparabile* a cera non prædicatur *eſſentialiter*, ſed tantum *accidentaliter*, hæc autem ipſa affirmatio & prædicatio id proprium habet, ut inter rectum ſubjecti, & inter rectum prædicati enuntiet *identitatem non excluſivam omnis diverſitatis relativæ ſeparabilis*, uti ſatis probatum eſt.

Inſt. *Idem* ſemper eſt *idem*, & fieri nequit, ut idem *a ſe ipſo* ſit *diſtinctum*:

atqui cera hæc v. g. *habens* rotunditatem poteſt fieri *non habens* rotunditatem; poteſt enim manere *hæc cera*, quin maneat *rotunda*: ergo hæc *cera*, quæ eſt *rectum ſubjecti*, non eſt *identificata* cum recto *prædicati*, quod eſt τὸ *habens rotunditatem*. R. D. M. Idem ſemper eſt *idem*, ſi ſit idem identitate *excluſiva* omnis diverſæ relationis ſeparabilis C. M. ſi ſit idem identitate *non excluſiva* omnis diverſæ relationis ſeparabilis. N. M. vel *clarius*: idem abſolute ſemper eſt idem *abſolute* C. M. idem abſolute ſemper eſt idem *relative* ſeu *modaliter* N. M. & D. m. cera poteſt fieri non habens rotunditatem, & tunc cera tamen manet eadem *abſolute*, ut prius, & mutatur tantum *relative*, ſeu *modaliter* C. m. mutatur *abſolute*. N. m. & C.

Deus per diſtinctionem modalem non fit mutabilis.

Ob. 3. Saltem diſtinctio *modalis* non datur in *Divinis*, quia per eam Deus fieret *mutabilis*: ergo &c. R. N. A. unacum addita *ratione*; Deus enim omnes, quoscunque tenet ejusmodi modos, *ab æterno* ſibi identificatos habet, nec unquam variat, aut alios recipit. e. g. jam ab æterno Deus fecit *decretum* condendi mundum, & aſſumendi naturam humanam in tali determinato tempore

pore,(quod tempus ipſius *æternitati*, virtualiter in inſtantia creabilia & ſucceſſiva diviſibili ſecundum aliquem numerum correſpondere docent *Theologi*) vi cujus decreti eſt *intrinſece determinatus* ad ea omnia, quæ quovis tempore fiunt.

Inſt. Omne ſubjectum, quod in ſe recipit formam ſeu *ſubſtantialem*, ſeu *accidentalem*, debet eſſe *perfectibile*: atqui Deus nequit eſſe *perfectibilis*: ergo formam *accidentalem* ſeu *modum* in ſe recipere nequit. R. N. M. Plura enim prædicata *relativa* juxta Theologos in Deo ſunt *neutra*, id eſt, nec *perfectionem*, nec *imperfectionem* dicentia *ex ſe*, & *ratione ſui*. Adeoque nec Deus per illa *perficitur*. Igitur *ſubjectare*, *in ſe recipere*, *ſuſtentare* &c in noſtra theſi nil aliud dicit, quam eſſe *ſubjectum relationis*: ſed Deus utique poteſt eſſe *ſubjectum relationis*, quia de Deo tanquam *ſubjecto* prædicari poſſunt plurimi *termini relativi* v. g. quod Deus ſit *cognoſcibilis* a creatura, quod ſit *determinabilis* a creatura, illique *unibilis*. Item *decreta libera* Dei ſunt utique *determinatio Dei*: atqui determinatio eſt mo-

dus: ergo in Deo poteſt recipi, & ineſſe *modus*.

ARTICULUS IV.

An inter gradus metaphyſicos detur diſtinctio virtualis?

Diſtinctio Scotiſtica diu impugnata, ſed non expugnata.

CXXI. A *Modis* Recentiorum revertimur denuo ad *gradus metaphyſicos*, queis aliæ ſcholæ *Peripateticorum* omnes diſtinctionem *a parte rei* negant competere, eos ſolo *intellectu*, vel *cum* vel ſine *fundamento* a parte rei exiſtente, diſtinguentes: (CXII. & CXIII.) at vero *Scotiſtæ* cum *ſubtili Doctore* ſuo ultra quatuor jam ſœcula pro diſtinctione ſua non *pure formali*, ſed *minus ſtricte reali* (CXI.) in *Philoſophia* non minus, quam *Theologia* feliciter adeo decertavêre, ut victi non modo ab adverſariis nunquam ſint, ſed & illorum non paucos, ex *recentioribus* maxime, qui abjectis præjudiciis *veritatem* unice inquiſiere, in partes ſuas traxerint, & traherent adhuc plures, ſi rejecta lite de *nominibus* (definitionibus *nominalibus*) *rebus* indagandis inhiarent, & *ſcapham ſcapham*, ut decet, appellarent. Quod vero circa *rem* hujus ſenten-

tentiæ, ſcholæ aliæ cum *Scotiſtis* conveniant, vel ſaltem convenire debeant, in præſens perſpicue declarabo. Igitur *primo* quoad ſententiam *Thomiſtarum* ſit

PROPOSITIO.

Diſtinctio virtualis inter gradus Metaphyſicos eſt actualis, vel ſi non eſt actualis, tunc non datur.

CXXII. PROBATUR. I. p. Illa diſtinctio eſt *actualis*, quæ datur *actu*, ſeu *a parte rei*, & *nemine cogitante*; atqui diſtinctio *virtualis* hoc modo datur: ergo eſt actualis. M. ut puto, clare patet ex *definitione*. m. p. diſtinctio *virtualis* a ſuis Patronis dicitur *intrinſeca rei alicujus eminentia*, *vi cujus in eadem ipſa re datur plurium perfectionum* DISTINGUIBILITAS &c. (CXII.) atqui hæc *intrinſeca rei eminentia* ac *diſtinquibilitas* datur *actu*, ſeu *a parte rei*, & *nemine cogitante*: ergo eſt *actualis diſtinctio*. p. m. hæc *diſtinquibilitas intrinſeca* datur inter *ſubſtrata* actualia plurium prædicatorum, eidem realiter objecto convenientium: (LXVIII.) ergo involvit *actualem diſtinctionem intrinſecã*, quam ſuper-

Diſtinctio virtualis debet eſſe actualis.

ſuperveniens *actus intellectus* non facit, ſed *ſupponit*, dum repræſentat ſubſtrata *prædicatorum* objecti ut *diverſa* a parte rei; alias enim intellectus *fingeret* ut *diverſa*, quæ tamen diverſa non ſunt.

Reſpondent AA. Ea eſſe in objecto, antequam *intellectûs cognitio* accedat, *fundamentaliter* tantum diverſa. Sed

Fundamentalis diverſitas debet dici actualis diverſitas.

Contra est. Hæc ipſa *fundamentalis diverſitas*, eo ipſo, quod detur adhuc *nemine cogitante*, & *actu* efficiat prædicata *non verificabilia ſine omni prorſus diſtinctione*, debet dici *actualis diverſitas*. *Subſ.* I. Atqui *actualis diverſitas* eſt actualis *negatio identitatis*. *Subſ.* 2. *Actualis* vero *negatio* ſeu excluſio *identitatis* eſt *actualis diſtinctio*. *Subſ.* 3. Non autem eſt actualis diſtinctio *realis*, quia non datur inter *res aut res*, nec inter plura *ſeparabilia*, ſed *realiter identificata*: (LXXI.) ergo formalis *diſtinctio Scotiſtica*, de qua in *Art. VI.* hujus *Sect. V.* Inde

vel non datur, ſi

Probatur. II. p. Diſtinctio *virtualis* quoad *nomen* eſt idem, ac *virtus diſtinctio-*

ctionis, quoad *rem* vero eſt *fundamentalis negatio identitatis inter plures ejusdem rei intrinſece eminentis perfectiones*: (CXII.) atqui ſi non eſt *actualis*, tunc non eſt *virtus diſtinctionis*, nec *fundamentalis negatio*, &c.: ergo ſi non eſt *actualis*, tunc non datur. M. eſt definitio diſtinctionis *virtualis*. p. m. *Virtus* illa *diſtinctionis*, & *fundamentalis negatio* neceſſario ſequi debet *naturam extremorum*, inter quæ datur: (nam juxta omnes diſtinctio *actualis* fundatur in extremis *actualibus*, & diſtinctio *rationis* datur inter extrema *per rationem* tantum diverſa) atqui *extrema*, inter quæ aſſignatur illa *virtus diſtinctionis*, ſunt *actualia*, & a *parte rei*, hoc eſt, nullo interveniente *actu intellectûs*: ergo etiam illa *virtus diſtinctionis*, ſeu illa *diſtinctio* debet eſſe *actualis*, & conſequenter, ſi non eſt *actualis*, tunc non datur. p. m. Extrema, in quibus *diſtinctio virtualis* fundatur, ſunt *gradus Metaphyſici* v. g. *animalitas* & *rationalitas* in homine: atqui illi gradus Metaphyſici ſunt *actuales*, & dantur *a parte rei*, etiam *nemine cogitante*: (LXVIII. & LXIX.) ergo illa extrema ſunt *actualia*. m. præter mox antea dicta adhuc Art. IV. non eſt actualis.

CONF.

Ubi dantur plura actu, ibi etiam datur diſtinctio actu.

Conf. 1. Per hanc *Soriten.* Quale eſt *ens*, talis eſt ejus *eſſentia*, & qualis eſſentia, tales ſunt ejus *proprietates*; hæ enim ſequuntur *naturam entis*: (ſic ens *in actu* habet etiam *eſſentiam*, & *proprietates actu*; ens vero *in potentia* habet ſuum *eſſe* & *proprietates in potentia*) atqui *animalitas* v. g. & *rationalitas* eſt hominis *eſſentia*: ergo ſunt *actu*; cum & ipſa hominis *eſſentia* ſit *actu*. Subſumo 1. *Ens* in actu habet proprietates actu: *Diſtinctio* autem eſt *proprietas entis*: (æque ac *unitas* & *identitas*, *bonitas* ac *veritas*:) ergo datur *actu*. Subſ. 2. Atqui diſtinctio virtualis non eſt *actu*, ſed tantum *in potentia*: (cum ſit *virtus* tantum *diſtinctionis* ſeu *diſtinguibilitas*) ergo non datur inter *animalitatem* & *rationalitatem*, & conſequenter, ſi non eſt *actualis*, omnino non datur.

Plura actualia fundamenta arguunt actualem diverſitatem.

Conf. 2. Ideo juxta *Thomiſtas animalitas* & *rationalitas* diſtinguerentur tantum *virtualiter*, quia in homine adeſt *fundamentum*, (*æquivalentiam* etiam aliqui vocant) vi cujus unus *gradus* concipiatur ut *animalitas* ſeu *principium ſentiendi*, & alter ut *rationalitas*, ſeu *principium ratiocinandi*: atqui hoc ipſo non ſufficit diſtinctio *virtualis*, ſed debet

eſſe

eſſe *actualis*: ergo &c. p. m. vel in homine eſt *unum* tantum ejuſmodi *fundamentum?* vel ſunt *plura* talia fundamenta? ſi *primum*, tunc, quando *intellectus* concipit hominem ut *rationalem*, jam concipit quoque eum, per illum ipſum numero actum, ut *ſenſitivum*, ſeu ut *animal*, & quidem in *omni* ſenſu, hoc eſt, tam in ſenſu *reali*, quam *formali*; (quia fundamentum *rationalitatis* juxta *Thomiſtas* eſt etiam *realiter ac formaliter* illud ipſum fundamentum *animalitatis*, eo ipſo, quia eſt *unum* tantum) adeoque etiam *genus*, (quod eſt *animalitas*) & *differentia*, (quæ eſt *rationalitas*) eſſent prorſus idem, ſibique in *omni ſenſu* ſubſtitui poſſent, (CV.) quod abſolute implicat. (X.) Si 2*dum*, tunc in eodem homine jam dantur *a parte rei* diſtincta *plura*, quæ intellectus *cognoſcit*, non *facit*; (ejus enim cognitio *falſa* eſſet, ſi cognoſceret *pluralitatem actualem*, ubi *nulla* eſt) ſed, ubi dantur *plura a parte rei*, & quidem *diverſa*, jam debet dari *diſtinctio a parte rei*, adeoque non ſufficit *diſtinctio virtualis*, niſi ſit *actualis*.

Conf. 3. Per aliquod argumentum non ex *ſchola ſubtili*, ſed ab aliquo *ſcholæ neotericæ*, magis autem *veritatis* aman- Argumentum Cl. P. *Habisreutinger.*

amante Clariſſimo æque ac Doctiſſimo Auctore depromptum. Eſt is jam ſæpius citatus, in rebus *Aſceticis* non minus, quam *Philoſophicis* apprime verſatus Cl. P. COLUMBANUS HABISREUTINGER *Imper. Monaſterii Zwifaltenſis Capitularis*, qui in libello ſuo eruditiſſimo *de univerſali primorum principiorum ſenſu. Diſc. V.* ita diſſerit: Indubitatum mihi eſt, *cognoſcere eodem actu idem objectum in ordine & reſpectu ad hæc accidentia* (ad hoc *Attributum*) & ſimul *eodem actu non cognoſcere idem objectum in ordine, & reſpectu ad hæc ipſa accidentia* (ad aliud *Attributum.*) item: *eodem actu abſtrahere* (a parte rei) *ab hoc individuo*, & ſimul *eodem actu non abſtrahere* (a parte rei) *ab hoc individuo* &c. non minus eſſe *prædicata contradictoria* in *creatis*, quam *in Divinis* prædicata *contradictoria* ſunt *generare* & *non generare*, ubi Pater (a parte rei) *generat*, natura *non generat*: *produci & non produci*, ubi filius *producitur*, natura *non producitur* &c., Jam autem prædicata *contradictoria* de eodem *nullatenus diſtincto* verificari non poſſunt: (X.) ergo inter ea, de quibus verificantur prædicata *contradictoria*, debet intercedere *aliqua diſtinctio*, & quidem *independenter ab intelle-*

tellectu, quia prædicata contradictoria conveniunt objecto, non qua cognito, ſed ut ſe habet, nemine per intellectum adhuc diſtinguente.

Ex his *in forma* profert ſequens argumentum, *ſæpius*, ut ait, *in diſputationibus a ſe propoſitum, & ſolida reſponſione nunquam ſolutum*: In hac propoſitione: *Petrus eſt homo*, inter modum tendendi ac repræſentandi ſubjectivum, (hoc eſt quoad repræſentationem actualem ſubjecti *Petrus*) & inter modum tendendi ac repræſentandi prædicativum, (ſive quoad repræſentationem actualem prædicati *homo*) qui ambo modi repræſentativi *realiter* identificantur, intercedunt veræ *propoſitiones contradictoriæ*, & quidem *nemine cogitante*: ergo ibi datur *actualis* quædam *diſtinctio*. p. A. Modus tendendi *ſubjectivus* actu cognoſcit Petrum *in ordine ad accidentia individuantia*, & *non* eſt a parte rei *abſtractivus* ab hoc individuo; econtra modus tendendi *prædicativus* non cognoſcit Petrum in ordine ad hæc ipſa *accidentia individuantia*, ſed eſt a parte rei *abſtractivus* ab hoc ipſo individuo: (eoquod maneat *univerſale* in actuali prædicatione) ſed

Ubi dantur prædicata cótradictoria actualia, debet etiam dari diſtinctio actualis.

cognoſcere Petrum a parte rei in ordine ad accidentia individuantia, & eum *non ſic cognoſcere*, eſſe *abſtractivum* actu, & *non* eſſe *abſtractivum* ab individuo, ſunt proprie dicta prædicata *contradictoria*, & quidem nemine cogitante: ergo inter duplicem illum modum tendendi verificantur proprie dicta prædicata contradictoria. *Subſumo.* Sed verificantur absque contradictione: ergo debet inter illa dari aliqua *diſtinctio*, non quidem ſtricte *realis*, (propter *realem identitatem*) neque *formalis extrinſeca per actum intellectus*; ſicut enim *vitalitas* & *ſpiritualitas* hujus actus judicativi, quo dico: *Petrus eſt homo*, juxta AA. nullo modo diſtinguuntur *ante actum reflexum intellectûs ſupervenientem*, cujus objectum ſit tale judicium, & a quo diverſimode repræſentetur; ita etiam modus tendendi *ſubjectivus*, & modus tendendi *prædicativus*, juxta eosdem, nullo modo diſtinguuntur *ante actum reflexum intellectus*, qui pariformiter tale judicium habeat pro objecto, illudque diverſimode repræſentet: atqui hoc falſum eſt: ergo &c. p. m. ante omnem actum reflexum intellectûs in illo judicio modus tendendi *prædicativus* eſt *abſtractivus ab individuo*, ſcilicet

cet τὸ *homo*, (quia enuntiat aliquid *univerſale*) & modus tendendi *ſubjectivus*, nempe τὸ *Petrus*, non eſt *abſtractivus* ab individuo, (cum enuntiet formaliter ipſum *individuum*) ergo *diſtinctio* inter utrumque hunc modum tendendi non eſt *formalis extrinſeca per ſupervenientem diverſam cognitionem*, ipſi judicio enuntiativo tanquam objecto ſuperaddita, ſed *actualis*, quæ nempe ſalvet *prædicata contradictoria* à contradictione, ipſamque *contradictionem* alias ſubnaſcituram excludat. Certe *nemine* hunc actum enuntiativum *cognoſcente* modus tendendi *ſubjectivus* eſt DIVERSUS a modo tendendi *prædicativo*: ſed ESSE DIVERSUM, & ESSE DISTINCTUM idem ſonant, quia *idem* a ſe ipſo nunquam eſt *diverſum*. *Subſumo.* Atqui ille modus ab altero modo non eſt *diverſus realiter*: (quia in ſenſu *reali* identificantur) ergo *formaliter ex natura rei*, ut Scotiſtæ loquuntur. (CXLIX.)

Nec rurſum *dicant Thomiſtæ*, in ejuſmodi actu enuntiativo *ante operationem intellectus* dari utique aliquam *diverſitatem*, & *diſtinctionem*, ſed mere *fundamentalem*, non autem *actualem Scotiſticam*; Nam

Sect. V. Diſtinctio virtualis a Scotiſtica nomine tantum differt,

RESPONDET idem *Cl. Auctor. loc. cit.* Si hæc diſtinctio, & diverſitas (quam *Thomiſtæ* vocant *fundamentalem*, propter *eminentiam* actus, qua *æquivalet* duplici apprehenſioni præviæ,) ſalvat prædicata contradictoria *ante operationem intellectus*, tunc eſt ipſiſſima diſtinctio *virtualis intrinſeca* Thomiſtarum; &, *ſi actu* reperitur in objecto *necdum reflexe cognito*, tunc eſt ipſiſſima *diſtinctio formalis ex natura rei Scotiſtarum.* Plus enim nec *Thomiſtæ*, nec *Scotiſtæ* volunt, etſi litigent de *nomine*, an diſtinctio *extra-intellectualis, minor ſtricte reali*, compellari debeat *virtualis*, an vero *formalis*, & *actualis intrinſeca*? Hæc ibi.

& melius diceretur actualis, quam virtualis.

Alio vero loco idem *Cl. Auctor* ita loquitur, nempe Diſcurſu III. *pag.* 18. "Lis non modica viget inter THOMISTAS & SCOTISTAS, an utriusque partis diſtinctio coincidat, an revera diſcrepet? ſed meo judicio omnis diſtinctio, quæ ANTE OMNEM OPERATIONEM INTELLECTUS actu dari debet, melius dicitur ACTUALIS diſtinctio, prout volunt SCOTISTÆ, quam mere VIRTUALIS, & potentialis DISTINGUIBILITAS per intellectum." Ecce

quid

quid clarius? ſimilem ferme in modum loquitur etiam *Cl. Antonius Genuenſis Art. VI.* paulopoſt adducendus.

Solvuntur Objectiones.

CXXIII. Ob. I. Datur diſtinctio *virtualis extrinſeca*, hoc eſt, quæ fundatur præciſe in prædicatis quibusdam *extrinſecis*, effectibus nempe, aut operationibus &c.: ergo etiam datur *intrinſeca*. p. c. *extrinſeca* præſupponit *intrinſecam;* cum res non poſſit cognoſci in ordine ad plures operationes, & effectus, quos producit, niſi in illa præſupponantur adeſſe diverſi effectus producendi: ergo. R. D. C. datur *intrinſeca*, & hæc ipſa eſt *actualis diſtinctio Scotiſtica* C. eſt ſolum *virtualis* N. c. & C.

Inſt. I. Gradus Metaphyſici ſunt *virtutes*: (LXIX.) ergo ſicut virtus *indurativa*, & *liquefactiva* in ſole non diſtinguuntur niſi *virtualiter*, etiam *gradus Metaphyſici* non aliter diſtinguuntur. R. D. A. Sunt virtutes, quarum tamen una *actu* & *a parte rei* non æquivalet alteri C. A. quarum una *actu* æquivalet alteri N. A. & C. dein, quod gra- Gradus Metaphyſici differunt a virtute indurativa & liquefactiva in ſole

gradus Metaphyſici actualiter diſtinguantur, non item *virtus* ſolis indurativa & liquefactiva, *diſparitas eſt*, quia in homine reſpectu graduum Metaphyſicorum v. g. *animalitatis*, & *rationalitatis*, diverſa etiam organa deprehendimus, in quibus fit *ratiocinatio*, & *ſenſatio*, nam *ratiocinium* in *anima*, *ſenſatio* vero in *corpore*, ſaltem *inchoate* (Log. *fol.* 409.) efficitur, adeoque etiam eſt ratio ſufficiens ipſa *principia* actu diſtinguendi: econtra in ſole effectus *indurationis* & *liquefactionis* non ex *potentiis*, *organis*, aut *principiis* actu diverſis, ſed ex *ſubjectis* tantum diverſis, EIDEM ſolis radio expoſitis, unice proveniunt, quatenus nimirum unus idemque radius in LUTO particulas unitas, & per nimium hummorem leviter connexas primum extenuat, atque disjungit, quæ dein ex preſſione aëris, tanquam leviora aëre toto circumfluo corpora extruduntur, ſeparantur, & avolant; dum econtra in CERA particulæ tenaces & viſcoſæ invicem ſufficienter manent agglutinatæ, ut avolare nequeant: ergo in neutro caſu ulla, ex parte *principii*, eſt differentia, ſed tota diverſitas ſe tenet *ex parte particularum*, in luto *fugacium*, & in cera *flexibilium* & *gluti-*

glutinoſarum, de quibus in *phyſica*. Ideoque *eadem* virtus ſolis ibi tantum dicit *diverſos reſpectus* & *habitudines extrinſecas* ad plura realiter diſtincta; econtra *gradus Metaphyſici* ſunt plures *proprietates abſolutæ ejusdem rei*. (LXVIII. & LXXI.)

Principiũ vegetandi, & ſentiendi ſunt formaliter diverſa principia.

Inſt. 2. Una & eadem anima *rationalis* continet in ſe *virtualiter* animam *vegetativam* & *ſenſitivam*, tanquam una virtus *æquivalenter* multiplex: ergo etiam in homine *eadem virtus* æquivalenter multiplex eſt *animalitas* & *rationalitas*. R. D. A. eadem anima *phyſice* conſiderata C. A. *metaphyſice* N. A. (LXVII.) plane in ſenſu *metaphyſico* ab eadem anima *reſultant*, & nemine cogitante dantur *plures* ejusmodi *virtutes*, ſive *formalitates*, (LXIX.) & ſicut *genus* a parte rei non eſt *differentia*, ita nec *animalitas* eſt *rationalitas*, quia, ſi eſſent *formaliter eædem*, poſſent formaliter *ſibi invicem ſubſtitui*, (CV.) id quod æque abſolute implicat, ac fieri nequit, ut *animal* ſeu brutum ſit *rationale*, eoquod τὸ *rationale* ſit *differentia*, per quam *homo* a bruto *eſſentialiter* differt. (Log. *fol.* 57.)

Rationalitas in ſenſu phyſico & reali eſt ipſa animalitas, non autem in ſenſu formali & metaphyſico.

Ob. 2. *Inferiora* ſemper continentur in *ſuperioribus* vel *virtualiter* vel *eminenter*: atqui τὸ *animal* eſt quid *ſuperius* in arbore prædicamentali, (Log. fig. I.) vel econtra, ſi ad illam arborem non attendatur, dici poteſt, quod *rationalitas* ſit dignitate quid ſuperius: ergo etiam dicendum eſt, quod una *virtualiter* aut *eminenter* contineatur in altera, & conſequenter *virtualiter* quoque diſtinguantur. R. D. M. & hoc eſt intelligendum in ſenſu *phyſico*, reali, & concreto C. M. in ſenſu formali, *metaphyſico*, & abſtracto. N. M. & tranſmiſſa m. D. C. ergo una virtualiter continetur in altera in ſenſu *phyſico*, reali, & in concreto C. C. in ſenſu *metaphyſico* &c. N. C. & C. Metaphyſice enim unaquæque eſt propria & ab altera formaliter a parte rei diverſa realitas, ut ſæpe jam dictum eſt.

Diſtinctio virtualis nō ſalvat cōtradictoria actualia.

Ob. 3. Per diſtinctionem *virtualem* etiam ſalvantur illa *prædicata contradictoria*, quibus Scotiſtæ ſuam diſtinctionem formalem inniti volunt: ergo diſtinctio *virtualis* æqualiter tenenda eſt. R. D. A. ſalvantur, ſi Thomiſtæ per ſuam diſtinctionem *virtualem* intelligant *actualem* C. A. ſi mere virtualem, (CXII.) *Subdiſt.* ſalvantur prædicata con-

ontradictoria pure *virtualia*, ſeu *mere otentialia* C. A. *actualia* N. A. & C. Conceptus τȣ̃ *entis* juxta Scotiſtas *irtualiter* ſolum diſtinguitur *a Deo* & *reatura*, quia non habet *contradictionem* niſi *virtualem* ſeu *potentialem*, non ero *actualem.* Sic enim v. g. inferre cet: *ens eſt: ergo* POTEST *non eſſe Deus, quia* POTEST *eſſe creatura)* vel, POTEST *on eſſe creatura*, (quia POTEST *eſſe Deus)* ion autem ſequitur: *Ens* EST: *ergo Deus* ACTU *non* EST, eo ipſo, quia illud formale *ens* ACTU poteſt eſſe *Deus* &c: econtra ſemper ACTU verum eſt dicere; *rationalitas eſt:* ergo ACTU *non eſt animalitas*, vel vice verſa.

ARTICULUS V.

An gradus metaphyſici ejusdem rei diſtinguantur diſtinctione pure formali, ſeu per intellectum?

CXXIV. Quid, & quotuplex ſit *diſtinctio pure formalis*, declaratum eſt ſupra. (CXIII.) Dicunt nempe cl. ſententiæ hujus Patroni, *diſtingui ratione* plane idem eſſe, ac, quod *eadem realiter indiviſibilis entitas per diverſas cognitiones repræſentetur, perinde,* — Declaratur, quid ſit ratione diſtingui?

ac ſi eſſet multiplex, ſeu diviſa in plures. Diverſitatem porro cognitionis petunt ex diverſis, ut ajunt, connotatis. Sic anima v. g. juxta eosdem ut connotat principium ſentiendi, dicitur animalitas, ut vero connotat principium ratiocinandi, dicitur rationalitas &c. Adeoque per ejusmodi diſtinctionem non habentur multæ res aut realitates, ſed unius rei multi tantum diverſi conceptus & nomina.

PROPOSITIO.

Gradus metaphyſici ejusdem rei inter ſe diſtingui nequeunt diſtinctione pure formali, ſive rationis.

Gradus Metaphyſici non poſſunt diſtingui diſtinctione pure formali.

CXXV. Probatur. Gradus metaphyſici 1. dantur *actu*. 2. *Independenter ob operatione intellectus*, 3. & ſunt objecto *intrinſeci*: (LXVIII. LXIX. & LXXI.) ergo etiam diſtinguuntur diſtinctione *actuali*, *independente ab intellectu*, & objecto *intrinſeca*; diſtinctio enim tanquam *proprietas entis* debet ſequi *naturam extremorum*, ut dictum eſt. (CXXII. *Conf. I.*) *ſubſumo*. Atqui diſtinctio *pure formalis* aut *rationis* (ſive

ſive ſit diſtinctio *rationis ratiocinantis*, ſive *rationis ratiocinatæ*) non eſt 1. *actualis*, hoc eſt, quæ datur *actu* in ipſo objecto. 2. Eſt *dependens* ab operatione intellectûs. 3. Eſt *extrinſeca* objecto, ut in formalibus docet cl. P. Hauser *p.* 1. *Ontol. q.* 2. *Art. V.* §. 98. ergo gradus metaphyſici ejusdem rei inter ſe diſtingui nequeunt *diſtinctione pure formali*, ſive *rationis*.

Cognitio diverſa non facit, ſed præſupponit veritatē in objecto, quod cognoſcit.

Conf. I. *Diverſa* ſolummodo *cognitio* per intellectum facta nequit *facere veritatem* in illo ente, ad quod diverſimode terminatur, ſed eam in ſubjecto *antecedenter* jam ſupponit; nam v. g. ſequentes propoſitiones non ideo *veræ* ſunt, quia intellectus objectum taliter *concipit*: "Saccharum qua dulce afficit guſtum, & quatenus album non afficit guſtum: cera, quatenus rotunda, eſt facile volubilis, quatenus quadrata non eſt facile volubilis: cera qua cera eſt indifferens ad figuram conicam, qua manens rotunda non eſt indifferens ad figuram conicam: ſecunda perſona in divinis qua reſpicit Patrem, eſt filius, qua reſpicit Spiritum ſanctum, non eſt filius, ſed unus idemque cum

„Pa-

„Patre ſpirator,“ ut Theologi loquuntur &c. ergo etiam iſtæ propoſitiones: *anima, ut connotat principium ſentiendi, eſt animalitas, ut vero connotat principium ratiocinandi eſt rationalitas*, non ideo veræ ſunt, quia anima ſic *concipitur*, ſed quia jam antecedenter ejusmodi *principia* in anima formaliter a parte rei diverſa ſunt.

Diverſis conceptibus intellectus correſpŏdent diverſi conceptus objectivi.

Conf. II. Vel diverſis iſtis *conceptibus inadæquatis intellectus noſtri*, queis in homine modo *principium ſentiendi*, modo *principium ratiocinandi* concipitur, reſpondent in entitate hominis, licet realiter indiviſibili, conceptus objectivi *formaliter*, & *actu* diſtincti, vel non reſpondent? Si *primum*, habetur Scotiſtarum intentum: ſi *2dum*, tunc plane *nullo cogitante intellectu* homo non erit *vere*, & formaliter *ſenſitivus*, aut *rationalis*, cum tamen hæc ſit ipſa hominis *eſſentia*, qua dicitur *animal rationale;* eſſentia vero cujusque entis detur *actu*, nec ab ullo intellectu cogitante dependeat (LII. & LIII.)

Nec dicant AA. I. τὸ *animal* in *homine* eſſe etiam ipſum τὸ *rationale*. Nam *contra eſt*. Hoc verum quidem eſt in ſenſu *reali* & concreto, quia realiter in eo-

odem ente identificantur, a verita- autem longe alienum eſſe videtur in nſu *formali* & in *abſtracto*; alias enim iter *genus*, (ſcilicet τὸ *animal*) & in- r *differentiam* (τὸ *rationale*) ejusdem i nullum prorſus intercederet diſcri- en *actuale*, & conſequenter homo equo v. g. etiam *per intellectum* tan- m differret, ſi τὸ *animal* eſſet *forma- ter* ipſum τὸ *rationale*, cum tamen riſtoteles jam pridem conformiter tioni docuerit 3. *Metaph. c.* 3. *Text.* 10. *ifferentiam eſſe extra rationem generis, ec includere formaliter genus.*

Nec dicant II. Illud diſcrimen plurium ormalitatum ſufficienter ſolvi per di- tinctionem *rationis ratiocinatæ*, (CXIII.) & certe teſte Cl. P. Hauser, *Ontol. P.* 1. . 2. *Art. VI.* §. 106. Cl. *P. Suarez* cum liis, item *P. Herrera* Scotiſta putant, *Doctorem Subtilem* deſignare ſolummo- o diſtinctionem *rationis ratiocinatæ*, uæ, quia fit cum fundamento in re, iſtinctio *ex natura rei*, hoc eſt, fun- lata in ipſa rei natura non incongrue lici poteſt. Sed

Diſtinctio rationis ratiocinatæ diverſitatem formalitatũ non ſolvit, niſi vocetur actualis.

Contra eſt. Equidem facile conce- lam, diſtinctionem *rationis ratiocinatæ*

cum

cum diſtinctione *formali Scotiſtica* QUOAD REM adæquate convenire, ſi ſententiæ illius Patroni mihi quoque concedant, quod diſtinctio *rationis ratiocinatæ*, quæ a *virtuali* non differt, (CXIII.) ſit *actualis*, deturque *a parte rei*, & *nemine cogitante*, id quod, velint nolint, ex allatis ſupra rationibus, (CXXII.) & mox adductis, itemque *Art. ſeq.* adducendis admittere debent, aſt nego, & usque pernego, ambas has diſtinctiones quoad ſuas *definitiones* NOMINALES inter ſe ullo modo convenire. (CXI. & CXIII.) præterea non poſſum non denuo vehementer admirari, a quibusdam credi poſſe, quod DOCTOR SUBTILIS deſignare ſolummodo voluerit diſtinctionem *rationis ratiocinatæ*, cum tamen ejus verba *Art. ſeq.* apponenda ſententiam Scotiſtarum dudum defenſam, & adhuc cum plauſu defendi ſolitam tam clare manifeſtent, ut dubio locus ſupereſſe poſſit haud ullus. Quis porro ex regulis ſanæ *artis criticæ* ſibi imaginari poterit, a tanto tempore, quod inter SCOTI *obitum*, & ſententiæ illius de diſtinctione *rationis ratiocinatæ* Patronos interceſſit, nemini Scotiſtarum Subtilis Doctoris ſui mentem de iſta theſi fuiſſe cognitam, ſed pri-

Doctor ſubtilis diſtinctionem rationis ratiocinatæ non docuit.

rimum ab aliis, Scoto longe recen-
oribus, & quaſi *per tranſennam* (quis
nim præter *Scotiſtas* ex *profeſſo*, ut
unt, genuinam *Scoti* mentem ex tot
us ſubtiliſſimis voluminibus unquam
quiſivit?) inſpicientibus, fuiſſe in-
entam atque patefactam? (Log. *fol.*
56.) quin potius de iſtis judicandum
t, quod Cl. P. Mastrius, Scotiſta
nge omnium celeberrimus, de Hur-
ado & Herrera. *Tom. I. Diſp. I. q.* 5.
t. 2. *n.* 82. confidenter enuntiat, eos
delicet *valde deceptos*, nec *Scoti men-
m ſatis mature ab ipſis penetratam fuiſſe.*
quod etiam Cl. P. Oviedo dudum
novit, dum ait *Controv.* 4. *Metaph.*
totus adverſariorum labor eſt in im-
pugnanda hac diſtinctione, ſed nullus
eorum inſudat in aſſequenda mente
Scoti, quid per hanc diſtinctionem
intellexerit; unde factum eſt, ut
plerique impugnent, quod non in-
telligunt, nec unquam ſomniavit
Scotus. „

CXXVI. *Scholion.* Cæterum quod
oderni diſtinctionis *rationis ratiocina-*
patroni diſtinctionem quamdam *actua-*
n inter gradus metaphyſicos (ſaltem
oad rem) adſtruere velint, ſatis col-
lige-

Poteſt tamen diſtinctio rationis ratiocinatæ quoad

rem convenire cum Scotiſtica.

ligere licet ex ipſis eorum loquendi modis; ſic enim antea citatus cl. P. Hauser. *Ontol. p.* 1. *q.* 2. *art.* 4. §. 83. I. Diſtinctionem *rationis logicam ſeu formalem* (uti illam vocat) ita definit: "eſt „vera, categorica, ac determinata negabilitas duarum formalitatum in recto, & proſequitur: proinde forma „denominans gradus metaphyſicos formaliter diſtinctos eſt ipſa multiplici„tas formalitatum . . . conſequenter „forma gradibus intrinſeca.„ Ubi enim datur *vera negabilitas* & *categorica duarum formalitatum*, ibi certe non datur opus intellectus *fingentis*, quod a parte rei *vere* ſe ita non habet, ſed ſolum ab *intellectu cogitante* dependet, ut alibi inquit cl. Auctor. Neque *diſtinctio* poteſt dici objecto *extrinſeca*, (cit. Auctor art. V. §. 98.) ubi forma denominans extrema formaliter diſtincta eſt FORMA GRADIBUS INTRINSECA; alias idem eſſet *intrinſecum*, & non eſſet *intrinſecum*, quod eſt contra primum principium. (X.) II. Idem ille cit. cl. P. Hauser *Art.* 4. §. 83. ait, quod, ſi una cognitio attingat e. g. *animale* Petri, altera vero *rationale* Petri, habeatur cognitio *realiter multiplex*, nunquid autem exinde inferre licet: ergo,

ſi

ſi illa cognitio eſt *realiter multiplex*, ſequitur, eam terminari ad multiplex *eſſe reale*, & conſequenter *animale* Petri, & *rationale*, ad quæ illa cognitio realiter multiplex terminatur, debent habere *multiplex eſſe reale*, atque *diverſum.* (nam *unum* & *idem* non poteſt eſſe REALITER *multiplex*) *ſubſumo.* Atqui τὸ *eſſe reale* juxta illum ipſum cl. Auctorem §. *cit. eſt ipſa rei eſſentia, adeoque eidem intrinſecum, & a noſtris cognitionibus independens.* Ecce! quid rurſum clarius? III. Art. cit. §. 84. docet, *diſſimilitudinem cognitionum ſufficientem*, quam ait eſſe *requiſitam ad diſtinctionem rationis logicam*, in eo conſiſtere, quod *cognitiones habeant, vel non habeant certos gradus* CLARITATIS, *vel ſaltem differant* MODO REPRÆSENTANDI; CLARITAS autem juxta eundem *dependet tum a* NOTIS OBJECTO PROPRIIS, *& ad* DISCERNENDUM *unum ab alio aptioribus, tum a perfectione intellectus* &c. & §. 85. immediate ſubdit. *diverſæ claritati, adeoque diſſimilitudini cognitionum præbent multiplex fundamentum ipſa objecta* &c. precor hic lectorem a *præjudiciis* vacuum, an non ejusmodi loquendi formulæ diſtinctionem quamdam *actualem*, reali minorem, vel ſaltem *vir-*

tualem, actuali per omnia æquivalentem (CXXII.) inferre videantur? claritas enim cognitionis ſi dependet a *notis objecto propriis*, quid eſt aliud, quam quod *idea clara* (quæ juxta logicam eſt illa, *quæ ſufficit ad rem perceptam ab aliis rebus diſtinguendam*) *animalitatis* v. g. & *rationalitatis* ſuam diſtinctionem non a ſola *cognitione* intellectûs *extrinſeca*, ſed potius ab *eſſe intrinſeco objecti* deſumat; adeoque *modus diverſus repræſentandi* inferat quoque *modum diverſum eſſendi*, ut ex doctiſſimo argumento Cl. *P. Habisreutinger* ſupra allato (CXXII. *conf.* 3.) concludi debet. IV. Denique præfatus cl. Auctor pro ſolutione objectionum eadem illa adhibet *diſtinctionis vocabula*, quibus antiqui Scotiſtæ ſemper uſi ſunt, & in præſens adhuc utuntur; ſic enim v. g. *cit. art. V.* §. 99. *ad ob.* 2. ubi, poſtquam ſibi ipſi objecit, quod *animalitas* & *rationalitas* Platonis *in prædicato differant*, ita diſtinguit: differunt *realiter*, ſive in prædicato *realiter* ſumpto. N. in prædicato *formaliter* ſumpto C. &c. jam vero his ipſis formalibus terminis Scotiſtæ ſuis adverſariis reſpondere ſolent, ut omnes eorum libri paſſim obvii aperte teſtantur, in hoc autem

quoad

uoad NOMEN a cl. P. HAUSER differunt, |uod ipſe per ſuum *τὸ formaliter* intel- gat aliquid *extrinſecum*, dum econtra cotiſtæ per illum terminum ex multis, uas allegant, rationibus deſignant liquid *intrinſecum*, nempe ipſas *formatates*, ſeu gradus *metaphyſicos*, eidem ei phyſicæ *realiter* & *intrinſece* identicatos, & diſtinctione aliqua *actuali*, uæ ſit *reali minor*, & pure *intellectuali* *ajor*, inter ſe diſtinctos. Ceſſent igi- ır lites NOMINUM, & brevi forſan in E erimus amiciſſimi!

Solvuntur Objectiones.

'XXVII. OB. I. Ipſemet DOCTOR SUBTILIS in 1. D. 2. . 7. n. 43. nominat diſtinctionem in- ɜr formalitates diſtinctionem *rationis*, ʒ *virtualem*: ergo bene dicitur, quod radus Metaphyſici, ſeu formalitates iſtinguantur diſtinctione *pure formali*, ıt *virtuali*, diſtinctioni *rationis ratiocinatæ* æquivalente. R. N. c. Petoque mul a Cl. AA, ne *truncare* velint te- tum Doctoris Subtilis; (Log. *fol.* 398.) am eodem loco mentem ſuam hiſce erbis clare explicans inquit: "Poteſt autem vocari differentia (diſtin-

In quo ſenſu Scotus ſuam diſtinctionem vocet diſtinctionem rationis, & virtualem?

„ ctio) rationis ſicut ait quidam do-„ ctor; non quod accipiatur pro diffe-„ rentia (diſtinctione) formata ab in-„ tellectu, ſed ut ratio accipiatur pro „ quidditate rei, ſecundum quod quid-„ ditas eſt objectum intellectûs. Vel „ alio modo poteſt vocari differentia „ (diſtinctio) virtualis, quia illud, quod „ habet talem diſtinctionem in ſe, non „ habet rem & rem; ſed eſt una res, „ habens quaſi virtualiter ſeu eminen-„ ter duas realitates &c.„ adeoque ibi non accipit *rationem formaliter*, & pro *operatione mentis*, ſed *objective*, & pro ipſamet rerum, ut ajunt, *quidditate*, ſicut nempe *eſſentia rei* cujuslibet, ſed præſertim formalitatum, dicitur *ratio conceptibilis*, & in hoc ſenſu diſtinctio *formalis* eſt diſtinctio *rationis*, non *concipientis*, ſed *conceptibilis*, non *ficta per* intellectum, ſed *a parte rei* exiſtentis, non *formaliter*, ſed *objective*. Nominat pariter diſtinctionem *formalem* ibidem *virtualem*, quia non eſt inter *res* diſtinctas realiter, ſed inter *formalitates*, realiter identificatas; quæ cum producant ut plurimum *diverſos effectus*, & *plura* reſpiciant, ſe habent acſi eſſent diſtinctæ *realiter*, ideoque *animalitas* & *rationalitas*, quatenus ſunt *principia*

cipia diverſarum operationum, dici poſſunt *a parte rei realiter* diſtinctæ; non quidem *actu*, ſed *virtute* & ratione *effectuum* ab eis prodeuntium: unde patet, diſtinctionem *Scotiſticam* eſſe ACTUALITER FORMALEM, & VIRTUALITER REALEM. Dein SCOTUS *loc. cit.* loquitur ſolum in mente DOCTORIS SERAPHICI S. BONAVENTURÆ, & VARRONIS, non autem ex *propria* ſentenita; nam ibidem *n.* 44. probans has realitates eſſe *actu* diſtinctas ait: "breviter „igitur dico, omittendo illa verba „de diſtinctione rationis, & de diſtin„ctione virtuali, non quia ſint male „dicta, ſed quia eis non oportet uti &c.„ Denique etiam ARISTOTELES 1. Phyſ. c. 2. text. 21. loquens de Socrate, qui ſit *albus* & *Muſicus*, dicit, "Socratem „album, & Socratem Muſicum ſub„jecto eſſe eundem Socratem - - ſed „differre RATIONE;„ Nemo tamen exinde concludet, quaſi Socrates ut *albus* nullo modo, & ne *modaliter* quidem (CXIX) a ſe ipſo differat, ut eſt *Muſicus*; adeoque nec inferre licet, omne illud, quod per *rationem* diſtingui dicitur, ſolum diſtingui *per intellectum*. Nam quando dicitur v. g. *Saccharum* afficit guſtum *ratione* dulcedi-

 nis,

nis, & non afficit guſtum *ratione* albedinis, id certe *verum* non eſt, quia intellectus ſubjectum *dulce* & *album* mere ſibi aliter *repræſentat*, ſed quia revera *dulcedo* ab *albedine* realiter ac intrinſece differt. Sic *a pari*, ſi dicitur: homo *ratione* animalitatis ſentit, & *ratione* rationalitatis non ſentit, ſed ratiocinatur, ſenſus erit, quod *animalitas* & *rationalitas* ſint *actu* & *a parte rei* diverſæ *rationes objective*, quarum una in eadem re *adæquate* concipi non ſolum poteſt ſine altera, verum etiam *actu* ſic ineſt.

Gradus Metaphyſici ſimul ſumpti diſtinguuntur *in* toto, non vero *a* toto.

Ob. 2. Definitio, & definitum diſtinguuntur tantum *per intellectum*: ergo etiam *animalitas* & *rationalitas*, quæ ſunt hominis definitio. R. D. C. *Animalitas* & rationalitas ſic diſtinguuntur *a* toto, in quo realiter identificantur C. c. ſic diſtinguuntur *in* toto, ſive *inter ſe*. N. C. & C. Eo ipſo quia inter ſe tantum *realiter*, non autem *formaliter* identificantur, *formaliter* diſtinguendæ ſunt. Aliter quoque reſpondent quidam *Scotiſtæ*, qui duo *tota* in eodem homine admittunt, unum ſcilicet *phyſicum* ex *corpore* & *anima*, & alterum *Metaphyſicum* ex *animalitate* & *rationalitate*,

(LXVII.) a quibus ſingulis *partes* eorum vel *realiter* vel *formaliter* diſtinguunt, imo & ipſa tota inter ſe. D. A. Definitio & definitum *phyſicum* diſtinguuntur tantum per intellectum Tr. A. Definitio *Metaphyſica*, & definitum *phyſicum*. N. A. Aſt nobis præplacet prior reſponſio, quia, ut infra patebit, totum a partibus non diſtinguinus.

Ob. 3. Potentiæ *apprehendendi, judicandi*, & *diſcurrendi*, ſicut & *memoria* non diſtinguuntur ulla diſtinctione *actuali*, ſed ſola rationis, aut virtuali, quia non ſunt *diverſa* principia: ergo nec principia *ſentiendi* & *ratiocinandi* ſeu *animalitas* & *rationalitas actu* diſtinguuntur. R. Tr. A. Utpote quod etiam nonnulli negare ſolent. N. C. *Diſp.* eſt. Quia illæ potentiæ quaſi *partes inadæquatæ* (ſi ſingulæ *ſeorſim* ſumantur) ad eandem animæ *rationalitatem*, tanquam potentiam *adæquatam* ratiocinandi, (quæ ſic concipitur ut *virtualiter* vel *æquivalenter* multiplex) facillime reducuntur, ita ut anima præciſe ut *rationalis* in genere cauſæ *efficientis* ſolos omnes *effectus* apprehenſionis, judicii & diſcurſus per ſolam illam *ratio-*

Potentiæ apprehendendi, judicandi, & diſcurrendi cōſtituunt adæquatam potentiam ratiocinandi.

Non tamen potentia ſentiendi continetur formaliter in potentia ratiocinandi.

cinandi potentiam peragat: (quia *complete* & *adæquate poſſe ratiocinari* nil aliud eſſe videtur, quam *poſſe apprehendere*, *judicare*, *diſcurrere*, & *reminiſci*) Econtra ex hoc ipſo principio ratiocinandi *formaliter*, & *reduplicative* ſumpto (quomodocunque ſumatur) nec in genere cauſæ *efficientis*, multo minus in genere cauſæ *formalis*, *animalitas* ſeu *principium ſentiendi* derivari poteſt, vel hoc ipſo, quia non præciſe ad ſolam *animam*, ſed potius ad *corpus* (dependenter tamen ab anima) ſpectat τὸ *ſentire* ob *diverſa* organa ſenſoria in corpore contenta, & *ſenſationi* inſervientia, quibus deſtructis anima *actu* ſentire non poteſt: ergo dicendum eſt, quod *animalitas* & *rationalitas* in ſuis conceptibus formalibus & *objectivis a parte rei* differant, non item *potentiæ apprehendendi*, *judicandi* &c. utpote quæ ab eadem anima *qua rationali* per *eadem* organa in actus ſuos rediguntur, & conſequenter etiam earum *principium* formale debet eſſe *unum idemque* non ſolum *realiter*, ſed etiam *formaliter*, nempe eadem ipſiſſima *rationalitas*.

Inſt. Etiam *ſenſatio* fit complete in anima, & non in *corpore*; ergo pari-

for-

formiter dicendum eſt, quod principium *ſentiendi* ſit adæquate *principium tatiocinandi* ipſius animæ, R. D. A. Exercetur tamen per diſtincta in corpore organa materialia, ſaltem inchoate, atque ita neceſſario, ut ſine illis anima *ſentire* nequeat C. A. exercetur eodem modo ſicut ratiocinium SubD. ſi ſumatur pro ſenſationis *idea* ſpirituali C. A. Si pro ipſa *ſenſatione* N. A. & C.

Ob. 4. Idem ſol, vel eadem lux diverſimode incidit v. g. in collum columbæ, & *iridem*, vel *aquam* ſpumantem, *diverſos*que ibidem colores producit: ergo etiam *idem principium* in *ſenſationes* & *ratiocinationes* poteſt influere. R. D. C. idem principium *quod*, *phyſicum* & *reale*, ſcilicet ipſa *anima* C. idem principium *quo*, *Metaphyſicum* & *formale*. N. C. & C. Sic autem & in *luce*, eo ipſo quod debeat *diverſimode* reflecti, non *eadem* quoad diverſos colores producendos *modificatio* habetur: Sin autem *Metaphyſice* loquamur, tunc de *virtute* diverſa ejuſdem materiæ luminoſæ eodem modo loquendum erit, ac ſupra dictum eſt *de diverſa virtute ſolis* (CXXIII. *Inſt.* 1.) quæ pro diverſita-

In gradibus Metaphyſicis habetur idem principiū quod, & phyſicū, non vero idē principium quo, & Metaphyſicum.

ſitate objectorum modo *indurativa*, modo *liquefactiva* exiſtit, ſic enim & pro diverſa textura objecti *diverſa* lucis modificatio oritur, ut *Phyſica* docebit: econtra *animalitas* & *rationalitas* non tantum ab *extrinſeco*, ſed ab *intrinſeco* differunt, cum prior ſit *potentia ſentiendi* & *organica*, poſterior autem *potentia ratiocinandi*, & *inorganica*, ſaltem quantum *de ſe*, & ut *potentia* eſt, licet pro ſtatu moderno conjunctionis cum corpore ſine debite diſpoſitis organis in *actum ſecundum* exire nequeat &c.

ARTICULUS VI.

An inter gradus metaphyſicos ejusdem rei detur diſtinctio formalis ex natura rei, ſeu Scotiſtica?

Diſtinctionis Scotiſticæ diverſa nomina.

CXXVIII. Quid ſit diſtinctio *Scotiſtica*? non ſolum ex fuſe hucusque dictis, ſed etiam ex ipſa, quam ei Scotiſtæ vulgo attribuunt, diverſa nomenclatura, ſatis & abunde liquet, dicitur enim 1. diſtinctio *formalis*, quia datur inter plures formalitates, (XXXIV. LXXI. & LXXIV.) quæ cum nemine cogitante in eadem

re

re phyſica reperiantur, ideo 2. vocatur *ex natura rei,* quatenus ſcilicet non fit per ſolam intellectûs cognitionem aut fictionem. Quare etiam 3. denominatur *actualis*, eoquod illæ formalitates *actu*, & non tantum *virtute* aut *in potentia* ſint plures. (CXXII.) 4. Appellatur quoque *realis*, non quidem *ſtricte* talis, ſed potius *ſecundum quid*, eoquod illius extrema itidem non ſint *res* ſtricte tales, ſed tantum *realitates*, qua de cauſa 5. denique diſtinctio *media* denominatur, quia *mediat* inter diſtinctionem ſtricte *realem*, & inter diſtinctionem *rationis;* cum *prima* quidem convenit per hoc, quod ſit *a parte rei*, & *nemine cogitante*, at per hoc diſconvenit, quod non ſit inter *res* & *res*. Cum *ſecunda* autem concordat, quia non tollit *identitatem realem*, per hoc vero diſcordat, quia non eſt inter *extrema rationis*. Et hanc *diſtinctionis Scotiſticæ* exſplicationem puto ita claram exiſtere, ut nullius *obſcuritatis* argui cum veritate poſſit. Nunc ergo ſequitur.

PRO-

PROPOSITIO.

Gradus metaphyſici ejusdem rei diſtinguuntur ex natura rei formaliter, ſive Scotiſtice.

Diſtinctio Scotiſtica probatur authoritate Scoti,

CXXIX. Probatur. I. Auctoritate Scoti, (nam *dubitant* non nulli, aut ſaltem dubitare ſe *ſimulant*, an Doctor Subtilis hanc diſtinctionem *formaliter* docuerit?) in hæc verba ſcribentis 1. *diſt.* 2. *q.* 7. §. *ſed hic reſtat*: *breviter igitur dico, omittendo illa verba de diſtinctione rationis, & de diſtinctione virtuali quod in eſſentia divina* ANTE ACTUM INTELLECTUS *eſt entitas A, & eſt entitas B, & hæc non eſt formaliter illa.* Et paulo ſuperius dixit: quod *eſſentia & relatio* (in divinis) *habeant aliquam diſtinctionem* PRÆCEDENTEM OMNEM ACTUM INTELLECTUS *creati & increati.* Ecce quid clarius? quinimo hæc diſtinctio, ut bene ait *Bonet* apud noſtrum cl. P. *Maſtrium Tom. I. Philoſ. diſt. I. q. V. art. II. n.* 80. non habuit ortum in *Scotia*, nec in *Francia*, ſed in *Græcia* apud Athenas in ſchola Ariſtotelis, qui verbo & ſcriptis eam docuit, ut bene probat *Bonet* ibidem. Certe ipſemet Doctor subtilis hanc *Ari-*

Ariſtotelis,

Ariſtotelis authoritatem pro ſua ſententia adducit, dum ait in 2. *diſt.* 16. *q.* 1. *Ens continet multas paſſiones, quæ non ſunt res aliæ ab ente, ut probat* ARISTOTELES *in principio.* 4. *metaph. diſtinguuntur tamen ab invicem formaliter, & quidditative, & etiam ab ente.* Textus autem Ariſtotelis clariores ſunt ſequentes. I. 4. *Metaph. text.* 3. ait, *quod ens & unum ſint una natura.* Et 4. *Top. c.* 1. dicit *eſſe diſtincta ratione quidditativa, & per conſequens ſunt eadem realiter, & diſtincta formaliter.* II. 3. *Metaph.* 10. ait, *genus eſſe extra rationem differentiarum, ita ut formaliter ſe invicem excludant ſecundum proprias rationes formales.* Ex quo ſequitur, *genus* & *differentiam*, ſeu *animalitatem* & *rationalitatem* hac diſtinctione *media* invicem diſtingui; ſi enim *a parte rei* eſſent prorſus *eædem*, tunc ſane differentiæ participarent genus, & genus differentiam. III. 5. *Eth.* inquit *virtutem & juſtitiam eſſe eandem rem, eſſe tamen diſtincta ſecundum rationem quidditativam*, quid autem hoc eſt aliud, niſi *diſtinqui formaliter*? quin imo cl. P. LOCHERER ſolidus Scotiſta pro aſſertione iſta non paucos quoque textus affert ex S. S. P. P. nominatim ex S. AUGUSTINO, BERNARDO, & AN-

SEL-

SELMO, in ſuo *clypeo Philoſophico-Scotiſtico. Tom. I. diſput. IV. art. IV. §. II.* quos ibi videre eſt.

Ratione Cl. P. Maſtrii. PROBATUR II. *Ratione cl.* P. MASTRII, qui diſtinctionem Scotiſticam ita declarat *loc. cit. n.* 73. Multoties plures *perfectiones* in inferioribus diſperſæ reperiuntur in aliqua re *ſuperiori* ob ejus eminentiam *unitæ realiter*, ubi in *inferioribus* erant *realiter* diſtinctæ, & quia *ſecundum ſe* ſunt perfectiones ſimpliciter, manent adhuc in ea re *ſecundum ſuas proprias formalitates*, unde continentur in ea *formaliter*, & non *virtualiter* tantum, aut *eminenter*: ergo perfectiones hujusmodi, *ut ſic contentæ* in ea re ſuperioris ordinis, nequeunt diſtingui *realiter*, (CXVI.) quia ſcilicet continentur in ea *per identitatem realem*, neque ſolum *virtualiter* (CXXII.) multo minus *pure formaliter* (CXXV.) quia non exiſtunt ibi *virtute* tantum, aut per *conceptum mentis*, ſed *actu*, *ſecundum proprium eſſe formale* cujuscunque. *Antec.* patet, quia ita continentur *attributa* in DEO, *juſtitia*, *miſericordia* &c. ubi enim in nobis ſunt perfectiones *accidentariæ*, realiter ab invicem *diſtinctæ*, in DEO realiter *adunantur*, &

quia

quia ſunt *ex ſe perfectiones ſimpliciter*, extant in eo *formaliter*, & non *virtualiter* tantum; ſic etiam potentia *vegetativa*, & *ſenſitiva* continentur in homine, quia, ubi in *brutis* & *plantis* ſunt formæ *realiter diſtinctæ*, adunantur in homine in *unicam* formam, quæ eſt *ordinis ſuperioris*, ſcilicet in *anima rationali*; ſed quia anima *rationalis* eſt forma, qua homo non ſolum *intelligit*, ſed etiam *ſentit*, & *vegetat*, non ſolum quatenus illa *rationalis*, ſed etiam quatenus *ſenſitiva*, & *vegetativa eſt*, hinc dicimus. Potentiam *ſenſitivam*, & *vegetativam* in homine adhuc retinere *proprium eſſe formale*, quod per earum diſtinctionem explicatur, etſi non retineat proprium eſſe *reale*.

Ex identitate reali formalitatum.

PROBATUR III. *Identitas realis* neceſſario debet eſſe inter extrema *a parte rei plura*: atqui identitas formalitatum eſt identitas *realis*: ergo debet eſſe inter *formalitates a parte rei plures*. p. M. In hoc differt *identitas* ab *unitate*, quod *unitas* non dicat *plura*, inter quæ verſatur, ſed formaliter ſit *indiviſio rei in ſe*; (LXXVI.) *identitas* vero neceſſario ſit inter *plura*: (CV.) porro identitas *realis* per hoc differt ab identitate *ratio-*

tionis, quod identitas *realis* habeatur inter *plura independenter ab intellectu*; identitas autem *rationis* habeatur inter plura *dependenter ab intellectu*. Jam *ſubſ.* 1. atqui inter formalitates datur identitas *realis*, ergo *a parte rei* debent eſſe plures. *Subſ.* 2. atqui, quæ ſunt *a parte rei plura*, *a parte rei* etiam ſunt *diſtincta*; cum *diſtinctio* fundetur in *pluralitate*, eo ipſo, quod ſit *identitati* oppoſita: (CIX.) ergo formalitates ſunt *a parte rei* diſtinctæ. *Subſ.* 3. atqui non diſtinctione *reali* ſtricte tali, (CXVI.) quia realiter eidem enti phyſico *identificatæ* ſunt: (LXXI.) ergo diſtinctione *formali media*, ſeu *actuali Scotiſtica*. Nec *identitas realis* tollit *omnem* quamcunque *diſtinctionem*, ſed illam ſolum, quæ *ſibi* immediate opponitur, nempe diſtinctionem *realem*, non autem *diſtinctionem ex natura rei formalem*, eo ipſo, quia in formalitatibus, ſeu gradibus metaphyſicis *formalis* identitas non reperitur, eoquod unus gradus ſit extra *rationem quidditativam alterius*, prout de *genere* & *differentia*, ſeu de *animalitate* & *rationalitate* loquitur DOCTOR SUBTILIS. *in* 2. *diſt*. 3. *q*. 6. *dico*, *quod illa realitas*, *a qua ſumitur differentia ſpecifica ſit actualis reſpectu illius realita-*

litatis, a qua ſumitur genus vel ratio generis, ita ut hæc realitas non ſit formaliter illa.

Ex diſtinctis effectibus formalibus.

PROBATUR IV. Quibus *a parte rei*, & nemine cogitante conveniunt *diſtincti effectus formales*, illa quoque *nemine cogitante* diſtinquuntur: atqui *animalitati*, & *rationalitati* conveniunt nemine cogitante diſtincti effectus formales: ergo etiam *nemine cogitante* diſtinquuntur. M. patet ex eo, quod *effectus formalis* proveniat ab *eſſe* cauſæ *intrinſeco*, ita ſcilicet, ut *cauſa intrinſeca* ſuum eſſe *intrinſecum intrinſece* effectui communicet, & conſequenter cauſa æque per ſuum effectum *formalem*, quam per ſuum *eſſe intrinſecum* intrinſece, & *eſſentialiter* ab aliis differat. m. p. *Animalitati* convenit facere *ſenſitivum formaliter*, *rationalitati* autem convenit facere *diſcurſivum formaliter*: atqui *ſenſitivum formaliter*, & *diſcurſivum formaliter* ſunt diſtincti *effectus formales*; nam ſi *animalitas* v. g. hominis eſſet formaliter ipſa *rationalitas*, tunc plane animalitas hominis *jam eſſet alia* quam *bruti*: atqui hoc non, eoquod ſic τὸ *animal* non eſſet VERUM GENUS ſeu ratio omnimodæ *convenientiæ* inter hominem

& brutum, qualis tamen eſſe debet;(Log. *fol.* 55.) cum homo & brutum *vere* & *a parte rei* non convenirent. Vel ſi *animalitas*, quæ eſt in *homine* juxta cl. AA. ſit *per accidens* tantum *diſcurſiva*, nempe *ratione alterius*, (*rationalitatis*) cui realiter in homine *identificatur*, tunc *in re* convenimus, quia & ipſi *Scotiſtæ* dicunt, quod *animal* ſecundum ſe, & *ex natura ſua* non reddat *formaliter diſcurſivum*, ſed ſolum *per accidens*, id eſt, ob *realem identitatem* cum *rationali* in homine, & conſequenter, quod ſit *formaliter* & non *realiter* quid aliud.

Ex prædicatis contradictoriis.

Probatur. V. De quibus a parte rei & nemine cogitante verificantur prædicata contradictoria *actualia*, illa etiam *a parte rei*, & *nemine cogitante* debent eſſe actu diſtincta: (*prædicata* enim *contradictoria eidem* omnino a parte rei, nullam in ſe habenti *diſtinctionem*, competere nequeunt) atqui de quibusdam realiter identificatis in homine v. g. verificantur *a parte rei*, & *nemine cogitante* prædicata contradictoria: ergo etiam *a parte rei* & *nemine cogitante* diſtinquuntur. *Subſ.* Atqui non ſtricte *realiter*: (ob *realem identitatem*) ergo diſtinctione actuali *minore*, ſcilicet

ex

ex *natura rei formali.* m. Patet de *animalitate* & *rationalitate* in *eodem* homine; *animalitas* enim *hominis* a parte rei, & nemine cogitante tanquam *verum genus*, ut mox dictum eſt, convenit cum *animalitate bruti;* rationalitas vero, tanquam *differentia* non convenit cum *animalitate bruti; animalitas* quippe a parte rei eſt *principium ſentiendi*, rationalitas vero non eſt *principium ſentiendi* &c.: ergo, cum prædicata iſta contradictoria inveniantur in *animalitate* & *rationalitate* non tantum *virtualiter*, aut per *rationem*, ſed *actu*, *a parte rei*, & *nemine cogitante*, etiam ſic *actu* diſtinguentur.

Ex compoſitione Metaphyſica.

Probatur VI. Nulla *creatura* in ſua eſſentia habet tantam *ſimplicitatem*, quantam habet eſſentia *Divina*: ergo quælibet creatura (etiam *angelus*) quoad ſuam eſſentiam debet eſſe *compoſita Metaphyſice*, hoc eſt, ex *genere* & *differentia.* (LXVII.) *Subſ.* atqui hæc compoſitio Metaphyſica datur *a parte rei* & *actualiter* in eſſentia *creata*: ergo etiam inter *partes* Metaphyſicas componentes eſſentiam creaturæ (ſcilicet inter *gradus Metaphyſicos*) datur ſimilis diſtinctio a parte rei. C. patet. Quia,

qualis eſt *compoſitio*, talis eſt etiam *partium* componentium *diſtinctio*. (*compoſitio* enim in ſcholis nihil aliud eſt, quam *diſtinctorum componibilium unio per modum actus & potentiæ*) p. *Subſ.* A. Si compoſitio *Metaphyſica* inter prædicata *eſſentialia* creaturæ non daretur *a parte rei*, & *nemine cogitante*, ſed tantum *virtualiter*, aut *pure formaliter*; tunc ſequeretur, quod etiam in *DEO* poſſet admitti compoſitio *Metaphyſica* inter ejus prædicata *eſſentialia*, (quod tamen *Art. ſeq.* refutabimus) quia etiam *intellectus* unum prædicatum, ut ajunt, *quidditativum* per *præciſionem*, uti vocant, pure *formalem*, poteſt concipere ut magis *commune*, & *determinabile*, & alterum ut *minus commune*, & *determinans*, ſicque in DEO facere *compoſitionem Metaphyſicam*, & conſequenter *eſſentia Divina* hoc modo non haberet majorem *ſimplicitatem* a parte rei, quam *eſſentia creaturæ*, quod plane infinitæ ejus *ſimplicitati* repugnat. Plures adhuc probationes datæ ſunt ſupra (CXXII. & CXXV.) & habentur paſſim, apud *Scotiſtas* obvios.

Hæ rationes diſtinctio-

CXXX. *Scholion.* Iſthæc Scotiſtarum argumenta, plane ut arbitror, intelle-

ctui

Art. VI. nem Scoti etiam perſuaſerunt Cl. Antonio Gen.

ctui a *præjudiciis* vacuo PERCEPTIBILIA, & *veritati* maxime conſentanea, ad aſſenſum Scotiſtarum ſententiæ præſtandum, præter antea memoratum Cl. P. HABISREUTINGER (CXXII.) *ſub finem*) permovêre quoque Cl. ANTONIUM GENUENSEM, qui *Elem. Metaph. t.* 1. *c.* 4. §. 37. in hæc verba proloquitur: "Scoti doctrina eſt - - acerrimis - - „concertationibus firmata, atque lon„ge lateque diſſeminata, nec vero „SINE RATIONE, in quo ego palino„diam recino, nullo licet beneficio „a Scotiſtis affectus: nam CLARE IN„TELLIGO, non ita diſtingui duo ejus„dem ſubſtantiæ ATTRIBUTA, ſolidi„tatem e. g. & EXTENSIONEM, (duo „corporis ejusdem attributa) ut duæ „diſtinguuntur SUBSTANTIÆ v. g. COR„PUS a CORPORE, MENS, a MENTE: „ea MINOR diſtinctio eſt, hæc MA„JOR.„

Nec dicat Cl. P. MANGOLD. Quod ne ipſi quidem Scotiſtæ, per*penſa diſtinctionis ſuæ notione*, citato auctori *ſuffragium ferre* queant, eoquod ipſimet doceant, *extenſionem* a corpore poſſe *auferri.* Nam

Contra eſt. Videtur enim, quod potius Cl. Auctor non bene *perpenderit* ATTRIBUTI *notionem* ab eodem Cl. *Ant. Gen.* traditam, & ſupra (LX.) expoſitam, ex qua *clare* colligere potuiſſet, quod Cl. ille Philoſophus Neapolitanus *extenſionem* (ſive *merito*, ſive *immerito*) ſupponat eidem eſſentiæ *realiter* identificatam, ac prorſus *inſeparabilem*; ait enim *loc. cit.* ATTRIBUTUM *per hoc ab accidente diſtingui, quod* ACCIDENS ABESSE *poſſit, non item* ATTRIBUTUM: adeoque Scotiſtas nihil moratur, quo minus illi Cl. Auctori *ſuffragium ferant*, eo ipſo, quia ille *extenſionem* non ſumit pro *actuali*, (in quo ſtatu utique ſolummodo eſt *accidens*) ſed pro *virtute* ſeu *potentia* ſe extendendi, adeoque conformiter dictis, (LXIX.) ſic enim & *Scotiſtæ* cum aliis *Peripateticis* communiter docent, *impenetrabilitatem* radicalem, ſeu *potentialem*, & in *actu primo*, eſſe a corpore *inſeparabilem*, non vero *actualem*, cui ſententiæ ipſe Cl. P. MANGOLD *Ontol. Diſſert. II. Sect. VI.* ſubſcribit.

Sol-

Solvuntur Objectiones.

CXXXI. OB. I. Diſtinctio Scotiſtica involvit explicationes contra torrentem aliorum Doctorum in definitionibus tum *rei*, tum *formalitatum* ſuarum: ergo non eſt admittenda. R. 1. D. A. Involvit ejusmodi explicationes in definitionibus *nominalibus* Tr. A. in definitionibus *realibus* N. A.; coincidunt enim quoad *rem* Scotiſtæ cum aliis ſcholis, (CXXII. & CXXVI.) Definitiones autem *nominales* utique ſunt *arbitrariæ*, (Log. *fol.* 134.) & quo jure ab aliis impugnari, eodem a Scotiſtis defendi queunt. R. 2. *Retorq.* Philoſophi *Recentiores* multas afferunt nedum *definitiones*, ſed integras etiam ſententias *contra torrentem omnium ſcholarum Peripateticarum*, & tamen nunc (maxime in PHYSICA) paſſim recipiuntur, imo cum honore & applauſu propugnantur: ergo explicatio *contra torrentem* etiam aliorum, in rebus pure philoſophicis (Log. *fol.* 363.) admitti valet, ſi *ſana ratione*, qualem non unam pro diſtinctione Scotiſtica attuli, fulciatur, atque roboretur.

Iſta diſtinctio non eſt contra torrentē Doctorū.

Nec petit principium.

Ob. 2. Explicatio diſtinctionis Scotiſticæ in *circulum vitioſum* deſinit, atque in *petitionem principii*, cum per eam probetur *idem per idem*: ergo non eſt tenenda. p. A. Ideo juxta Scotiſtas *animalitas* & *rationalitas* ex natura rei formaliter *diſtinguuntur*, quia animalitas *eſſet*, & rationalitas *non eſſet principium ſentiendi*: atque rurſus ideo *rationalitas* non eſſet *principium ſentiendi*, quia ex natura rei formaliter a *principio ſentiendi diſtingueretur*: ergo hæc *diſtinctio* ex *prædicatis contradictoriis*, *prædicata* autem ex hac ipſa *diſtinctione* a Scotiſtis probantur, & conſequenter *idem per idem* infertur. R. N. A. Ad p. D. 2. *p. Antecedentis*. Ideo rationalitas non eſſet *principium ſentiendi* &c. & iſta eſt ratio a *poſteriori* C. a *priori* N. 2. p. A. & *Retorq*. per ſimilem *argumentationem*: ideo juxta omnes *brutum* & *homo realiter* diſtinguuntur, quia *brutum* eſt *animal irrationale*, & *homo* non eſt *animal irrationale*: atque rurſus, ideo *homo* non eſt *animal irrationale*, quia realiter *diſtinguitur* ab *animali irrationali*: ergo pariter iſta diſtinctio *bruti* ab *homine* ex *prædicatis contradictoriis*; *prædicata* autem *contradictoria* ex hac ipſa *diſtinctione* ab omnibus proban-

Art. VI.

bantur, & conſequenter *idem per idem* infertur. Sicut ergo ad hanc *poſteriorem* argumentationem reſponderi debet, non ideo *hominem* (a *priori*) non eſſe *animal irrationale*, quia ab *animali irrationali* realiter *diſtinguitur*, ſed ideo potius, quia (tanquam res phyſica & actu *ſeparata*) habet ejusmodi prædicata eſſentialia ac realiter *ſeparabilia*, quæ cum bruto realiter non identificantur, & conſequenter (a *poſteriori*) realiter ab eo *diſtinguuntur*, ita a pari non ideo (a *priori*) *rationalitas* non eſt *principium ſentiendi*, quia ex natura rei formaliter a *principio ſentiendi* diſtinguitur, ſed hac potius de cauſa, quia *rationalitas* (tanquam *gradus Metaphyſicus*, eidem rei phyſicæ *realiter identificatus*) eſt *ratio objectiva*, *a parte rei conceptibilis conceptu adæquato & perfecto*, ac conſequenter (ſeu *a poſteriori*) *diſtincta a conceptu alterius formalitatis ejusdem rei, ſeu animalitatis.* (LXXIII.)

Ob 3. Diſtinctio Scotiſtica in rebus creatis myſteria adſtruit divina ſine gravi fundamento: ergo nec inter prædicata eſſentialia, nec inter alia creata entia admittenda eſt. p. A. capacitas | Neque adſtruit Myſteria Divina in creatis.

ad verificanda prædicata contradictoria eſt tam ſingulare myſterium, ut nemo admittat illud in Deo, qui fide ſalva ſcit aliter explicare SS. Myſteria: ergo a Scotiſtis tam ſingulare myſterium male transfertur ad omnia prædicata entis cujuslibet, utpote quibus juxta ſcholæ hujus principia ineſt capacitas ad verificanda principia contradictoria. R. N. C. ad p. D. A. capacitas ad verificanda prædicata contradictoria *ſine ulla compoſitione metaphyſica* eſt ſingulare myſterium C. A. *cum aliqua metaphyſica compoſitione* N. A. *prior* duntaxat *capacitas* reperitur in Deo, utpote in quo tanquam in ente *ſimpliciſſimo*, a parte rei locum non habet ratio *generis*, ſeu τῦ *determinabilis*, nec ratio *differentiæ*, ſeu τῦ *determinativi*, ſed omnia potius ſe habent per *modum actuum puriſſimorum*, ut Theologi loquuntur; econtra in *homine*, tanquam in ente *compoſito* (LXVI.) plane myſterium non eſt, ut id, quod in eo ſe habet ut *genus determinabile*, ſeu ut *ratio convenientiæ*, actu diſtinguatur ab illo, quod habet rationem *differentiæ*, ſeu *diſconvenientiæ*. Hinc potius *inverto argumentum* hoc modo: in Deo, licet

:et in ipſo locum non habeat ratio ɔeneris & *differentiæ, actûs* & *potentiæ* &c. ocum tamen habet diſtinctio *actualis* Scotiſtica: (ut *art. ſeq.* dicetur) ergo nulto magis in *rebus creatis* &c. dein videantur etiam mox dicta, (*n. præc. ırgum. VI.*) ubi ex hac ipſa *compoſitione netaphyſica* in rebus creatis adſtruitur ɔrave *fundamentum* pro diſtinctione ex natura rei formali inter *prædicata eſſentialia* rerum creatarum; quale tanen fundamentum non haberi in prædicatis Dei *eſſentialibus articulus ſequens* docebit.

Nec admitti debent diſtinctiones ſine fine.

Ob. 4. Juxta principia Scotiſtarum deberent admitti diſtinctiones ſine fine; nam *animalitas* ipſa formaliter ex natura rei diſtingueretur *a principio ſentiendi*, adeoque *a ſe ipſo*: atqui hoc non: ergo &c. p. ſ. M. veræ enim eſſent hæ propoſitiones: *animalitas eſt de rationalitate affirmabilis ſimpliciter: principium ſentiendi non eſt de rationalitate affirmabile ſimpliciter*: ergo R. N. ſ. M. ad prob. dico, *animalitatem* tam *realiter*, quam *formaliter* eſſe idem cum *principio ſentiendi*, ſicut v. g. *homo* tam *realiter*, quam *formaliter* eſt idem cum *animali rationali*, nec aliter ab eo diſtin-

ſtingui poteſt niſi pure *per intellectum*, idem objectum nunc *clare* (per *definitionem*) nunc *obſcure* (*absque definitione*) ſibi repræſentantem. (CXII.) unde in allatis illis duabus propoſitionibus *ſecundæ* tam realiter quam formaliter ſubſtitui poteſt iſta: ANIMALITAS non eſt *de rationalitate affirmabilis ſimpliciter.*

Inſt. 1. Definitio adæquata *animalis* conſtat *genere* & differentia: e. g. *animal eſt principium ſentiendi*: ergo illud genus (*principium*) & differentia (*ſentiendi*) iterum ex natura rei formaliter diſtinguerentur a definito, item a ſe invicem. R. N. *ſuppoſitum*, quod definitio *animalitatis*, vel alterius cujuscunque *formalitatis* Scotiſticæ ſit *adæquata proprie & ſtricte dicta* definitio; definitio enim *proprie* ſumpta, cum ſit *oratio explicans naturam ſeu eſſentiam rei*, PROPRIE convenit ſolis *eſſentiis integris*, & rebus propriam *eſſentiam* & *exiſtentiam* habentibus, formalitates vero ſunt tantum quidam *gradus eſſentiæ*, non vero ipſa eſſentia, (ſaltem *diviſim* acceptæ) nec exiſtunt, niſi *exiſtentia tertii*, (XXXIV. LXXI. & LXXIII.) & conſequenter etiam τὸ *principium* non eſt novum *genus.* (LXXIV.)

Inſt. 2.

Inſt. 2. Juxta Scotiſtas in eadem *animalitate* diſtinguerentur ex natura rei *potentia videndi*, *audiendi* &c. imo eadem *potentia videndi* a ſe ob capacitatem ad prædicata quædam contradictoria: ergo &c. R. N. A. *omnes* enim quinque *ſenſuum potentiæ*, videlicet potentia *videndi*, potentia *audiendi*, *guſtandi*, *tangendi* & *odorandi* adæquant potius unam *totalem* & adæquatam *potentiam* ſeu *principium ſentiendi*, prout de potentia *apprehendendi, judicandi* &c. dictum eſt, quod *unam* potentiam *ratiocinandi* complete conſtituant; (CXXVII. *in* R. *ad ob.* 3.) eadem vero *potentia videndi* non habet *a parte rei* in ſe prædicata contradictoria, ſed tantum, quatenus ab *intellectu* modo *clare* modo *obſcure* cognoſcitur, ut mox in R. *ad ob.* 4. dictum eſt.

Inſt. 3. *Principium ſentiendi*, nec non *principium ratiocinandi* pariter conſtituunt *adæquate* & *complete* unum & eundem *hominem*: ergo ſi illæ potentiæ diverſæ *audiendi*, *videndi* &c. propterea non diſtinguuntur, quia faciunt *unum totale* principium ſentiendi, neque *animalitas* ipſa & *rationalitas* actu in homine diſtinguentur. R. N. C. & pari-

ritatem. *Diſp.* eſt, quia illa *priora* principia, *animalitas* nempe & *rationalitas* ſunt diverſæ formalitates, conſtituentes eandem *eſſentiam* phyſicam & *integram* hominis: econtra potentiæ *poſteriores* tantummodo conſtituunt *attributum* unum ſeu *gradum eſſentialem* totius phyſici, ſicut ergo in nulla ejusmodi graduum metaphyſicorum ſeu formalitatum, *verum genus* admitti valet, ita illæ potentiæ rationem quoque *verarum formalitatum* nequeunt participare, ſed potius ſunt *connotata intrinſeca*, quatenus ſcilicet una eademque *animalitas* nunc ab intellectu cognoſcitur, ut *potens ſentire hoc vel illo modo*, id eſt, vel *videre*, vel *audire*, vel *olfacere*, vel *guſtare*, vel *tangere*, qui *actus* omnes in *actu ſecundo* ab eodem *principio ſentiendi* unice procedunt.

Unde porro colligi poſſit, quod diverſitas formalitatibus conveniat *ſecundum ſe*, non vero per ordinem *ad extrinſeca connotata?* ſentiunt plerique Scotiſtæ, tunc eſſe *ſecundum ſe* diverſas formalitates, quando definitio convenit uni, quæ alteri competere non poteſt; ſic quia definitio (*minus propria*) *animalis* competit alicui, cui defini-

finitio τȣ̃ *rationalis* (itidem *minus propria*) non convenit, ſignum eſt, eſſe *diverſas* formalitates *ſecundum ſe*: econtra vero, quia v. g. *eſſe τὸ principium unitatis* non poteſt competere alicui, cui non competit eſſe τὸ principium *veritatis*, & *bonitatis*, hinc *eadem* erit formalitas, quæ principium *veritatis*, *unitatis* ac *bonitatis* dicitur. Similiter de *potentia videndi*, *audiendi* &c. dicendum eſt, quarum neutra alicui competere poteſt, cui non æquali modo *principium ſentiendi* competat.

Ob. 5. Voluntas, etſi ponat *volitionem* & *nolitionem*, non tamen diſtingui tur in *duas* potentias, quarum una ſit *volitiva*, altera *nolitiva*: ergo etiam homo, etſi ponat *ſenſationes*, & *ratiocinationes*, non tamen habet duo principia a parte rei diſtincta, nempe *animalitatem*, & *rationalitatem*. R. N. c. *Diſp.* eſt, quia voluntas eſt potentia *indifferens* ad volitionem, vel nolitionem: econtra *animalitas* non poteſt reſpicere *ratiocinationes*; alias enim jam non amplius foret *animalitas*, vel etiam *bruta* ratiocinarentur, cum æque habeant animalitatem &c.: ergo

Voluntas non conſtat duabus potentiis, bene vero anima reſpectu ſenſationis, & ratiocinationis.

voli-

volitio, & *nolitio* non opponuntur in ordine ad ſuum *principium*, ſed ejus tantummodo *connotata* ſunt, bene vero ſenſatio & ratiocinatio requirunt diverſa *principia*.

Inſt. 1. *Homo* eſt principium ſuarum operationum, ſicut *voluntas* volitionis, & nolitionis: ergo habetur par ratio. R. D. A. Eſt principium *quod* C. A. principium *quo* N. A. & C. Id eſt, idem homo *realiter* & *phyſice* ſpectatus ſentit quidem, & ratiocinatur, attamen per principia, quorum unum non eſt *formaliter* aliud.

Inſt. 2. Si ſunt *oppoſita* principia, non poſſunt Metaphyſice *componere* hominem; atqui hoc eſt falſum: ergo &c. R. 1. N. M. & *Retorq.* Corpus enim & anima in entitate ſua ſunt *phyſice* oppoſita, & tamen hominem phyſice componunt. R. 2. D. M. Si ita ſunt oppoſita, ut nequeant *coexiſtere* C. M. ſi tantum dicant rationes formaliter diverſas. N. M. & C. m. N. C. Plures adhuc objectiones ſolutas vide alibi in Scotiſtis, perquam fuſe hanc materiam pertractantibus.

CXXXII.

CXXXII. *Corollarium* I. Argumenta igitur *Scotiſtarum*: prout vult Cl. P. Lauser *loc. ſupra cit.* §. 90. Non poſſunt 1. *inverti*, & ex eorum antecedente inferri diſtinctio ſtricte *realis*: (CXVI.) e. g. *animalitati & rationalitati conveniunt diverſi conceptus objectivi: ergo ſtricte realiter diſtinguentur. Sicuti homo & Leo ob eandem rationem* (Nego hoc, ſed ideo, quia actu realiter a ſe invicem *ſeparati* in diverſis ſuppoſitis exiſtunt) *ſunt invicem negabiles.* 2. Nec poſſunt *retorqueri* in eundem gradum e. g. *animalitas Petri eſt ſimilis animalitati Leonis*, (cum utraque ſit *principium* ſentiendi) *animalitas Petri non eſt ſimilis animalitati Leonis*, (cum animalitas Leonis ſit *ſeparata* a Petro, animalitas Petri vero, ſaltem conſequenter, *inſeparabilis* a Petro;) nam *retorſio* iſta nulla eſt, quia quæſtio ſemper eſt de gradibus Metaphyſicis, eidem ſuppoſito *realiter identificatis*, non *ſeparatis*, & conſequenter retorquenti Scotiſtæ negant ſuppoſitum, admittunt enim ipſi, quod *animalitas Petri*, & *animalitas Leonis* realiter diſtinguantur, ob diverſa & *ſeparata* ſuppoſita, quibus inſunt, non autem *animalitas* v. g. & *rationalitas*,

Argumenta Scotiſtarum non poſſunt inverti,

nec retorqueri;

eidem Petro realiter identificatæ, & in conceptibus ſuis objectivis a parte rei diverſæ, de quo ſolo procedit quæſtio, & in quo ſenſu *animalitas* tanquam *genus* non poteſt eſſe diſſimilis *animalitati*, in quocunque ſub eo genere contento exiſtenti; alias enim non jam *genus*, ſed & ſimul *differentia* foret. 3. Sin autem eadem illa Scotiſtarum argumenta *diſtinguuntur* per terminos famoſos *realiter*, *formaliter*. e. g. *Petri animal pro ſtatu* REALI *non ratiocinatur*, NEGO. *Pro* STATU INTENTIONALI (*formali* voluit ponere Cl. Auctor) *ſumptum non ratiocinatur* CONCEDO, tunc ſane in RE convenimus, dummodo lis non fiat de NOMINE, (CXXVI.) & *ſcapha ſcapha* vocetur!

bene vero cum ipſis Scotiſtis diſtingui.

Quid ſentiendum de præciſionibus?

CXXXIII. Ex hucusque dictis clare quoque patet, quid tenendum ſit circa famoſas quondam *præciſiones* illas, de quibus antiqui nonnulli philoſophi integra folia implevêre: Nempe *præſcindere* in illorum ſenſu illud dicitur, *quod in ſe habet rationem vel conceptum diverſum ab altero, a quo præſcindit*, & quoniam *tripliciter* potiſſimum aliquid ab alio præſcindere poteſt, nimirum *actualiter*,

liter, *virtualiter*, & *per intellectum*, hinc triplicem quoque potiſſimum ejusmodi præciſionem, triplici illi diſtinctioni, *actuali*, ſeu formali ex natura rei, *virtuali*, & *pure formali* correſpondentem admittunt. Scotiſtæ præciſionem *primo* modo factam, & ſuæ diſtinctioni æquivalentem vocant *objectivam formalem*: ſic juxta illos præſcindit *animal* a *rationali* in eodem homine, quando v. g. iſte a longe in oculos incurrit tanquam aliquid ſe movens, quin ejus *rationalitas* eodem actu ſimul cognoſcatur. 2*dam* nominant præciſionem *objectivam virtualem*, qualiter v. g. præſcindit, vel potius ab intellectu cum *fundamento in re* abſtrahitur conceptus *virtutis ſolis* indurativæ a liquefactiva, & conſequenter ſolum *virtualiter* diſtinguitur. 3*tiam* denique *formalem per intellectum* appellant, daturque inter ea, quæ per diſtinctionem pure formalem a ſe invicem in mente ſola diſtinguuntur, ut v. g. inter definitionem & definitum, vel inter ſubjectum & prædicatum in hac propoſitione identica: *Petrus eſt Petrus* &c. Omnia ergo, quæ de tribus hiſce diſtinctionibus fuſe dicta ſunt, etiam hiſce præciſionibus commode applicari

queunt, vel, ſi quis antiquas, & nunc forte parum utiles, de hac materia ſubtilitates amet, adeat Peripateticorum libros ſatis ſuperque de illis tractantes.

ARTICULUS VII.

An Diſtinctio Scotiſtica etiam procedat in Divinis?

Diſtinctio Scoti injuſte vapulat in Divinis.

CXXXIV. Etſi Pontificiis decretis, a Paulo V. Anno 1611. die 1. Dec. & ab Urbano VIII. die 12. Maji 1625. latis, ſevere cautum ſit, ne una Schola alteram *erroris* aut *hæreſeos* condemnet; ſed unaquæque (ſi ei placet) doceat ſuam ſententiam, *non cenſurando oppoſitam*, eumque honorem Scholæ præſertim *Scotiſticæ* exhiberi mandaverit S. R. congregatio; (Log. *fol.* 24.) quosdam tamen, id quod mireris, non priſcis ſolum temporibus, in quibus *Paſſio* frequenter *rationi* dominabatur, ſed hodiedum adhuc invenire eſt Theologos, qui Diſtinctionem Scotiſticam in Divinis *Gilbertinæ* (ab Eugenio III. P. M. totoque Concilio Rhemenſi damnatæ, adeoque *hæreticæ) proximam* in privatis non ſolum colloquiis, ſed in publicis etiam *theſi-*

bus

bus ac libris aſſeverare audent. Quare ne hujusmodi charitatis & prudentiæ expertes viri ea, *quæ ignorant*, vel potius malitioſe ignorare ſe fingunt, inulti *blasphement*, Philoſophiæ tyroni nonnulla tractatu minus difficilia hic ſuppeditare arma decet, queis *calumniantes* refellere, & injurias Doctoris subtilis ſententiæ nimium præjudicioſas *Chriſtiano-Theologice* propulſare valeant.

CXXXV. Triplicis generis prædicata communiter Theologi in Deo aſſignant. 1. *Eſſentialia*, quæ ſcilicet ipſam Dei *eſſentiam* formaliter conſtituunt, adeoque *in primo dicendi modo*, prout in ſcholis dicitur, de Deo prædicantur e. g. *ens*, *ſubſtantia*, *vivens*, *ſpiritus* &c. 2. *Relativa*, ſeu *relationes*, ſuntque illæ, quibus Divinus Pater ad Filium, & uterque ad Spiritum S. referuntur, quibusque *inter ſe*, non tamen ab *eſſentia realiter* diſtinguuntur. Nempe *Paternitas*, *filiatio*, *ſpiratio activa*, & *paſſiva*. 3. Denique *Attributa* in Deo vocantur ejus perfectiones ſimpliciter ſimplices, neceſſario & formaliter illi inexiſtentes, &, ut Scotiſtæ loquuntur, ab eſſentia Divina quaſi *pullulantes*, quæ varie rurſum a Theologis ſub-

Prædicata DEI eſſentalia.

Relationes,

& Attributa.

dividuntur, ſuntque v. g. *Juſtitia*, *miſericordia*, *ſapientia* &c. Jam de hiſce ſequentes a Scotiſtis ponuntur Propoſitiones.

PROPOSITIO I.

Prædicata Dei eſſentialia non diſtinguuntur formaliter ex natura rei, ſed tantum per rationem.

Prædicata DEI eſſentialia non diſtinguuntur actualiter.

CXXXVI. PROBATUR. Si prædicata illa *formaliter* in DEO & *ex natura rei* diſtinguerentur, daretur in DEO locus *metaphyſicæ compoſitioni*, ſicut in *homine* contingit: (LXVI.) atqui hoc repugnat divinæ *ſimplicitati*: ergo &c. p. ſ. M. Nam iſta prædicata *ens*, *ſubſtantia*, *vivens*, *ſpiritus* &c. eſſent *ſubordinata*, & unum reſpectu alterius eſſet *ſuperius* & *contrahibile* ad alterum *inferius*, prout actu fit in *homine*, juxta ſeriem arboris *Porphyrianæ*: (Log. fig. I.) ergo facerent *Genus*, & *differentiam*, & conſequenter etiam *compoſitionem* ex *actu* & *potentia*. p. A. ſi *ens* v. g. non eſſet formaliter *ſubſtantia* in DEO, ſed hæc potius illi *ſubordinaretur*, (ut in homine fit reſpectu *ſubſtantiæ* & *corporis*) tunc *ens* a parte rei tanquam ali-

aliquid *ſuperius* vere eſſet *contrahibile* ad *ſubſtantiam* tanquam ſuum *inferius*: ergo &c. *Confirmatur.* Juxta omnes Theologos ſingulæ perfectiones in Deo habent ſuam *infinitatem* ab *eſſentia*: atqui ſi iſta Dei prædicata eſſentialia eſſent *actu* diſtinctæ formalitates, tunc potius *eſſentia* deberet fieri infinita *per ipſas*, utpote *eſſentiam conſtituentes*: ergo &c.

Nec dicas. Prædicata eſſentialia in Deo dantur *actu*; ergo etiam diſtinguuntur *actu*, ſicut ejus *attributa* juxta Scotiſtas *actu* diſtinguuntur, itemque *gradus metaphyſici*. R. D. A. dantur *actu*, id eſt *de facto* C. A. dantur actu tanquam *actus diſparati*. N. A. & C. Igitur *diſpar.* inter hæc prædicata Dei *eſſentialia*, & inter *attributalia* ſive *attributa* hæc eſt, quia, ſi *priora* formaliter ex natura rei diſtinguerentur, daretur compoſitio, eoquod ſe habeant ut *ſuperius*, & *inferius*, ſive ut *actus* & *potentia*: econtra prædicata Dei *attributalia* non ita ſe habent, cum non ſint invicem *ſubordinata*, ſed meri & puriſſimi *actus diſparati*, (juxta *prop. ſeq.*) & conſequenter nec *contrahibilia* aut *actuabilia* &c. Sic enim *gradus metaphyſici* v. g.

Diſparitas inter prædicata DEI eſſentialia, ejusque attributa.

animalitas & *rationalitas*, quæ ſunt *eſſentialia* ſimul hominis *prædicata*, actualiter diſtinguuntur, quia τὸ *animal* tanquam *ſuperius* eſt *contrabibile* & *actuabile* a *rationali*, & *in potentia* ad iſtud, atque cum eo aliquid *componit* tanquam *pars eſſentiæ communior*, (Log. *fol.* 55.) quæ omnia Deo abſolutè repugnant: ergo lata eſt diſparitas.

PROPOSITIO II.

Relationes divinæ, & attributa tum ab eſſentia divina, tum inter ſe diſtinguuntur diſtinctione formali Scotiſtica.

Relationes Divinas & attributa ab eſſentia actualiter diſtingui probant Concilia.

CXXXVII. Probatur I. *Authoritate* Concilii *Florentini* dicentis: *Pater omnia communicavit filio præter eſſe Patrem*: & Concilium *Lateranenſe* IV. ſub Innocentio III. P. M. definivit, quod *eſſentia non ſit generans, neque genita, neque procedens, ſed ſit Pater, qui generet.* Similiter concilium *Toletanum* I. hunc canonem ſtatuit: *ſiquis dixerit, Deitatem naſcibilem eſſe, anathema ſit*: ergo *eſſentia* & *paternitas* in divinis debent eſſe *realitates, actu* fun-

dan-

dantes aliquam *diſtinctionem*; ſi enim nulla *a parte rei* daretur inter illas diſtinctio, certe eo ipſo Pater divinus, communicandò filio *eſſentiam*, & omnia *abſoluta*, etiam *Paternitatem* debuiſſet communicare, & *eſſentia divina* æque ac *Paternitas* poſſet generare filium, vel denique *Deitas* poſſet eſſe *naſcibilis* ſicut *filius*, quæ omnia ſunt contra præfata concilia. *Subſumo.* Atqui illa diſtinctio non eſt *realis*, ut fides docet, & Concilium Rhemenſe in *Gilberto* Pictavienſi Epiſcopo damnavit: ergo *formalis* ex natura rei.

II. S. Augustinus *lib.* 7. *de Trinit. c.* 5. inquit: *non eo Pater, quo Deus, nec eo Deus, quo Pater*: ergo inter *Deitatem* & *Paternitatem* debet dari aliqua *diſtinctio* a parte rei, præcedens omnem operationem intellectûs, alias utique dicere potuiſſet, *eo ipſo eſſe patrem, quo Deus eſt.* III. S. Joannes Damascenus *l. de fide c.* 4. divinam contemplans naturam inquit: *Si dixeris bonum, juſtum &c, non naturam Dei, ſed quæ circa naturam ſunt, dixeris:* ergo *natura Dei* & ejus *attributa* ſunt quædam *realitates*, fundantes diſtinctionem, non *realem* ut fides adſtruit: ergo *formalem*; SS. Patres,

alias re vera qui diceret *bonum*, *juſtum* &c. diceret formaliter *naturam Dei*

Doctor Angelicus, IV. Denique ipſemet Doctor Angelicus *in* 1. *ſent. D.* 2. *q.* 1. *art.* 2. hæc formalia profert: " Oportet, quod „ omnes nobilitates omnium creatura„ rum inveniantur in Deo nobiliſſimo „ modo, & ſine aliqua defectione, & „ ideo, quæ in creaturis ſunt diverſa, „ in Deo propter ſummam ſimplicita„ tem ſunt unum: ſic ergo dicendum „ eſt, quod in Deo eſt ſapientia, bo„ nitas, & hujusmodi, quarum quæ„ libet eſt ipſa divina eſſentia, & ita „ omnia ſunt unum; & quia unum„ quodque eorum eſt in Deo secun„ dum sui verissimam rationem, & „ ratio ſapientiæ non eſt ratio bonita„ tis, in quantum hujusmodi relinqui„ tur, quod ſint diverſa ratione, non „ tantum ex parte ipſius ratiocinan„ tis, ſed ex proprietate ipsius rei. „ Quid autem eſt aliud *proprietas rei* niſi *natura rei*? & quid eſt aliud ſapientiam *ſecundum ſui veriſſimam rationem* non eſſe bonitatem, niſi *veriſſime diſtingui*? V. Hiſce omnibus adjungo clariſſimum textum *Doctoris ſubtilis*, ne quis denuo *dubitare* queat, an Scotus hanc ſententiam propugnaverit? Eſt au-

autem hic: *in* 1. *Diſt.* 2. *q.* 7. *n.* 41. §. *ſed hic reſtat. Dico ſine aſſertione & præjudicio melioris ſententiæ, quod ratio, qua formaliter ſuppoſitum eſt incommunicabile, & ratio eſſentiæ ut eſſentia, habeant aliquam diſtinctionem præcedentem omnem actum intellectus creati, & increati.* Subſumo. Sed hæc diſtinctio non eſt *realis*, ut eſt de fide, nec *rationis*, ſeu *virtualis*, quia dicit, eam *præcedere omnem actum intellectus*; virtualis autem licet præcedat opus intellectûs *ſecundum fundamentum*, non tamen præcedit ſecundum rationem *diſtinctionis* ut ſic: ergo debet eſſe *media*. Taceo alios ipſius textus oppido claros. Jam hiſce ſuppoſitis propoſitio ulterius ſic

Prædicata denique contradictoria actualia.

PROBATUR II. *Ratione.* In DEO inter *relationes* divinas & *eſſentiam*, itemque inter *attributa* ipſa & *eſſentiam a parte rei*, & nemine cogitante datur *aliud* & *aliud*, non tamen alia & alia *res*, ſed tantum alius & alius diverſus *conceptus* objectivus: ergo etiam datur *diſtinctio*, non ſtricte *realis*, ſed *ſecundum quid*, ſive formalis ex natura rei. p. A. Aliud eſt *eſſentia*, aliud *relationes*, & aliud *attributa*; nam eſſentia eſt *una*, relationes ſunt *quatuor;* attributa quoque ſunt

ſunt plurima. Item aliud eſt *juſtitia*, aliud *miſericordia* &c. & quidem nemine cogitante: Ergo &c. p. c. ſi *eſſentia relationes* & *attributa* eſſent formaliter idem cum eſſentia, ac inter ſe, tunc poſſet dici: *una eſt eſſentia*: *ergo etiam una eſt relatio*. Vel econtra: *quatuor ſunt relationes*: *ergo & quatuor eſſentiæ*. Item *Deus juſtus eſt*: *ergo punit*, vel *Deus miſericors eſt*: *ergo punit* &c. quod tamen falſum eſt in ſenſu formali: ergo. Confirmatur. Inter *eſſentiam* & *relationes* atque *attributa* negatur *formalis identitas*: ergo inter ea datur *formalis diſtinctio*. p. A. Si *eſſentia* v. g. & *Paternitas* formaliter identificarentur, tunc, ubicunque datur *eſſentia*, ibi etiam dabitur *Paternitas*, & conſequenter, quia in *filio divino* datur *eſſentia* divina, dabitur quoque in illo *Paternitas*, adeoque eſſet ſimul *Filius* & *Pater*: atqui hoc repugnat fidei: ergo a parte rei *Paternitas* cum *eſſentia* divina *formaliter* non identificatur, conſequentur formaliter diſtinguitur. Item ſi *intellectus* in divinis eſſet formaliter ipſa *voluntas*, tunc non eſſet potior ratio aſſerendi, quod *verbum divinum* procedat per *intellectum*, & *Spiritus S.* per *voluntatem*, ſed poſſet a parte rei dici, quod utrius-

riusque proceſſio veniat vel ab *eodem* intellectu, vel ab *eadem* voluntate. *Subſ.* Atqui hoc iterum falſum & in fide erroneum eſt dicere: ergo *intellectus* in divinis non eſt a parte rei & formaliter ipſa voluntas &c.

Solvuntur Objectiones.

CXXVIII. OB. I. Concilium florentinum ſub EUGENIO IV. P. M. Anno 1439. celebratum expreſſe inquit *Seſſ.* 18. *Divina quidem ſubſtantia, & perſona re quidem ſunt idem, ſecundum autem modum intellectionis noſtræ differre videntur.* Item Seſſ. 19.: " Haud quaquam putare debetis, quod „re differant, quandoquidem ſola ra„tione aut intellectu differre credun„tur:„ ergó ex mente hujus Concilii nulla datur diſtinctio actualis inter *eſſentiam* Divinam & *relationes* ac *attributa.* R. 1. *Retorq.* Hi textus etiam pugnant contra diſtinctionem *virtualem.* (CXII.) R. 2. Illa verba: *ſola ratione* non *definiendo*, ſed *diſputando* res fidei prolata fuere, uti cum communi Theologorum etiam fatetur Cl. P. BILLUART. *Curſ. Theol. T.* 1. *Diſſ. II. Art. III. pag. mibi.* 125. alias enim non ſola *Scoti*, ſed

Illi non contradicit Concilium Florentinū.

etiam

etiam *virtualis* Thomiſtarum diſtinctio ab Eccleſia proſcripta fuiſſet; in diſputationibus autem & explicationibus ſimilibus *communiores*, opiniones uſurpantur, ut ex illis clarior & evidentior appareat veritatis indagatio; *communior* autem tunc ſententia erat, dari tantum diſtinctionem ſtricte *realem*, & *rationis*. Hinc R. 3. D. A. Dixerunt hoc Theologi Concilii Florentini *ex ſuppoſito*, quod non detur alia diſtinctio, niſi *realis*, qualis eſt inter *perſonas* Divinas, & *rationis* C. A. ex ſuppoſito, quod etiam *ex natura rei formalem* Scotiſticam, aut *virtualem* Thomiſticam æque agnoverint. N. A. & C. Nam ſi agnoviſſent ſaltem diſtinctionem illam *virtualem*, procul dubio, etiam juxta *Thomiſtas*, non dixiſſent, quod SOLA *ratione* diſtinguantur. porro S. Cardinalium congregatio, cui anno circiter 1610. ſententiæ Scotiſticæ clare cognitæ eſſe debuerunt, non potuiſſet librorum cenſoribus præcipere, *ut*, *quidquid Scoti eſſe conſtaret*, *intactum inviolatumque admitteretur*, (Log. *fol.* 24.) ſi formalis Scotiſtarum diſtinctio ab Eccleſia in aliquo Concilio fuiſſet reprobata.

Cæ-

Cæterum pro ſolutione SS. Patrum, qui ſententiæ huic Scotiſticæ videntur adverſari, bene notandæ ſunt duæ regulæ a *Doctore Seraphico* D. Bonavent. itemque a mox cit. *Doctore Subtili* traditæ, nempe I. Sicut ſecundum philoſophum in *moribus* via deveniendi *ad medium* eſt aliqualiter procedere *ultra medium* verſus extremum. 2. *Ethic. C. ult.* Sic frequenter ſancti, ut extinguerent *hæreſes* contra ſe pullulantes, *exceſſive* locuti ſunt, declinantes ſcilicet ad aliud *extremum*, ut *ad medium* pervenirent, atque ideo docent præfati Doctores, multum attendi debere, *contra quos hæreticos* ſancti Patres locuti ſint, ſic enim v. g. S. Augustinus contra *Arium* diſputans videtur quaſi declinare ad *Sabellium*; econtra vero diſputans contra *Pelagium* videtur declinare ad *Arium.* Cum igitur in propoſito SS. Patres, maxime D. Bernardus, toti fuerint in refellendo errore *Gilberti*, realiter diſtinguentis relationes ab eſſentia, ideo non nunquam quaſi *exceſſive* Divinarum relationum cum eſſentia *omnimodam identitatem* adeo inculcant, ut a Divinis *omnem* prorſus *diſtinctionem* inter illas, etiam *rationis*, negare videantur. Per

hoc

hoc tamen *diſtinctionem formalem Scotiſticam* æque parum a *virtualem* Thomiſticam eliminare intendebant, ſed potius ſcholaſticorum diſputationibus relinquebant. II. In rebus, quæ non ſunt *de fide*, quando SS. Patres diſſentiunt, poſſumus absque ſcrupulo eorum authoritatem ſuſcipere, qui ſtant pro *noſtra* ſententia, & alios cum reverentia dimmittere. (Log. *fol.* 393.)

Nec ei adverſatur Conciliū Rhemenſe.

Ob. 2. Concilium Rhemenſe anno 1148. coactum, contra *Gilbertum Porretanum*, dicentem, "inter naturam & „perſonam non Mathematica abſtra„ctione, ſed Theologica conſideratio„ne quoquo modo rationem dividere„ expreſſe definiit, " ne aliqua ratio in „Theologia inter naturam & perſo„nam divideret: neve Deus Divina „eſſentia diceretur ex ſenſu ablativi „tantum, ſed etiam Nominativi,„ hoc eſt, ut non ſolum diceretur; *eſt Deus deitate*, ſed etiam: *Deus eſt ipſa deitas*: ergo hoc Concilium *definitive* docet, *rationem* SOLA MATHEMATICA ABSTRACTIONE *inter naturam*, *& perſonam dividere*. Subſumo. Atqui *Mathematica abſtractio* per ſolam rationem *mere intellectualem* dividit: ergo. R. 1.

Re-

Retorq. Neque diſtinctio *virtualis* per ſolam rationem *mere intellectualem* ſic dividit. (CXII.) R. 2. N. *ſuppoſ.* Quaſi diſtinctio Scotiſtica inter naturam & perſonalitates *divideret*, non enim inter extrema *dividit*, ſed *cum ſumma identitate reali* conjungitur. R. 3. Ut prius, ab eo Concilio ſolummodo damnatum eſſe *Gilbertum*, aſſerentem diſtinctionem *realem* inter ipſam *eſſentiam* & *paternitatem*, atque alias *relationes*, ut aſſerit ipſemet *Doctor Angelicus* cum *Mathæo Pariſienſi* ad annum 1190. & teſtatur Codex manuſcriptus Gilberti apud Cl. P. VASQUEZ, prout refert Cl. P. BILLUART *Curſ. Theolog. Diſſert. II. Art. III. pag.* mihi 122. Accedit, quod alias ratio D. BERNARDI, qui interfuit illi Concilio, nihil concluderet, quia illa ſolum pugnat contra diſtinctionem *realem*, non vero *formalem*. Dein tempore illius Concilii *Doctor ſubtilis* (qui ab omnibus auctor hujus ſententiæ in *Theologia* habetur) nondum erat in vivis; conſequenter nec ejus diſtinctio *formalis* in Divinis, dicere autem, quod SCOTUS deinde inciderit in hanc ſententiam a *Gilberto* primitus inventam, injurioſa ſane ac invida calumnia eſt, tum quia *Scotus*, utpote

in Theologicis verſatiſſimus, utique ſciviſſe probe cenſendus eſt, quid in illo Concilio damnatum ſit, tum etiam quia provida S. Mater Eccleſia ſententiam *Gilberti* mox ut inquiſivit, ſtatim ut erroneam proſcripſit, SCOTI tamen Doctrinam usque hodie velut *in fide tutam*, *intactam*que reliquit, ut adeo bene ſcripſerit Cl. P. JO. BAPT. RICCIOLUS S.J. *in Tract. de Diſt. c. 16. n. 195.* "PUDEAT ineruditionis ſuæ illos, qui „non ſatis cognito errore Gilberti Porretani, & ſenſu ac modo loquendi „Scoti, non dubitarunt PRÆCIPITI „CENSURA Scoti non identitatem „formalem inter naturam & perſonas „redigere ad GILBERTINAM diſtinctio„nem inter REM & REM.„ Illud additum in definitione Concilii, ne ſcilicet dicatur: *Eſt Deus Deitate*, rurſum Scotiſtas non concernit, cum ei conformiter etiam quoad hoc *falſum* nil doceant; *Gilbertus* enim per illud intelligebat, Patrem *Deitate* eſſe DEUM, eo modo, quo homo *animâ* eſt animatus, quæ utique *realiter* inadæquate ab *homine* diſtincta eſt, non vero ſic *Deitas* a *Patre*, ut Scotiſtæ cum Catholicis omnibus firmiter propugnant, item *anima informando* corpus conſtituit *hominem*,

non

non vero *Deitas* informando *perſonas* &c.

Inſt. 1. Scotus iisdem argumentis utitur ad probandam ſuam diſtinctionem, quibus Gilbertus, ſcilicet via *definitionis*, & *contradictionis*: ergo eadem eſt cenſura dignus. *Ita quidam Theologus.* R. D. A. Et eandem infert concluſionem cum *Gilberto*, ſcilicet *quaternitatem* eſſe in Deo. N. A. Aliam infert Catholicam, & a S. Matre Eccleſia nulla unquam cenſura notatam. C. A. & N. C. Imo *Retorq.* ut ſupra, in *virtualiſtas*, qui pariter utuntur via *contradictionis* ad ſuam diſtinctionem *virtualem intrinſecam* probandam. Denique ejusmodi Theologos, partium ſtudio obcæcatos, qui tam præfracte *cenſuras* in alios ferre ſolent, remitto ad n. CXXXIV. Nempe ægre ferunt *Thomiſtæ*, ſi quis immaturo Zelo abreptus Philoſophus aut Theologus, ipſorum ſic dictam *præmotionem phyſicam fataliſtis* aut *Calviniſtis* favere dicat. Nec minus offenſos ſeſe clamant *Moliniſtæ*, ſi quis alius *ſcientiam* ipſorum *Mediam* de *Semi-Pelagianiſmo* ſuſpectam proclamare audeat: ergo, *quod ſibi non volunt fieri, hoc aliis ne faciant*, ut charitas chriſtiana jubet.

Inſt. 2. Saltem illa *Scoti* ſententia non fuit agnita a Conciliis: ergo eſt nova: *Subſumo.* Atqui *nova* in materia Theologica periculoſe admittitur: ergo &c. R. 1. *Retorq.* etiam diſtinctio *virtualis*, aut *rationis ratiocinatæ* non fuit agnita. R. 2. D. C. Eſt nova, id eſt noviter agnita, C. C. noviter inventum dogma N. C. & C. nam Aristoteles *quoad rem* illam jam docuit. (CXXIX.) Dein etiam Diſt. *ſubſ. Antec.* nova *dogmata* periculoſe admittuntur in Theologia C. A. nova tantum *explicatio* dogmatum. N. A. & C. Si nova explicatio in Theologia locum non haberet, plane nec locus deinceps ullus foret Diſputationibus ſcholaſticorum tam frequentibus, & conſequenter etiam vel *D. Thomæ* vel *Scoti* authoritas cadere deberet, imo neque ullum in poſterum *oëcumenicum Concilium* ab Eccleſia cogendum eſſet.

In Deo poſſunt abſtracta de ſe prædicari in recto; non autem in creatis.

Ob. 3. Quæ actualiter formaliter in re ab aliquo diſtinguuntur, non poſſunt de illo prædicari in abſtracto, ſed potius negari; non enim juxta Scotiſtas licet dicere: *Petrus eſt humanitas*, *eſt Juſtitia*, *eſt bonitas* &c. atqui in S. Sciptura attributa prædicantur de Deo in abſtracto, ſic *Joan.* 14. Chri-

ſtus

ſtus dixit de ſe ipſo: *ego ſum via, veritas, & vita.* & S. BERNARDUS in Concilio Rhemenſi requiſitus, ut ſcripto proferret, quid ſentiret contra *Gilbertum*, litteris expreſſit, quod *Divina eſſentia, forma, natura, Deitas, bonitas, ſapientia, virtus, potentia, magnitudo vere Deus ſit.* Id ipſum aſſerunt alii SS. Patres: Ergo. R. D. M. quæ actualiter formaliter diſtinguuntur *in creatis*, non poſſunt de illo prædicari in abſtracto C. M. quæ actualiter formaliter diſtinguuntur *in Divinis.* N. M. Et *ratio diſparitatis* eſt, quia abſtracta *finita* in creatis tantum habent *unam rationem*, propter quam de ſe invicem identice poſſunt prædicari, nempe *convenientiam cum tertio*, ſeu *eodem ſuppoſito*: unde, quando abſtrahuntur ab illo, nequeunt amplius de ſe ipſis prædicari, ſi ſint formaliter diſtincta: econtra abſtracta *infinita* in Divinis, præter convenientiam in eodem ſuppoſito, habent etiam *aliam rationem* identitatis, ſcilicet *infinitatem*, hinc, licet abſtrahantur ab eodem ſuppoſito, poſſunt tamen adhuc prædicari de ſe invicem *identice*, niſi etiam abſtrahantur ab *infinitate*, quæ eſt modus intrinſecus, ac inſeparabilis cujuslibet attributi: adeoque legitimæ

mæ ſunt prædicationes a S. Scriptura, & SS. PP. factæ, maxime, cum ipſi *Scotiſtæ* quoque admittant, quod ejus *attributa vere*, id eſt in ſenſu *reali* & *identico*, *DEUS* ſint.

Inſt. Si *ſapientia* v. g. eſt *infinita*, & ratione hujus etiam in abſtracto identice poteſt prædicari de alio attributo, vel eſt infinita *in omni* genere, vel ſolum *in ſuo proprio*, ſcilicet *ſapientiæ?* Si 1*mum*: ergo una includit *formaliter* aliam perfectionem, & conſequenter una *formaliter* ab altera non diſtinguitur. Si 2*dum*: ergo eo ipſo talis infinitas non infert *identitatem* unius attributi cum alio attributo, & conſequenter non erit verum dicere: *ſapientia eſt bonitas* &c. R. quodlibet ex attributis Divinis eſt *realiter* infinitum in *omni* genere, & *realiter* includit cætera attributa, *formaliter* tamen unum attributum non eſt *infinitum*, niſi *in determinato genere*. v. g. *Sapientia* in genere *ſapientiæ*, *bonitas* in genere *bonitatis* &c. Nihilominus quia, quidquid eſt ſic infinitum, neceſſario exigit ex ſua ratione formali eſſe conjunctum cum reliquis perfectionibus pariter infinitis, & compoſſibilibus, hinc poteſt ſimpliciter

ter dici, *unum eſſe alterum* in ſenſu *reali*, & *identico*, licet non in ſenſu *formali*, in quo verum non eſt dicere: *ſapientia eſt bonitas.*

Ob. 4. Diſtinctio eſt *limitatio*: atqui in Deo locum non habet *limitatio*: ergo nec diſtinctio. R. D. M. Diſtinctio *realis*, quæ infert ſeparabilitatem C. M. ex natura rei formalis, quæ ſtat cum reali identitate. N. M. vel Subd: in creatis Tr. in Divinis N. M. & C. m. ſimiliter D. C. & N. C. Diſtinctio formalis DEUM non limitat.

Inſt. 1. Non ſola Paternitas, ſed & eſſentia divina eſt *formaliter* in Patre: ergo nullo modo diſtinguitur a *Paternitate.* R. D. A. *formaliter*, id eſt *actu* & per realem identitatem C. A. id eſt, *eſſentia* formaliter eſt ipſe conceptus *Paternitatis.* N. A. & C. Nam ſi hoc eſſet, tunc *eſſentia* etiam cum *Paternitate* deberet filio communicari a Patre Divino.

Inſt. 2. Si Relationes & attributa non eſſent *formaliter* ipſa eſſentia Divina, tunc Deus poſſet *concipere* ſuam eſſentiam ſine relationibus & attributis: atqui hoc implicat: ergo &c. R. D. M.

poſſet concipere ſine relationibus & attributis, id eſt, poſſet cognoſcere, eſſentiam in ſua *ratione formali* non includere attributa & relationes C. A. poſſet cognoſcere eſſentiam ſine &c. id eſt, non cognitis ſimul relationibus & attributis, *faciendo abſtractionem* N. M. & D. m. hoc ſecundum in Deo implicat C. m. illud primum N. m. & C. Deus omnia comprehenſive *ſimul* intuetur, ſecus ac *homo*, attamen eo ipſo, quia omnia intuetur, *ut ſunt in ſe*, videt etiam, quod alius & alius a parte rei conceptus enaſcatur a ſua *eſſentia*, *relationibus*, & *attributis*: in illis ergo omnibus vere agnoſcit identitatem *realem*, non autem *formalem*.

Nec lædit ſimplicitatem DEI.

Ob. 5. Deus eſt ens *ſimpliciſſimum*: ergo repugnat ei *aliud* & *aliud*. R. D. C. ſi hoc aliud & aliud aliquid componeret, C. c. ſecus N. C. & C. *ſimplicitati* ſola opponitur *compoſitio*, & non *pluralitas*, quæ inter *relationes* divinas & attributa habetur in eadem *eſſentia divina*. *Compoſitio* autem, ut eruitur ex ipſo *Doctore Angelico* 1. *p. art.* 7. in eo datur, *quod ſit ex partibus ſe ipſa prioribus*, *cauſatum ab efficiente*, *adunante partes diverſas*, *quæ ſint ut potentia*

tia

tia & actus, ita ut, quod convenit toti, non conveniat cuilibet parti. Jam vero nulla ex requiſitis conditionibus a S. Doctore reperitur in *formalitatibus* Scoti. Non *prima*, quia non ſunt priores Deo; nec *2da*, quia non habent cauſam efficientem, nec adunantem tanquam diverſas. Non *3tia*. quia non ſunt potentia & actus, non *4ta*, quia ſingulæ ſunt unum & idem realiter cum eſſentia, & eſſentia cum illis.

Inſt. 1. Compoſitio vulgo dicitur *diſtinctorum unio*: atqui juxta *Scotum* prædicata divina ſunt ex natura rei diſtincta, & unita: ergo prædicata divina faciunt compoſitionem. R. cum cl. P. *Maſtrio*. N. M. Nam licet quidem *compoſitio* diſtinctionem *inferat*, quia pars, utpote componens, debet eſſe diverſa ab alia parte, non tamen *diſtinctio* econtra *infert* compoſitionem, niſi vel extrema ſint *realiter* diſtincta, vel ſaltem non perfecte eadem, ſimulque ſint *potentia* & *actus*: diſtinctio autem formalis in divinis conſiſtit cum extremis, quæ ſunt cum ultima *actualitate*, utpote cum omnis divina realitas vel ſit *infinita*, vel ſaltem *non finita*, infinitas ergo eſt cauſa, quod Deus non ſit *compoſitus*.

Inſt. 2. Quæ coadunantur ad invicem, tanto minus efficiunt unum per ſe, quanto magis ſunt in ultima actualitate: atqui admiſſa diſtinctione Scoti formalitates ſunt in ultima actualitate: ergo in ſententia Scoti formalitates divinæ non efficiunt unum per ſe, & conſequenter Deus non erit *ſumme unus.* R. 1. *Retorq.* in *virtualiſtas;* nam etiam juxta ipſos formalitates divinæ ſunt *in ultima actualitate.* R. 2. D. M. unum unitate unionis ſeu compoſitionis C. M. unum unitate identitatis, & in genere actus puri. N. M. &c. & tale *unum per ſe* eſt Deus etiam in ſententia Scoti, quia adhuc formalitates divinæ ſunt *in ultima actualitate*, unaquæque in ſuo genere. Hinc D. *Illat.* Deus non erit *ſumme unus* omni ea unitate, quæ dicit *imperfectionem* C. *Illat.* quæ dicit *perfectionem* N. *Illat.* perfectum utique exiſtit enti, habere *unam* perfectionem: ergo Deus per hoc *perfectiſſimus* erit, quod habeat *plurimas*, quæ tamen ſimul ſumptæ conſtituunt *unum ens* perfectiſſimum, vel potius, quæ *reſultant* ex uno ente perfectiſſimo, cui ſunt realiter *identificatæ.* Debet autem has perfectiones ſimpliciter ſimplices *actu*, & *formaliter* continere,

quia

quia eſt *actu* & *formaliter* perfectiſſimus, & non tantum *virtualiter*.

Inſt. 3. Hoc modo prædicata Dei attributalia eſſent aliquæ formæ, in eſſentia divina receptæ: ergo eo ipſo in Deo facerent compoſitionem. R. D. A. eſſent formæ &c. puriſſime denominantes C. A. informantes per modum *actus* & *potentiæ*, prout tamen ad *compoſitionem* requirit antea citatus *Doctor Angelicus*. N. A. & C. Adeoque quam bene Concilium Rhemenſe, & SS. Patres ex diſtinctione *reali entitativa* in Deo, ſi daretur, inferebant adverſus *Gilbertum compoſitionem realem entitativam* in Deo, tam male *cl. P. Billuart loc. ſupra cit. pag. mihi* 128. ex diſtinctione reali formali in Deo inferre nititur *compoſitionem realem formalem*, repugnante ipſi eodem ſuo *Doctore Angelico*.

Ob. 6. Deus eſt ex ſe ens *perfectiſſimum*, quo perfectius cogitari non poteſt: atqui ens, quod ex ſe ita ſibi identificat omnes omnino perfectiones, ut nullatenus ab eo diſtinguantur, niſi per *conceptus* magis vel minus explicitos, eſt *perfectius*, quam ſi ab eo *realiter*

Neque infinitam ejus perfectionē.

liter

liter formaliter diſtinguerentur, nec in ejus eſſentiali conceptu includerentur, ut per ſe patet: ergo R. N. m. cum Scoto *in* 10. *Diſt.* 8. *q.* 4. §. *iſta tamen*, nam ſic omnes omnino perfectiones formaliter in Deo in *unam* coaleſcerent, unaque tantum formalitas fierent: atqui hoc eſt impoſſibile: ergo p. m. cum enim *qualibet* perfectio ſimpliciter ſit in Deo *perfectiſſimo modo*, hinc etiam debet in illo exiſtere *ſecundum ſuam propriam rationem formalem poſitivam*, & *actualem*: atqui ſi omnes perfectiones eſſent *una* tantum *formalitas* a parte rei, tunc ſimul *eſſent* in Deo, & *non eſſent ſecundum ſuum eſſe formale*, quod implicat. (IX.) p. m. *eſſent*, ut ſupponitur, & *non eſſent*, quia una formalitas ſecundum *eſſe formale* fieret *eſſe formale* alterius, omneſque proinde perfectiones attributales fierent eſſe *formale Deitatis* propter infinitatem, ſic autem *infinitas* eo ipſo auferret *eſſe* FORMALE *attributorum*, iſtaque tantum ſecundum eſſe *eminentiale*, vel *virtuale* in Deo continerentur, (CXII.) quod eſt impoſſibile. Igitur melius cum *Doctore ſubtili* dicendum eſt, quod attributa in eſſentia divina contineantur *radicaliter* & *fundamen-*

mentaliter, non autem *formaliter*, ita nempe, ut eſſentia divina ſit fœcundiſſima *radix*, ex qua omnis perfectio ſimpliciter *ſecundum propriam ſuam*, & *formalem rationem* pullulet, & in qua etiam *per realem identitatem* radicetur. Et taliter aſſerunt Scotiſtæ, quod *in primo ſigno naturæ* concipiatur eſſentia in *genere eſſentiæ*, & *in 2do ſigno naturæ* concipiantur pullulare *attributa*. Atque ita ad rationem perfectiſſimam *eſſentiæ* ſufficit, quod contineat formaliter omnia *perfectiſſimo modo*, quæ pertinent ad genus *eſſentiæ*, quamvis *radicaliter*, & *realiter* ſolum contineat attributa. Igitur *clare*, ut equidem mihi non ſine ratione perſuadeo, ſoluta ſunt potiſſima Cl. P. *Billuart* diſtinctioni Scotiſticæ in divinis oppoſita argumenta, quæ ipſi tamen viſa ſunt DEMONSTRATIVA, prout loquitur *loco mox cit.* alia vero ſuperius diluta vide a n. CXVI. & deinceps. plura denique (ne in hac materia nimium excedam) theologi Scotiſtæ.

SE-

SECTIO VI.

De Exiſtentia, Hæcceitate, & ſubſiſtentia entis.

ARTICULUS I.

Quomodo exiſtentia diſtinguatur ab eſſentia?

Declaratur Thomiſtarum mens.

CXXXIX. Aſſerunt *Thomiſtæ* contra comunem aliarumScholarum ſententiam, quod *exiſtentia* entis contingentis (L.) *realiter* ſit ab illius *eſſentia* (XLVII.) diſtincta, atque in ea recepta, non ſecus ac *forma accidentalis* in ſubjecto, v. g. *albedo* in muro, ita, ut, quemadmodum per *albedinem* murus ſit albus tanquam per aliquid realiter a ſe diſtinctum, ſic etiam per *exiſtentiam* eſſentiæ realiter ſuperadditam ens contingens formaliter exiſtat, *Scotiſtæ* vero in hoc quidem cum aliis ſcholis conveniunt, quod *exiſtentiam* realiter ab *eſſentia* non diſtinguant, in eo tamen inter ſe etiam diſſentiunt, quod quidam illorum eam *formaliter ex natura rei* ab eſſentia diſtinguant; alii ve-

vero non. Mentem noſtram duæ ſequentes propoſitiones declarabunt.

PROPOSITIO I.

Exiſtentia non eſt realiter diſtincta ab eſſentia.

CXL. PROBATUR. I. Nullum eſt inter utramque *realis diſtinctionis* ſignum; (CIX.) nam 1. non ſunt *ſeparabiles*. 2. Nec una exiſtit *ſine alia*. 3. Nec una aliam *producit*, ſed utraque *ſimul* a cauſa efficiente producitur vel per *creationem*, vel per *generationem*. Exiſtentia ab eſſentia realiter non diſtinguitur.

II. In ſententia *Thomiſtarum* exiſtentia advenit eſſentiæ tanquam *forma realis*, ipſi *accidentalis*: (*n. præc.*) ergo eo ipſo eſſentia præſupponitur *realis actualis*, antequam actu *exiſtat*. p. C. Omnis forma realis *accidentalis* præſupponit objectum ſuum exiſtens; nam ſicut *prius* eſt *exiſtere*, quam *agere*, ſic etiam prius eſt *exiſtere*, quam *pati*, ſeu in ſe aliquid *recipere*: ergo ſi exiſtentia eſſet *forma* in eſſentia *recepta*, eam præſupponeret *exiſtentem*, quod videtur eſſe abſurdum, conſequenter &c.

III. Eſ-

extra nihilum ſui conſtituetur. II. Eſſentia *poſſibilis* & *actualis* poſſunt ſibi invicem *ſubſtitui*; nam Petrus v. g. tam *poſſibilis*, quam *actu exiſtens* eſſentialiter eſt *animal rationale*: ergo non diſtinguuntur realiter, ſed ſunt *eadem*, dicentia tantum aliquem *modum*, vel *connotationem pro diverſo ſtatu* diſtinctam, ad *omnipotentiam divinam*, per quam eſſentiæ dicuntur *extrinſece poſſibiles*, (XXIX.) & poſtmodum *actuales*, quatenus ſcilicet omnipotentia in tempore *actu* producit, quod jam dudum *poterat* producere.

PROPOSITIO II.

Exiſtentia ab eſſentia actu non diſtinguitur diſtinctione formali proprie tali.

CXLI. PROBATUR. Illa non diſtinguuntur formaliter ex natura rei in ſenſu *proprio* Scotiſtarum, quorum unum nequit *perfecte* concipi ſeorſim ab alio: (CXI. & CXXIX.) atqui *exiſtentia* nequit concipi ſeorſim ab eſſentia, ut de ſe patet, neque etiam *eſſentia* ſeorſim ab exiſtentia, quod *probatur*. vel enim tali modo conci-

Imo nec diſtinctione formali proprie tali.

peretur eſſentia ut *aliquid*, vel ut nihil? Non 2*dum*, quia eſſentia non eſt *nihil* ſub ratione formali *eſſentiæ*.(XLVII.) nec 1*mum*; quia, quidquid eſt conceptibile ut *aliquid*, revera eſt *a parte rei*, ac proinde *exiſtit*; implicat enim aliquid eſſe *a parte rei*, & *non exiſtere*, cum exiſtentia ſit id, *quo res dicitur eſſe in rerum natura*. *Subſ.* atqui res quælibet in rerum natura ponitur formaliter per ipſam ſuam eſſentiam, hoc eſt, non quidem *independenter* a cauſa producente, (LVI.) attamen independenter *a forma* ejusmodi realiter diſtincta; ſic enim v. g. *homo* per id præciſe dicitur eſſe *in rerum natura*, quod ſit *animal rationale*, quamquam etiam propter mutationem *ſtatûs poſſibilis in actualem* intellectus (forte *cum fundamento*) a parte rei ſecum ipſo *ratiocinans* concipere poſſit, quod in ſtatu *actuali* acceſſerit aliquod *complementum* (L.) illi eſſentiæ, quod ab ea aberat in ſtatu meræ *poſſibilitatis*: conſequenter exiſtentia ab eſſentia non diſtinguitur diſtinctione formali in ſenſu *proprio* Scotiſtarum, ſed vel diſtinctione *rationis ratiocinatæ*. Prout etiam Doctor Subtilis *in 3. ſent. Diſt. 6. q. 1.* expreſſe inquit, *certum eſſe*, *rei eſſentiam tantum*

in

in modo concipiendi ab exiſtentia differre, vel diſtinctione quadam alia formali *minore*, de qua n. ſeq.

Confirmatur. Ut ſupra. (*n. præc*. Conf. 1.) *formalitas* exiſtentiæ Petri *nihil* eſt re ipſa, cum Petrus nondum exiſtit. quæritur ergo: vel illa *formalitas exiſtentiæ*, ut *actu* ſit, eget rurſus aliquo formaliter ex natura rei a ſe ipſa diſtincto, vel non? Si 1*mum*, redit eadem quæſtio de hac quoque *formalitate actualitatis*, per quid nempe formaliter ponatur extra nihilum ſui? atque ita in infinitum. Si 2*dum*: ergo ſicut *formalitas* illa *exiſtentialis*, ſic & ipſa rei *eſſentia* per ſe ipſam *formaliter* in rerum natura exiſtit, &c.

CXLII. *Scholion*. Dixi, exiſtentiam ab eſſentia actu non diſtingui *diſtinctione formali proprie tali*, hoc eſt, tanquam *formalitatem unam abſolutam ab alia formalitate abſoluta*; per hoc enim nihil derogare intendo illi Scotiſtarum ſententiæ, quæ docet, dari inter utramque *diſtinctionem formalem modalem*, diſtinctione ex natura rei formali, ſupra explicata (CXI.) *minorem*; eoquod ſaltem *eſſentia* a parte rei poſſit conci- Sed ad ſummum diſtinctione formali minore, ſeu modali.

pi ſine ſuo *complemento*, (L.) ſeu *modo* actualitatis, quem in ſuo eſſe *formali* inſeparabiliter non includat, adeoque, ſicut inter diſtinctionem *realem ſtricte talem*, (in qua datur *mutua* duorum *ſeparabilitas actualis*, vel *potentialis* aut *proportionalis*) mediat diſtinctio *realis modalis*, (CX. & CXIX.) in qua non datur ſeparabilitas *mutua* modi a re, licet detur ſeparatio rei a modo, ſic etiam inter *diſtinctionem formalem*, quam illi Scotiſtæ vocant *majorem*, aſſignant iſtam *formalem modalem* ſeu *minorem*, quam volunt convenire omnibus modis *inſeparabilibus* & *metaphyſicis*, (LXX.) prout illa modalis *major* competit modis *phyſicis* & *ſeparabilibus*. Et forſan hac ratione Scotiſtæ cum Scotiſtis *in re* facile conciliari poſſunt, daturque non interrupta ſententiarum connexio, (CXIX.) atque legitima argumentatio ab *analogia*. (Log. *fol.* 515.)

Solvuntur Objectiones.

Exiſtentia, licet creaturæ non ſit eſſentia.

CXLIII. OB. 1. *Contra* I. *Propos.* Nulla res poteſt concipi ſub *oppoſito* ejus, cui illa eſt *realiter idem*: atqui *eſſentia* creaturæ poteſt intelligi ſub *non exiſtentia*: ergo *eſſentia* creatu-

ræ

ræ non eſt *realiter idem* cum illius *exi-ſtentia*, conſequenter eſt ab ea realiter diſtincta. R. D. M. id eſt ſub oppoſito ejus, quod in eſſentiali ejus notione continetur C. M. quod non ſic continetur. N. M. & transmiſſa m. D. C. hoc eſt, *exiſtentia* non continetur in eſſentiali notione creaturæ C. c. (LVI.) eſt *forma* realiter ab illius eſſentia diſtincta. N. c. & C. Ideo ſolum poteſt eſſentialiter concipi creatura, quin concipiatur *exiſtens*, quia extrinſeca indiget cauſa, a qua producatur, (n. cit.) non autem, quia eſt exiſtens per *formam* a ſua eſſentia realiter diſtinctam. Vel *Retorq.*: ergo etiam forma realis *exiſtentiæ* debet eſſe exiſtens per aliam *formam* realiter diſtinctam.

lis, nec tamen eſt forma, ab ea realiter diſtincta.

Inſt. 1. Creatura ex ſua eſſentia eſt *indifferens* ad exiſtendum: ergo ad exiſtendum debet *determinari* per formam, realiter ſuperadditam. R. D. A. Eſt indifferens *indifferentia cauſæ*, quæ ipſam actu producere valet, vel non producere C. A. *indifferentia ſubjecti*, hoc eſt, ita, prout *lignum* v. g. eſt ſubjectum ex ſe indifferens ad quamlibet figuram ab artifice *pro libitu* introducendam N. A. & C. hæc *poſtrema* ſolum indifferen-

tia per *formam* ſuperadditam tolli debet, non autem *prior*, utpote quæ tollitur per eandem ipſam *eſſentiam* actu in rerum natura poſitam. Dein *Retorq.* in *formam exiſtentialem* Thomiſtarum, quæ etiam ad *exiſtentiam* determinatur ſine alia *forma reali*, &c.

Inſt. 2. Nihil tranſire poteſt de contradictorio in contradictorium ſine *forma reali*: atqui ſi eſſentia de *non exiſtentia* ad *exiſtentiam* tranſit, tranſit de contradictorio ad contradictorium: ergo ſine forma reali hoc fieri non poteſt. R. D. M. Nihil ſic poteſt tranſire *ſubjective* C. M. objective. N. M. & tranſ. m. ſimiliter D. c. & N. C. ac *Retorq.* iterum in *formam exiſtentialem* Thomiſtarum, quæ pariter tranſit a *non eſſe* ad *eſſe*, dum res *actu* producitur, nec tamen hujusmodi tranſitus juxta ipſos Thomiſtas fit per *aliam* formam. Nempe tranſitus de *non eſſe* ad *eſſe* non eſt proprie *mutatio*, quia nihil habetur tunc, de quo jure dici queat, ipſum *aliter ſe habere* nunc, quam prius: ergo nec indiget *forma reali*, per quam ipſe tranſitus perficiatur, prout tamen fit in mutatione *ſubjectiva* ligni, ubi ſubjectum, quod dicitur *mutari*, tran-

ſit

ſit a privatione ad formam, ut ſcholaſtici loquuntur.

Ob. 2. Solus Deus eſſentialiter exiſtit: ergo nulla creatura dici poteſt eſſentialiter exiſtens. *Subſ.* atqui ita dicenda eſſet, ſi illius exiſtentia ab eſſentia non diſtingueretur realiter, quia eadem entitas realis eſſet ſimul eſſentia & exiſtentia: ergo &c. R. D. A. ſolus Deus exiſtit *eſſentialiter*, id eſt *a ſe*, *neceſſario*, & omnino *indefectibiliter*. C. A. (LVI.) Solus exiſtit *eſſentialiter*, id eſt per exiſtentiam, eſſentiæ ſuæ realiter identificatam. N. A. & C. ac denuo *retorqueo* in formam *exiſtentialem* Thomiſtarum, quæ, cum ſit juxta ipſos realiter diſtincta ab eſſentia, adeoque etiam vere ſit realitas aliqua, neceſſario quoque debet habere ſuam *eſſentiam*, (omnis enim res ſua gaudet eſſentia) eſſentia autem illius exiſtentiæ exiſteret pariter *per eſſentiam*, quia exiſteret per aliquid ſibi *identificatum realiter.* Et conſequenter omnia Thomiſtarum argumenta *retorqueri* valent in eorum formam *realiter ſuperadditam.*

Non ſolus Deus exiſtit ſine forma ſuæ eſſentiæ realiter ſuperaddita.

Exiſtentia non eſt propria formalitas Scotiſtica.

Ob. 3. *Contra II. Propoſ.* Ea formaliter proprie juxta *Scotiſtas* inter ſe diſtinguuntur, quorum unum a *parte* rei concipi poteſt ſine altero, at *eſſentia* v. g. Petri ſic concipi poteſt, quin concipiatur *exiſtens:* ergo ejus exiſtentia *proprie* formaliter ex natura rei diſtinguitur ab eſſentia. R. D. m. Eſſentia Petri ſic concipi poteſt, & tunc concipitur ut merum *nihil* a parte rei C. m. ut *aliquid* a parte rei. N. m. &c. ut duo proprie formaliter diſtinguantur, requiritur 1. ut ambo ſint *actu* in rerum natura. (Alias enim inter ea non datur *realis identitas* a parte rei,) 2. unum eorum ſic identificatorum non debet eſſe *formaliter idem* cum alio, 3. denique debent ita actu & reipſa dari, ut non deſinant ex eo formaliter, quod ſic *concipiantur*: jam vero implicat, ut concipiatur *actu eſſentia* ſine *exiſtentia*, ſive, ut concipiatur *actu poſita extra nihil* ſine *exiſtentia;* nam quid eſt aliud *exiſtentia Petri* v. g. quam ipſiſſima *Petri eſſentia, actu poſita extra nihilum ſui*, ſeu habens *complementum* ſuæ *poſſibilitatis*, (L.) per quod ſit *actualis*, dicens ſolam *connotationem* ad alium ſtatum, ſeu *modum intrinſecum*? (CXLII.)

Inſt.

Inſt. Creatura poteſt actu concipi, quin ejus exiſtentia concipiatur: ergo etiam *eſſentia* actu poteſt concipi, quin concipiatur *exiſtens*. R. N. C. & *parit. Diſpar.* eſt, quia in primo caſu cognitio intellectûs terminatur ad eſſentiam creaturæ *phyſicam*, ſeu factam, aut faciendam, in poſteriore autem ad eſſentiam *Metaphyſicam* ſeu *Archetypam* & *intelligibilem*; (LIV.) *prior* illa eſſentia, cum neceſſariam dicat dependentiam ad *cauſam* ſui producentem, vere ab *exiſtentia*, ſeu *complemento* ſuæ poſſibilitatis, (quod in tali ſenſu non niſi contingenter & *libere* a Deo accipit) actu præſcindere valet, non vero *poſterior*, utpote quæ ſemper (ſaltem in *mente* Dei) *actualis* eſt, eoquod habeat ſuum *eſſe neceſſario*, *immutabiliter*, (LI. LII.) & *ab æterno*, (LIII.) ac conſequenter identificatam ſemper ſibi habet ſuam *exiſtentiam* tam *realiter*, quam *formaliter*, ſi *proprie* ac *uniformiter* loqui melimus, nempe eſſentia mere *poſſibilis* exiſtentiam habet ſibi conjunctam mere *poſſibilem*, & eſſentia *actualis exiſtentiam actualem*, ſolaque diverſitas habetur penes diverſum tantum *ſtatum*, aut, ſi mavis, penes diverſam *modificationem internam* ac *metaphyſicam*,

 (CXLII.)

(CXLII.) & conſequenter non importatur diſtinctio *formalis proprie* talis. Dein etiam hic poteſt fieri *retorſio* in illos, qui *exiſtentiam* formaliter ex natura rei ab eſſentia diſtinctam eſſe volunt; nam ea ipſa *formalitas exiſtentialis* actu concipi poteſt, quin concipiatur poſita *extra nihilum ſui*: ergo etiam extra nihilum ſui poni deberet per aliam rurſum *formalitatem diſtinctam*: vel ſi hoc non, cur non etiam eſſentia ſic fieri poſſit *actualis* absque alia formalitate?

Nec de illa, & eſſentia poſſunt formari contradictoria.

Ob. 4. De eſſentia & exiſtentia poſſunt formari *contradictoria*, ſicut v. g. de *animalitate* & *rationalitate*: ergo ſicut iſtæ formaliter inter ſe diſtinguuntur, ſic etiam illæ. p. A. *Eſſentia* enim eſt *quidditas* rei, *exiſtentia* vero non eſt *quidditas* rei &c.: ergo. R. N. A. cum *prob.* Exiſtentia enim, ut dictum eſt, formaliter eſt ipſa *eſſentia*, ſive *rei quidditas, actu poſita in rerum natura*, dicens ſolummodo *connotationem* ad ſtatum *actualem*, (cum prius fuerit in ſtatu meræ *poſſibilitatis*) & habens *complementum* ſuæ *poſſibilitatis*, quo intrinſece, ut ajunt, hic & nunc *modificata* eſt. Ac denuo *Retorq.* etiam ipſa

ſa *formalitas exiſtentialis* habet ſuam *quidditatem*; concipitur enim vere, & *definitur* a ſuis Patronis, cumque ipſius quidditas modo *ſit*, modo *non ſit* re ipſa, de ea quoque prædicata *contradictoria* formari queunt &c.

ARTICULUS II.

De Individuationis Principio.

CXLIV. P*rincipium individuationis* juxta Leubnitium *diſp. de Princip. Indiv.* eſt *omnimoda determinatio eorum, quæ rebus inſunt*, ſive *omnium differentiarum tam ſpecificarum, quam numericarum complexus*: vulgo autem dicitur eſſe id, ex quo infertur, *hoc* individuum non eſſe aliud, (Log. *fol.* 59.) omnium ſcilicet determinationum, & circumſtantiarum complexus, per quas Cajus v. g. eſt *hic* potius Cajus, quam *alius* quiſpiam, conſtituit *principium individuationis* in Cajo, ſeu, ut *Scotiſtæ* loquuntur, *hæcceitatem*; eſt enim juxta ipſos τὸ *hoc* aliquod concretum (Log. *fol.* 104.) denotans *formam* hæcceitatis, una cum *ſubjecto*, ſeu natura communi, ſicut v. g. τὸ *album* im-

Individuationis principium.

Hæcceitas.

importat ſimul *ſubjectum*, quod album eſt, & *formam* ſenſibilem illi ſubjecto inhærentem, ſcilicet *albedinem*.

Differentia numerica & ſpecifica unde deſumatur? CXLV. Quoniam ea, quæ ſunt *hæc*, ſi *plura* fuerint, *numerum* conſtituunt, hinc ea, quæ ſunt *hoc*, *hoc*, *hoc* &c. etiam *numero differre* dicuntur: in hoc ergo fundatur *diſtinctio numerica*, ſicut in *forma*, ſeu *eſſentia* fundatur *diſtinctio ſpecifica*, ita ut tantum illa *ſpecie* differant, quæ habent diverſam *formam ſpecificam*, e. g. *homo* & *brutum*; illa vero *numero*, quæ habent diverſas *hæcceitates*, ut v. g. *Petrus*, *Paulus* &c. quorum prior in ſcholis dicitur gaudere *Petreitate*, 2dus *Pauleitate* &c.

Varia individuationis principia a philoſophis aſſignantur. CXLVI. Circa principium individuationis *extrinſecum*, ſeu *quoad nos* (Log. *fol.* 59.) omnes conveniunt; peti namque ſolet ex *complexo omnium notarum*, objecto inhærentium, quæ continentur noto illo verſiculo: *forma*, *figura* &c. (Log. *fol.* 60.) conformiter definitioni *Leubnitianæ* mox traditæ; (CXLIV.) circa principium vero individuationis *intrinſecum* ſcholaſtici non parum diſcrepant, alii ſiquidem pro ejuſmodi principio ipſam rei *eſſentiam*, alii

alii (nempe *Thomiſtæ*) *materiam ſignatam quantitate*, *Scotiſtæ* demum *Hæcceitatem* ſuam aſſignant, quibuscum ſit.

PROPOSITIO I.

Neque ipſa rei eſſentia, neque materia ſignata quantitate poteſt eſſe intrinſecum individuationis principium.

Eſſentia non eſt individuationis principium intrinſecum.

CXLVII. PROBATUR I. *Pars.* Per *eſſentiam* individuum non conſtituitur *hoc*: ergo eſſentia non poteſt eſſe individuationis principium. (CXLIV.) p. A. eadem eſſentia ſimul & ſemel poteſt eſſe in *pluribus* individuis, & revera *penes eſſentiam* ſingula individua conveniunt, cum ſint in *eadem* ſpecie: (Log. *fol.* 58.) ergo per *eſſentiam* non redditur ratio, cur unum individuum non ſit aliud? & conſequenter nec per eam individuum conſtituitur *hoc*. (CXLIV.) Intellige *in ſenſu formali*; nam in *ſenſu reali* denuo Scotiſtæ fatentur, ſuam Hæcceitatem eſſe *realiter* eſſentiæ *identificatam*, & non niſi *modum ejus intrinſecum* inſtar *exiſtentiæ*, (CXLII.) ut mox dicetur.

PRO-

Nec materia, ſignata quantitate.

Probatur 2. *Pars*. I. Omnia individua corporea habent *materiam*, & *quantitatem*: (id quod ex *phyſica* tanquam certum hic ſupponitur) ergo *materia* cum *quantitate* eſt *communis* omnibus, & non *ſingularis*, conſequenter nec eſt ratio clara unum individuum ab altero diſcernendi. II. *Materia* & *quantitas* in rebus corporeis varie *modificantur*, id eſt, vel *augentur*, vel *minuuntur*, vel etiam (ſaltem divinitus) hæc ab illa *tolli* poteſt, & tamen individua non *mutantur*, ſed ſemper manent *eadem*: ergo materia ſignata quantitate non poteſt eſſe *principium individuationis*. III. *Materia* jam *exiſtens* & *ſingularis* eſt prorſus indifferens ad hanc vel illam *quantitatem*: ergo per eam non *redditur* ſingularis, ſed ſupponitur. IV. Dantur individua *ſpiritualia* ut v. g. Angelus *Michael*, *Gabriel* &c. (uti contra *Thomiſtas* Scholæ omnes tuentur) item *hæc anima* Petri v. g. aut *hæc anima* Pauli &c, in his tamen individuis non adeſt *materia*, nec *quantitas*: ergo &c. V. *Denique quantitas* (ut alibi dicetur) nil aliud eſt, quam *magnitudo*: atqui hæc non eſt ratio unum *individuum intrinſece* diſcernendi ab altero: ergo. p. m. Penes

ma-

magnitudinem potius unum individuum dicitur *æquale*, ſeu *idem* cum alio individuo: ergo non eſt ratio unum *diſcernendi* ab altero, ſaltem *intrinſece*. Conſequenter &c.

PROPOSITIO II.

Principium individuationis intrinſecum eſt Hæcceitas.

CXLVIII. PROBATUR. Natura quævis ſpecifica de ſe, & *ab intrinſeco* a parte rei eſt *univerſalis*, ac prorſus indifferens ad eſſe τȣ̃ *ſingularis*: ergo fit intrinſece *ſingularis* per *Hæcceitatem*, tanquam per differentiæ gradum ultimum. A. patebit ex infra dicendis. c. p. per illud natura fit *intrinſece ſingularis*, per quod ultimo redditur *incommunicabilis* alteri ejusdem ſpeciei, & conſtituitur *hæc*: atqui hæc omnia habentur per *hæcceitatem*: ergo. p. m. Sicut ſe habet *ſpecies* ad *genus*, ita ſe habet *ſingulare* ad *ſpeciem*: atqui ſpecies per *gradum differentialem* diſtinguitur a *genere*, & conſtituitur in ratione *ſpeciei*: ergo etiam individuum per gradum iſtum *hæcceitatis* diſtinguitur a *ſpecie*, & conſtituitur intrinſece ſed Hæcceitas,

in

in ratione *individui.* m. conſtat, & M. pariter; concepta enim formaliter hæcceitate concipitur formaliter *individuum*, & hac non concepta æque parum concipitur, ac non concepta *ratione differentiali* non concipitur *ſpecies.*

PROPOSITIO III.

Hæcceitas eſt modus intrinſecus, a natura, quam efficit, formaliter modaliter diſtinctus.

Quæ eſt modus intrinſecus naturæ.

CXLIX. PROBATUR eodem fere modo, quo ſupra de *exiſtentia* dictum eſt. (CXLII.) Hæcceitas enim naturam, quæ de ſe eſt *univerſalis*, *modificat* ſeu determinat, ut ſit *hæc*, (n. præc.) realiter tamen cum illa *identificatur*, cum non detur a parte rei *mutua* ſeparabilitas inter conceptum objectivum *hæcceitatis* & *naturæ*, eoquod *hæcceitas* ſit ipſa *natura*, ſeu eſſentia omnimode *determinata*, & quaſi ad alium ſtatum, nempe ad *eſſe hoc* contracta: ergo eſt modus intrinſecus æqualiter diſtinctus, ſicut *exiſtentia* &c.

Sol-

Solvuntur Objectiones.

CL. OB. 1. *Contra 1. propoſ.* Eſſentia ſive natura *ex ſe* poteſt eſſe *ſingularis*: ergo ſuperflua eſt *Hæcceitas Scotiſtica.* p. A. eſſentia ex ſe habet ſuum *eſſe ſimpliciter*: ergo etiam ex ſe habet *eſſe hoc*. R. N. A. ad prob. N. C. argumentum probat nimium, ſcilicet nec dari *differentiam ſpecificam*; poſſet enim eodem jure inferri: v. g. *animal ex ſe habet τὸ eſſe animalitatis*: ergo etiam idem *animal ex ſe habet eſſe τῆ rationalitatis*, quod tamen falſum eſt. Eſſentia non eſt ex ſe ſingularis.

Inſt. 1. Homo ex eſſentia ſua tantum dicit *unum* hominem: ergo eo ipſo ex eſſentia ſua eſt *hic*. R. N. A. nam homo ex *eſſentia ſua* nude conſiderata *abſtrahit*, & præciſe dicit idem ac *animal rationale*, in quo conſiſtit *ſpecies* humana, quæ eſt *univerſalis*, & conſtituit tertium *univerſale*: (Log. *fol.* 58.) ergo ut fiat *hic* homo, requiritur modus intrinſece determinans eſſentiam. (CXVIII. II.)

Inſt. 2. Ergo ad ſummum *exiſtentia* erit ratio individuans. p. Illat. hæc enim eſt ultimus actus eſſentiæ: ergo. R. N. Exiſtentia nequit eſſe ratio

indivi-duans. III. ad prob. D. A. eſt ultimus actus in ratione *exiſtendi*, ſeu per quem eſſentia ponitur extra nihilum. C. A. in ratione *individui*, ſeu per quem res dicatur *hæc* N. A. & C. Argumenta porro *Thomiſtarum* pro ſua *materia ſignata quantitate* vel laborant falſo *ſuppoſito*, (*ſi quantitas* in ſenſu Neotericorum accipiatur) vel ſolum probant, quod ipſa ſit principium individuationis *extrinſecum*, ut ex dictis patet; nam *quantitas* a Thomiſtis inter *accidentia* phyſica & abſoluta numeratur: atqui per *accidentia* res quælibet non niſi *extrinſece* ab alia differt: (CXLVI.) ergo. Sed adhuc

Materia cum quãtitate ſolum remote, extrinſece, ſenſibiliter, ac phyſice individuat, Ob. 2. Materia habens quantitatem v. g. in utero Materno, eſt occaſio, ut Deus animam infundat, ex qua infuſione primum oritur aliquod individuum, ſcilicet *hic homo*: ergo principium individuationis eſt *materia ſignata quantitate*. R. N. c. vel D. c. eſt principium individuationis ſolum *remotum*, & pro ſtatu *phyſico*, atque *ſenſibili* tr. c. eſt principium formale, intrinſecum, & pro ſtatu *metaphyſico*. N. c. & c. ſimiliter reſponderi debet, quando dicunt Thomiſtæ, *individuationem* debere

bere provenire ab aliquo *principio ſubſtantiali*, nempe in ſtatu *phyſico* & *ſenſibili* C. in ſtatu *metaphyſico*, prout hic *in metaphyſica* accipitur N.

Ob. 3. *Contra 2. Propoſ.* Iſta hæcceitas de ſe eſt actus *ſingularis*: ergo jam ſupponit naturam tanquam *ſingularem*. R. N. C. & *Retorq. rationalitas* eſt actus *rationalis* in *animali*: ergo jam ſupponit *animal rationale*. Dein hæcceitas eſt modus intrinſecus, a natura *inſeparabilis*, ſive *metaphyſicus*, iſtud vero argumentum videtur ſupponere pro ſtatu phyſico, & *ſeparabili*. Hæcceitas vero intrinſece, ac metaphyſice.

Inſt. Iſte actus, quo natura fit ſingularis, deberet eſſe *perfectior* quam natura ſeu *eſſentia*, quia *actus* ſemper eſt perfectior, quam *potentia*, qualis in hoc ſtatu eſſet natura: atqui hoc non: ergo. p. m. Eſſentia enim eſt utique longe perfectior, quam ſingularitas. R. D. M. deberet eſſe perfectior in ratione entitatis N. M. in ratione actûs *determinantis*. *Subdiſt.* niſi ille ipſe actus, (qui tamen melius diceretur *modus*) eſſet inſeparabiliter eſſentiæ identificatus, & ab ea metaphyſice fluens C. M. hoc ſtante. N. M. &c. ad prob.

ſimiliter D. A. eſſentia eſt longe perfectior ſingularitate in entitate c. A. in ratione *determinantis*. N. A. & C. eſſentia non eſt determinata ſine hæcceitate, ſed *indifferens* ſeu *univerſalis*, ut paulo poſt dicetur: ergo in ratione *determinantis* non eſt perfectior, imo ipſa nequit *determinare*, ſed debet *determinari*, vel potius *modificari* per hæcceitatem. (CXLIX.)

Ex diſtinctione hæcceitatis a natura nil abſurdi ſequitur.

Ob. 4. *Contra* 3. *Propoſ.* Si hæcceitas ab eſſentia *actu* diſtingueretur, tunc poſſet dari aliquid *exiſtens*, quod non eſſet *hoc*: atqui hoc eſt abſurdum: ergo & id, unde ſequitur. R. N. M. vel *Diſt.* ſi actu diſtingueretur ſicut res, a parte rei ab eſſentia ſeparabilis. C. M. Si tantum, ut *modus metaphyſicus*, ab eſſentia emanans. N. M. & D. m. illud *primum* eſſet abſurdum. C. m. iſtud *2dum* N. m. & C. ratio *hæcceitatis* æque (*metaphyſice* loquendo) in ſuo genere *modali*, non eſt ratio *exiſtentiæ*, ſicut v. g. ratio *animalitatis* (in ſuo genere *formali*) non eſt ipſa ratio *rationalitatis*.

Inſt. Vel hæcceitas eſt *prior*, quam exiſtentia, vel eſt *poſterior*? non 1*mum*; alias eſſet aliquid *hoc*, quin exiſtat.

Non

non 2*dum*, quia, ſi jam *exiſteret*, jam quoque adeſſet *individuum*, & conſequenter ſuperflua eſſet hæcceitas. R. quod ſit *prior*. ad prob. D. ſeq. ſi eſſet prior tempore. c. ſ. ſi tantum prior ſuppoſitione, & ſecundum emanationem metaphyſicam conceptûs objectivi. N. ſ. in metaphyſicis, ubi omnia realiter ſunt *identificata*, ſola priorias *metaphyſica*, & *ſuppoſitionis* locum habet.

ARTICULUS III.

Quidnam rei ſit ſubſiſtentia, ſuppoſitum, ſeu perſona?

CLI. S*ubſiſtentia*, prout a Theologis accipitur, eſt illa *ratio*, propter quam *ſubſtantia quævis*, *ſeu natura completa* PER SE, *& non* IN ALIO *digniore per unionem phyſicam exiſtit*. Quodſi ejusmodi ſubſtantia ſit *intellectiva*, vel *rationalis*, illa dicitur PERSONA ſeu *perſonalitas*, vel græce ὑπόστασις, & definitur: *naturæ individuæ completæ atque intellectivæ ſeu rationalis*, *incommunicabilis exiſtentia*; ſin autem non tantum pro *intellectivis* & *rationalibus*, ſed etiam pro *ratione deſtitutis* accipiatur, SUPPOSITUM vocatur. Sic v. g. *Petrus*, *Paulus*

Subſiſtentia.

Perſona, ſeu hypoſtaſis.

Suppoſitum.

importat ſimul *ſubjectum*, quod album eſt, & *formam* ſenſibilem illi ſubjecto inhærentem, ſcilicet *albedinem*.

Differentia numerica & ſpecifica unde deſumatur?

CXLV. Quoniam ea, quæ ſunt *hæc*, ſi *plura* fuerint, *numerum* conſtituunt, hinc ea, quæ ſunt *hoc*, *hoc*, *hoc* &c. etiam *numero differre* dicuntur: in hoc ergo fundatur *diſtinctio numerica*, ſicut in *forma*, ſeu *eſſentia* fundatur *diſtinctio ſpecifica*, ita ut tantum illa *ſpecie* differant, quæ habent diverſam *formam ſpecificam*, e. g. *homo* & *brutum*; illa vero *numero*, quæ habent diverſas *hæcceitates*, ut v. g. *Petrus*, *Paulus* &c. quorum prior in ſcholis dicitur gaudere *Petreitate*, 2dus *Pauleitate* &c.

Varia individuationis principia a philoſophis aſſignantur.

CXLVI. Circa principium individuationis *extrinſecum*, ſeu *quoad nos* (Log. *fol.* 59.) omnes conveniunt; peti namque ſolet ex *complexo omnium notarum*, objecto inhærentium, quæ continentur noto illo verſiculo: *forma*, *figura* &c. (Log. *fol.* 60.) conformiter definitioni *Leubnitianæ* mox traditæ; (CXLIV.) circa principium vero individuationis *intrinſecum* ſcholaſtici non parum diſcrepant, alii ſiquidem pro ejusmodi principio ipſam rei *eſſentiam*,

alii

alii (nempe *Thomiſtæ*) *materiam ſignatam quantitate*, *Scotiſtæ* demum *Hæcceitatem* ſuam aſſignant, quibuscum ſit.

PROPOSITIO I.

Neque ipſa rei eſſentia, neque materia ſignata quantitate poteſt eſſe intrinſecum individuationis principium.

CXLVII. PROBATUR I. *Pars.* Per *eſſentiam* individuum non conſtituitur *hoc*: ergo eſſentia non poteſt eſſe individuationis principium. (CXLIV.) p. A. eadem eſſentia ſimul & ſemel poteſt eſſe in *pluribus* individuis, & revera *penes eſſentiam* ſingula individua conveniunt, cum ſint in *eadem* ſpecie: (Log. *fol.* 58.) ergo per *eſſentiam* non redditur ratio, cur unum individuum non ſit aliud? & conſequenter nec per eam individuum conſtituitur *hoc*. (CXLIV.) Intellige *in ſenſu formali;* nam in *ſenſu reali* denuo Scotiſtæ fatentur, ſuam Hæcceitatem eſſe *realiter* eſſentiæ *identificatam*, & non niſi *modum ejus intrinſecum* inſtar *exiſtentiæ*, (CXLII.) ut mox dicetur. Eſſentia non eſt individuationis principium intrinſecum.

PRO-

Nec materia, ſignata quantitate.

Probatur 2. *Pars.* I. Omnia individua corporea habent *materiam*, & *quantitatem*: (id quod ex *phyſica* tanquam certum hic ſupponitur) ergo *materia* cum *quantitate* eſt *communis* omnibus, & non *ſingularis*, conſequenter nec eſt ratio clara unum individuum ab altero diſcernendi. II. *Materia* & *quantitas* in rebus corporeis varie *modificantur*, id eſt, vel *augentur*, vel *minuuntur*, vel etiam (ſaltem divinitus) hæc ab illa *tolli* poteſt, & tamen individua non *mutantur*, ſed ſemper manent *eadem*: ergo materia ſignata quantitate non poteſt eſſe *principium individuationis*. III. *Materia* jam *exiſtens* & *ſingularis* eſt prorſus indifferens ad hanc vel illam *quantitatem*: ergo per eam non *redditur* ſingularis, ſed ſupponitur. IV. Dantur individua *ſpiritualia* ut v. g. Angelus *Michael*, *Gabriel* &c. (uti contra *Thomiſtas* Scholæ omnes tuentur) item *hæc anima* Petri v. g. aut *hæc anima* Pauli &c, in his tamen individuis non adeſt *materia*, nec *quantitas*: ergo &c. V. *Denique quantitas* (ut alibi dicetur) nil aliud eſt, quam *magnitudo*: atqui hæc non eſt ratio unum *individuum intrinſece* diſcernendi ab altero: ergo. p. m. Penes

ma-

magnitudinem potius unum individuum dicitur *æquale*, ſeu *idem* cum alio individuo: ergo non eſt ratio unum *diſcernendi* ab altero, ſaltem *intrinſece*. Conſequenter &c.

PROPOSITIO II.

Principium individuationis intrinſecum eſt Hacceitas.

CXLVIII. PROBATUR. Natura quævis ſpecifica de ſe, & *ab intrinſeco* a parte rei eſt *univerſalis*, ac prorſus indifferens ad eſſe τȣ̃ *ſingularis*: ergo fit intrinſece *ſingularis* per *Hæcceitatem*, tanquam per differentiæ gradum ultimum. A. patebit ex infra dicendis. c. p. per illud natura fit *intrinſece ſingularis*, per quod ultimo redditur *incommunicabilis* alteri ejusdem ſpeciei, & conſtituitur *hæc*: atqui hæc omnia habentur per *hæcceitatem*: ergo. p. m. Sicut ſe habet *ſpecies* ad *genus*, ita ſe habet *ſingulare* ad *ſpeciem*: atqui ſpecies per *gradum differentialem* diſtinguitur a *genere*, & conſtituitur in ratione *ſpeciei*: ergo etiam individuum per gradum iſtum *hæcceitatis* diſtinguitur a *ſpecie*, & conſtituitur intrinſece fed Hæcceitas,

in

in ratione *individui.* m. conſtat, & M. pariter; concepta enim formaliter hæcceitate concipitur formaliter *individuum*, & hac non concepta æque parum concipitur, ac non concepta *ratione differentiali* non concipitur *ſpecies.*

PROPOSITIO III.

Hæcceitas eſt modus intrinſecus, a natura, quam efficit, formaliter modaliter diſtinctus.

Quæ eſt modus intrinſecus naturæ.

CXLIX. PROBATUR eodem fere modo, quo ſupra de *exiſtentia* dictum eſt. (CXLII.) Hæcceitas enim naturam, quæ de ſe eſt *univerſalis*, *modificat* ſeu determinat, ut ſit *hæc*, (n. præc.) realiter tamen cum illa *identificatur*, cum non detur a parte rei *mutua* ſeparabilitas inter conceptum objectivum *hæcceitatis* & *naturæ*, eo-quod *hæcceitas* ſit ipſa *natura*, ſeu eſſentia omnimode *determinata*, & quaſi ad alium ſtatum, nempe ad *eſſe hoc* contracta: ergo eſt modus intrinſecus æqualiter diſtinctus, ſicut *exiſtentia* &c.

Sol-

Solvuntur Objectiones.

CL. **O**B. I. *Contra* I. *propoſ.* Eſſentia ſive natura *ex ſe* poteſt eſſe *ſingularis*: ergo ſuperflua eſt *Hæcceitas Scotiſtica*. p. A. eſſentia ex ſe habet ſuum *eſſe ſimpliciter*: ergo etiam ex ſe habet *eſſe hoc*. R. N. A. ad prob. N. C. argumentum probat nimium, ſcilicet nec dari *differentiam ſpecificam*; poſſet enim eodem jure inferri: v. g. *animal ex ſe habet τὸ eſſe animalitatis*: ergo etiam idem *animal ex ſe habet eſſe τῆ rationalitatis*, quod tamen falſum eſt.

Eſſentia non eſt ex ſe ſingularis.

Inſt. I. Homo ex eſſentia ſua tantum dicit *unum* hominem: ergo eo ipſo ex eſſentia ſua eſt *hic*. R. N. A. nam homo ex *eſſentia ſua* nude conſiderata *abſtrahit*, & præciſe dicit idem ac *animal rationale*, in quo conſiſtit *ſpecies* humana, quæ eſt *univerſalis*, & conſtituit tertium *univerſale*: (Log. *fol.* 58.) ergo ut fiat *hic* homo, requiritur modus intrinſece determinans eſſentiam. (CXVIII. II.)

Inſt. 2. Ergo ad ſummum *exiſtentia* erit ratio individuans. p. Illat. hæc enim eſt ultimus actus eſſentiæ: ergo. R. N.

Exiſtentia nequit eſſe ratio

indivi-duans.

III. ad prob. D. A. eſt ultimus actus in ratione *exiſtendi*, ſeu per quem eſſentia ponitur extra nihilum. C. A. in ratione *individui*, ſeu per quem res dicatur *hæc* N. A. & C. Argumenta porro *Thomiſtarum* pro ſua *materia ſignata quantitate* vel laborant falſo *ſuppoſito*, (*ſi quantitas* in ſenſu Neotericorum accipiatur) vel ſolum probant, quod ipſa ſit principium individuationis *extrinſecum*, ut ex dictis patet; nam *quantitas* a Thomiſtis inter *accidentia* phyſica & abſoluta numeratur: atqui per *accidentia* res quælibet non niſi *extrinſece* ab alia differt: (CXLVI.) ergo. Sed adhuc

Materia cum quātitate ſolum remote, extrinſece, ſenſibiliter, ac phyſice individuat,

Ob. 2. Materia habens quantitatem v.g. in utero Materno, eſt occaſio, ut Deus animam infundat, ex qua infuſione primum oritur aliquod individuum, ſcilicet *hic homo*: ergo principium individuationis eſt *materia ſignata quantitate*. R. N. c. vel D. c. eſt principium individuationis ſolum *remotum*, & pro ſtatu *phyſico*, atque *ſenſibili* tr. c. eſt principium formale, intrinſecum, & pro ſtatu *metaphyſico*. N. c. & c. ſimiliter reſponderi debet, quando dicunt Thomiſtæ, *individuationem* debere

bere provenire ab aliquo *principio ſubſtantiali*, nempe in ſtatu *phyſico* & *ſenſibili* C. in ſtatu *metaphyſico*, prout hic *in metaphyſica* accipitur N.

Ob. 3. *Contra* 2. *Propoſ.* Iſta hæcceitas de ſe eſt actus *ſingularis*: ergo jam ſupponit naturam tanquam *ſingularem*. R. N. C. & *Retorq. rationalitas* eſt actus *rationalis* in *animali*: ergo jam ſupponit *animal rationale*. Dein hæcceitas eſt modus intrinſecus, a natura *inſeparabilis*, ſive *metaphyſicus*, iſtud vero argumentum videtur ſupponere pro ſtatu phyſico, & *ſeparabili*.

Hæcceitas vero intrinſece, ac metaphyſice.

Inſt. Iſte actus, quo natura fit ſingularis, deberet eſſe *perfectior* quam natura ſeu *eſſentia*, quia *actus* ſemper eſt perfectior, quam *potentia*, qualis in hoc ſtatu eſſet natura: atqui hoc non: ergo. p. m. Eſſentia enim eſt utique longe perfectior, quam ſingularitas. R. D. M. deberet eſſe perfectior in ratione entitatis N. M. in ratione actûs *determinantis. Subdiſt.* niſi ille ipſe actus, (qui tamen melius diceretur *modus*) eſſet inſeparabiliter eſſentiæ identificatus, & ab ea metaphyſice fluens C. M. hoc ſtante. N. M. &c. ad prob.

ſimiliter D. A. eſſentia eſt longe perfectior ſingularitate in entitate c. A. in ratione *determinantis.* N. A. & C. eſſentia non eſt determinata ſine hæcceitate, ſed *indifferens* ſeu *univerſalis*, ut paulo poſt dicetur: ergo in ratione *determinantis* non eſt perfectior, imo ipſa nequit *determinare*, ſed debet *determinari*, vel potius *modificari* per hæcceitatem. (CXLIX.)

Ex diſtinctione hæcceitatis a natura nil abſurdi ſequitur.

Ob. 4. *Contra* 3. *Propoſ.* Si hæcceitas ab eſſentia *actu* diſtingueretur, tunc poſſet dari aliquid *exiſtens*, quod non eſſet *hoc*: atqui hoc eſt abſurdum: ergo & id, unde ſequitur. R. N. M. vel *Diſt.* ſi actu diſtingueretur ſicut res, a parte rei ab eſſentia ſeparabilis. C. M. Si tantum, ut *modus metaphyſicus*, ab eſſentia emanans. N. M. & D. m. illud *primum* eſſet abſurdum. C. m. iſtud 2*dum* N. m. & C. ratio *hecceitatis* æque (*metaphyſice* loquendo) in ſuo genere *modali*, non eſt ratio *exiſtentiæ*, ſicut v. g. ratio *animalitatis* (in ſuo genere *formali*) non eſt ipſa ratio *rationalitatis.*

Inſt. Vel hæcceitas eſt *prior*, quam exiſtentia, vel eſt *poſterior*? non 1*mum*; alias eſſet aliquid *hoc*, quin exiſtat.

Non

non 2dum, quia, ſi jam *exiſteret*, jam quoque adeſſet *individuum*, & conſequenter ſuperflua eſſet hæcceitas. R. quod ſit *prior*. ad prob. D. ſeq. ſi eſſet prior tempore. c. ſ. ſi tantum prior ſuppoſitione, & ſecundum emanationem metaphyſicam conceptûs objectivi. N. ſ. in metaphyſicis; ubi omnia realiter ſunt *identificata*, ſola priorias *metaphyſica*, & *ſuppoſitionis* locum habet.

ARTICULUS III.

Quidnam rei ſit ſubſiſtentia, ſuppoſitum, ſeu perſona?

CLI. *Subſiſtentia*, prout a Theologis accipitur, eſt illa *ratio*, *propter quam ſubſtantia quævis*, *ſeu natura completa* PER SE, & *non* IN ALIO *digniore per unionem phyſicam exiſtit*. Quodſi ejusmodi ſubſtantia ſit *intellectiva*, vel *rationalis*, illa dicitur PERSONA ſeu *perſonalitas*, vel græce ὑπόστασις, & definitur: *naturæ individuæ completæ atque intellectivæ ſeu rationalis*, *incommunicabilis exiſtentia*; ſin autem non tantum pro *intellectivis* & *rationalibus*, ſed etiam pro *ratione deſtitutis* accipiatur, SUPPOSITUM vocatur. Sic v. g. *Petrus*, *Paulus* Subſiſtentia. Perſona; ſeu hypoſtaſis. Suppoſitum.

lus &c. ſunt *perſonæ* vel *ſuppoſita*; *ſol* autem vel equus ſolummodo *ſuppoſita*, quamquam in uſu loquendi iſta terminorum proprietas & vocabulorum reſtrictio ſæpe non attendatur.

Perſonã realiter a natura diſtingui fides nos docet. CLII. *Scholion.* De ſubſiſtentia nulli ex *Ethnicis* philoſophis quidquam innotuit, utpote ex ſolo *incarnationis Divinæ* myſterio orbi palam facta, ex quo ſcimus, *ſuppoſitum* ſeu *perſonam* in creatis diſtingui a *natura* ſive *eſſentia*, diſtinctione, ſuo modo, reali, eoquod inter *naturam* & *perſonam* intercedat *ſeparabilitas*; cum Christus Dominus in ſua Incarnatione factus ſit *perfectus homo*, aſſumendo ſcilicet perfectam & adæquatam *naturam* humanam, eamque naturæ Divinæ hypoſtatice uniendo; quin tamen *perſonam* quoque humanam aſſumpſerit; ſic enim fides nos docet, quod compoſitum illud *Theandricum* (*homo DEUS* a Theologis dicitur) non niſi *unica* conſtet *perſonâ*, & hinc tanquam hæretici a communione fidelium ejecti ſunt omnes, quicunque *naturam* cum *perſona* in eodem ſenſu acceptare auſi ſunt, quales fuere *Neſtoriani* & *Eutychiani*, quorum *primi* duas æque in Chriſto perſo-

ſonas, ſicut naturas, *poſtremi* vero unam ſolummodo naturam ſicut & perſonam adſtruere ſolebant. Similiter ob eandem cauſam a Conciliis & SS. PP. Damnati ſunt *Sabelliani*, qui unam duntaxat in Deo *perſonam*, & *Ariani* qui triplicem *naturam* deſignabant, abutentes maxime voce *hypoſtaſis*, ſub qua primis Eccleſiæ temporibus aliqui ex Patribus *ſubſtantiam* ſeu *naturam*, alii vero *perſonam* intelligebant, in quo *poſtremo* ſenſu nunc vox illa communiter uſurpatur ab Eccleſia Latina, imo prætermiſſo *hypoſtaſis* nomine ſolum nunc paſſim in Conciliis auditur *perſonæ* nomen.

CLIII. *Subſiſtentia*, ſi in ſenſu proprio accipiatur differt I. ab *exiſtentia*, utpote per quam ſubſtantia præciſe ponitur extra ſuas cauſas, & fit *actualis*, nec amplius manet poſſibilis; (L.) unde illa ſolum eſt modus intrinſecus, nullo modo *realiter*, (CXL.) imo nec ſtricte *formaliter* diſtinctus, (CXLI.) & conſequenter etiam a ſubſtantia, ſeu natura humana *inſeparabilis*: *ſubſiſtentia* econtra facit naturam *incommunicabilem alteri*, ceu ſuppoſito, atque a natura realiter (ſaltem *inadæquate*) Subſiſtentia differt ab exiſtentia,

te) diſtinguitur, cum ab illa poſſit abeſſe ac *ſeparari*, prout & defacto ſeparata aſt a natura humana, cum ſit Verbo Divino actu *communicata*, & hypoſtatice *unita*. II. Differt quoque a *ſuppoſito*, ſeu *perſona*, quia τὸ *eſſe ſuppoſitum* denotat ens *per ſe*, ac *ſubſtantiale*: at *ſubſiſtentia creata*, (aliter de *Divinis* perſonalitatibus loquendum) eſt pura *negatio*, ut mox dicetur; hinc Axioma illud, quo dicitur: *actiones ſunt ſuppoſitorum*, vult, ut, quidquid agit *perſona* v. g. Cajus, non ſit actio ſeu effectus ſolius *animæ*, aut *corporis*, nec ſolius *naturæ*, ut contradiſtinctæ a ſubſiſtentia, ſed ut *habentis ſubſiſtentiam*; actiones nempe omnes, cum nil aliud a parte rei ſint, niſi *effectus ſingulares*, eliciuntur quoque ab agentibus *ſingularibus*, & *ſubſiſtentibus*, adeoque a *ſuppoſitis*.

& a ſuppoſito, ſeu perſona.

In quo ſenſu Actiones ſint ſuppoſitorum?

De ſubſiſtentia duæ ſunt ſententiæ,

CLIV. De *ſubſiſtentiæ* proprie acceptæ natura multum inter ſe diſputant ſcholaſtici, num ſcilicet in *poſitivo*, an vero in *negativo* conſiſtat? qui *primam* tuentur ſententiam, ut plurimum docent, *ſubſiſtentiam* vel *ſuppoſitalitatem* aut *perſonalitatem* (nam omnes iſti tres termini in ſcholis plane *Synoymi* habentur) eſſe ali-

quem *modum poſitivum*, per quem natura hæc reddatur *in ſe ſubſiſtens*, & alteri perſonæ *incommunicabilis*, ita ut cum ente perfectiori *uniri* non poſſit, adeoque per hunc modum in & cum natura conſtitui *ſuppoſitum*. Quoniam porro in Chriſto fuit humanitas *unita* verbo infinite digniori, hinc concludunt, *ſubſiſtentiam* cum *unione hypoſtatica* ſtare non potuiſſe. Qui uutem pro 2*da* ſtant ſententia, volunt, ſubſiſtentiam creatam in *negatione unionis cum ente perfectiore* formaliter conſiſtere, atque *ſuppoſitum creatum* nil aliud exiſtere, quam naturam, ſeu ſubſtantiam creatam completam ſingularem, *non unitam* alteri ſubſtantiæ, quacum conſtituat totum aliquod perfectius, aut dignius, in quo ſiſtat, & cui tanquam principio attribuantur operationes: cum porro *natura humana* per Filii Divini Incarnationem *unita* ſit verbo, & cum eo conſtituat compoſitum *Theandricum* (id eſt *Divino-humanum*) utique illo *perfectius*, quod natura humana cum ſuppoſito humano produxiſſet, inde deducunt, illam naturam a verbo Divino aſſumptam non habere *ſubſiſtentiam propriam*, (ſeu *negationem unionis cum digniore*) ſed *alienam*.

Utraque ſententia multas pro ſe adducit tum *authoritates*, tum *rationes*; nobis (exercitii ſaltem cauſa) 2*da* præplacet, hinc ponitur.

PROPOSITIO.

Subſiſtentia conſiſtit in negativo.

Subſiſtentia conſiſtit in negativo.

CLV. PROBATUR. Subſiſtentia ad nullam claſſem entium *poſitivorum* reduci valet: ergo conſiſtit in ſola *negatione*. p. A. entia poſitiva ſunt vel *phyſica*, vel *metaphyſica*, ea nempe omnia, quæ ſub *categoriis* VV. aut Recentiorum in logica (Log. fol. 69. & 88.) continentur: atqui ſubſiſtentia nec eſt ens *phyſicum*, nec *metaphyſicum*: ergo. p. m. quoad 1. *p. phyſica* ſunt, quæcunque in orbe ſpectantur, aut nobis per ſenſus innoteſcunt: atqui illa omnia ſunt vel *ſubſtantiæ*, vel *accidentia*, aut *modi*; (Log. *fol. cit.*) ſubſiſtentia vero 1*mo* non eſt *ſubſtantia*; alias, dum CHRISTUS aſſumendo naturam humanam illius ſubſiſtentiam dimiſit, aliquid *ſubſtantiale* τ8 *hominis* dimiſiſſet, ſicque non foret *perfectus homo*, quod eſt contra fidem. 2*do*. Nec eſt *accidens*, quia in utraque categoria non datur *acci-*

dens

dens, aut *modus*, quem *Chriſtus* ſuæ divinitati Hypoſtatice non univerit; habuit enim *quantitatem*, & *qualitates* corporis naturalis; itemque *figuram*, *menſuram*, *motum* &c. non tamen *ſubſiſtentiam* humanam: ergo ſubſiſtentia non eſt quid *phyſicum*. Quoad 2. *p.* entia omnia, ſive realitates *metaphyſicæ* ſunt *inſeparabiles*; Cum ſint realiter *identificatæ*: (LXXI.) ſubſiſtentia autem non eſt *inſeparabilis* a natura humana, ſed potius actu ab illa fuit *ſeparata* in Chriſto: ergo non eſt quid *metaphyſicum*. Conſequenter nullum ens *poſitivum*, ſed mera negatio.

Confirmatur. I. De fide eſt, quod verbum divinum hypoſtatice ſibi unierit *totam naturam humanam*: atqui, licet non aſſumpſerit *ſubſiſtentiam*, tanquam *negationem*, adhuc vere poteſt dici, quod ſibi *totam naturam humanam unierit*; nam ſine *negatione* iſtâ natura humana eſt utique *integra*, & iſta negatio nil aliud dicit, quam *non uniri*, *non communicari*, ſeu *non aſſumi*: (CLIV.) ergo eo ipſo, ſi hæc *negatio* tollitur, & a Chriſto dimittitur, *tota* natura humana eſt *unita* verbo divino: econtra ſi ſubſiſtentia eſſet quid *poſitivum*, etiam hanc

hanc debuiſſet VERBUM aſſumere, cum omne *poſitivum* aſſumpſerit. II. Si ſubſiſtentia eſſet *modus* poſitivus, (CLIV.) non poſſet *ſeparari* a natura ſingulari, cum modus ſit *inſeparabilis* a re, cujus eſt *modus*: (Log. *fol.* 89.) atqui ſubſiſtentia creata *ſeparatur* actu a natura humana creata Chriſti, ut mox dictum eſt: ergo non eſt *modus poſitivus*. III. *Subſiſtentia* (etiam prout ab adverſæ partis auctoribus accipitur) nil aliud eſt quam *ultimum ſubſtantiæ complementum*, quo ſubſtantia fit *ſui juris*, ac totum & integrum ſuarum *functionum*, *aut proprietatum principium*: atqui ejusmodi complementum nullam addit *entitatem poſitivam* naturæ, ſed tantum *incommunicabilitatem*, ſeu *negationem communicabilitatis*, quemadmodum *terminus*, aut *figura* corporis addit tantum *negationem* ulterioris extenſionis, ut ait Cl. PURCHOTIUS *Exercitat. Ontol. diſp. III. q. X.* ergo.

Solvuntur Objectiones.

Quomodo verbũ Divinum conſum-

CLVI. OB. I. Verbum divinum ſecundum SS. Patres *aſſumpſit naturam humanam*, & *conſumpſit perſonam*: atqui ſi perſonalitas ſeu ſubſiſtentia foret mera *negatio*, & non

enti-

entitas poſitiva, *conſumi* non potuiſſet: ergo non eſt mera *negatio*, ſed entitas poſitiva. R. D. M. *Quoad* 2. *membrum. Conſumpſit perſonam*, improprie loquendo, id eſt, quatenus impedivit, ne propria ſubſiſtentia naturæ humanæ reſultaret, ſive ne *natura humana* eſſet principium totum & integrum operationum Chriſti C. M. *conſumpſit* proprie, adeo, ut entitatem aliquam *poſitivam* naturæ humanæ ſuperadditam deſtruxerit. N. M. Similiter D. m. & N. C. eo ipſo, ſi fuit *unita* Verbo divino natura humana, etiam ſublata ſeu *conſumpta* fuit propria ſubſiſtentia, ſive *negatio nnionis cum digniore*. (CLIV.) nempe, ut præclare exſplicat mox cit. Cl. Purchotius, quemadmodum *aquæ gutta* in oceanum injecta ſuam *totalitatem* deperdit, & fit *pars* oceani, quamvis nullam entitatem *poſitivam* amittat: ſic etiam *humanitas* in Chriſto non *deſtructione* aliqua, ſed eo ipſo, quod non *ſeorſim*, ſed *in verbi perſona* ſubſiſtat, *propriam* non habet *ſubſiſtentiam*, hoc eſt, non habet rationem principii *totalis*, & integri ſuarum operationum.

pſerit perſonã humanã?

Inſt. 1. Si ſubſiſtentia eſt mera *negatio:* ergo etiam Verbum Divinum ami-

amiſit *propriam* ſubſiſtentiam in Chriſto, æque ac humanitas ſuam amiſit: atqui hæc illatio nequit admitti: ergo nec id, unde infertur. R. N. *Illatum. diſpar.* eſt, quia natura humana unita eſt VERBO tanquam *nobiliori;* (ſicut gutta unitur oceano tanquam præſtantiori) unde, quemadmodum gutta, non vero oceanus rationem *totius* amittit, ſic etiam natura humana, non autem Verbum divinum caret propria ſubſiſtentia in CHRISTO; nam Verbum divinum poſt unionem Hypoſtaticam remanet adhuc principium *totum* attributorum ſuorum *notionalium*, ſive *perſonalium*, e. g. generatur a Patre &c. Econtra vero humanitas non eſt principium *integrum* actionum humanarum; nam *actiones ſunt ſuppoſitorum*, (CLIII.) & actiones Chriſti non *humanæ* tantum erant, ſed *Theandricæ*, id eſt, *divino-humanæ*: ergo &c.

Inſt. 2. Natura humana in Chriſto vel *aliquid* amiſit, vel *nihil*? R. illam nihil *proprie* amiſiſſe, ſed eam nunquam habuiſſe *rationem perſonæ*, ſeu *perſonalitatis*, quæ eſt aliquid *connotativum*, non vero aliquid *entitativum*, naturæ ſuperadditum; nunquam enim natura

huma-

humana in Christo *connotavit* ſuos actus, tanquam eorum principium *totum* & integrum, quodſi tamen extitiſſet *ante* unionem Hypoſtaticam, tunc fuiſſet *ſui juris*, & *totum* ac integrum ſuarum operationum principium, idem accideret, ſi rurſum a Verbo divino dimitteretur. Nempe, ut mox dictum eſt, eo modo remanet *natura humana* in Chriſto Domino, quo modo *totalitas* remanet in aquæ gutta, oceano immerſa, hoc eſt, remanet *ſecundum entitatem*, non vero ſecundum *connotationem*, quam haberet, dum ſola in ſe ſubſiſteret ſine *unione cum digniori*, & ſicut illa gutta rurſum ab oceano extracta atque ſeparata, foret quid *totum* ſine ullius *entitatis* acceſſione, ita etiam natura humana Chriſti, ſi dimitteretur à Verbo divino, in ſe ſubſiſteret *propria ſubſiſtentia* absque ullius *entitatis poſitivæ* acceſſione: nunc autem, quemadmodum illa ipſa aquæ gutta oceano mixta non habet veram rationem *totius*, ſed *partis*, ſic pariter natura humana in Chriſto non habet propriam rationem *ſubſiſtentis*, (ſive non habet ſubſiſtentiam, quantum *ad connotationem*) cum ſuas operationes non *connotet* tanquam earum *principium totum*

&

& integrum; habet tamen ſubſiſtentiam *quoad entitatem*, hoc eſt, natura humana tanquam *entitas poſitiva* vere ſubſiſtit in *Verbo divino*.

In quo ſenſu verbum Divinum ſuppleverit negationem?

Ob. 2. Si ſubſiſtentia foret tantum *negatio*, tunc Verbum divinum ſolam duntaxat *negationem* ſupplevit: atqui hoc dicere eſt indecorum: ergo non eſt ſola negatio. R. D. M. ſupplevit negationem *complebilitatis*, hoc eſt, effecit, ut natura humana in Chriſto Domino *compleri*, aut *cum digniore uniri* amplius non poſſet C. M. ſupplevit *negationem*, ſeu *carentiam complementi* tantum. N. M. & D. m. hoc 2dum fuiſſet indecorum C. m. illud primum. N. m. & C. natura humana a Verbo divino ſuſtentata habuit *exiſtentiam* propriam, cum hæc ſit eſſentiæ realiter identificata, (CXL.) conſequenter etiam habuit ſuum *poſſibilitatis complementum*, (L.) non autem habuit *perſonam*, quia hæc vox *connotationem* includit, nec convenit *omni* naturæ rationali, ſed ei tantum, quæ non eſt *Hypoſtatice*, ſeu *perſonaliter* alteri nobiliori unita, ſive quæ ſuos actus connotat tanquam eorum principium *totum* & integrum: non eſt autem *duplex* ejusmodi integrum

prin-

principium operationum in Chriſto, conſequenter nec *duplex perſona*, ſed una unica, nempe divina, ſupplens in natura humana negationem *complebilitatis* &c.

Inſt. Natura humana in Chriſto fuit *liberrima*: ergo fuit *ſui juris*. R. D. C. fuit ſui juris ut *natura*, quæ tamen non erat principium *totale* ſuarum operationum C. c. fuit ſui juris, *ut perſona*, ſeu ut principium *totum* & integrum ſuarum operationum. N. C. & C.

Item in quo ſtatu conſtitutam aſſumpſerit naturam humanam?

Ob. 3. De una & eadem re affirmari non poſſunt prædicata contradictoria: atqui de *natura* humana & *perſonalitate* affirmari poſſunt prædicata contradictoria: ergo *natura* & *perſonalitas* non ſunt una & eadem res. p. m. dicimus enim, quod Verbum divinum *aſſumpſerit* naturam humanam, & *non aſſumpſerit* perſonalitatem: ergo, R. C. totum, ſi exinde inferatur, quod natura humana ſit entitas *poſitiva*; perſonalitas vero ſit *negatio* communicabilitatis, realiter (ſaltem *inadæquate*) a natura diſtincta. Ad *prob.* D. A. Verbum divinum aſſumpſit naturam humanam, quæ tamen non fuit ſui juris, C. A. quæ fuit ſui juris, ac principium *totum* & integrum ſuarum ope-

rationum, N. A. & C. non poteſt quidem eſſe unio ſubſtantialis inter duo entia completa tam in ratione *perſonæ*, quam in ratione *naturæ*; bene vero, ſi unum ex illis entibus ſit tantum completum in ratione *naturæ*, prout Theologi loquuntur; ſic autem *natura humana* in Chriſto eſt tantum completa in ratione *naturæ*, non vero in rationæ *perſonæ* ſeu *ſuppoſiti*, cum non ſit principium *totum* & integrum ſuarum operationum, ut ſæpe jam dictum eſt.

In quo ſenſu natura humana per propriam ſubſiſtentiam fiat independens?

Ob. 4. Si natura humana per ſuam ſubſiſtentiam non eſt amplius communicabilis, tunc fit *independens*: atqui hæc *independentia* eſt perfectio *poſitiva*: ergo etiam illud, per quod hæc perfectio comparatur, eſt aliquid *poſitivum*, nempe ipſa ſubſiſtentia. R. D. M. fit independens, id eſt, habet in ſe *negationem unionis cum digniore*, C. M. in alio ſenſu. N. M. & D. m. hæc independentia eſt perfectio *poſitiva*, ſi ab aliqua *ignominioſa* dependentia liberaret. C. m. In dato caſu, ubi liberat a dependentia unionis cum perſona *digniore*, ſcilicet cum verbo Divino, naturam humanam ſuſtentante. N. m. &

C.

C. Dependentia a perſonalitate Divina cum ſit ſumme perfecta, potius e contrario inferri debet, imperfectas eſſe naturas omnes, quæcunque verbo Divino Hypoſtatice unitæ non fuere.

Ob. 5. Negatio eſt *nihil*: atqui per nihil aliquid eſt idem, ac non ſubſiſtens: ergo, per talem negationem ſubſtantia nequit dici ſubſiſtens. R. D. M. Eſt nihil poſitivum C. M. prorſus nullum conceptum nobis ingenerans. N. M. Similiter D. m. N. C.

Negatio eſt quidē nihil poſitivum, revera tamen aliquem conceptū habet.

Ob. 6. Omnis negatio fundatur in poſitivo: atqui ſubſiſtentia eſt negatio: ergo fundatur in poſitivo. R. D. M. Negatio *inſeparabilis* fundatur in poſitivo C. M. *ſeparabilis*, qualis eſt ſubſiſtentia. N. M. & ſic D. m. N. C. multa, etiam in *arbore prædicabilium*, enuntiantur per terminos *negativos*, quæ tamen in ſe ſunt poſitiva, ob ignoratam ſcilicet *ultimam differentiam*, e. g. *incorporeum*, *inanimatum*, *irrationale* &c. ſunt nempe hæc omnia entia *phyſica*, aut *metaphyſica*, eo ipſo, quod ad alterutram *Categoriam* referri queant, nihil autem tale de *ſubſiſtentia* dici valet. (CLV.)

Diſcrimē fieri debet inter negationem ſeparabilem, ac inſeparabilem.

R 2 *Inſt.* 1.

Inſt. 1. Omne id, quod eſt *ultimum* in re, illamque vere *determinat*, eſt aliquid poſitivum: atqui ſubſiſtentia ſic vere naturam ultimo determinat: ergo eſt aliquid poſitivnm. p. M. In *continuo* v. g. in linea debet eſſe aliquod punctum *poſitivum*, in quo linea ultimo quieſcat & terminetur: ergo a pari. R. N. M. ad *prob.* N. *par.* diſparitas eſt, quia male lineæ terminationem exprimerem per hanc notionem, qua dicerem: *Linea non eſt infinita*: econtra per ſubſiſtentiam nil aliud intelligitur, (per Definitionem ſaltem nominalem) quam quod natura *non* ſit *unita cum digniore*, nec plura ſunt de fide: ergo bene in negativo tantum poteſt conſtitui.

Item inter hæcceitatem, & ſubſiſtentiam.

Inſt. 2. *Hæcceitas*, quæ naturam *ſingularem* facit, conſiſtit in poſitivo, ſicut & *unitas* entis, licet per negationem explicetur: (LXXVI.) ergo id ipſum de *ſubſiſtentia* dicendum eſt. R. N. C. *diſp.* eſt. *Quoad 1mum*, quia *hæcceitas* eſt reducibilis ad *individuum*, ſeu ad *naturam ſingularem*, cui realiter identificata eſt, & quam Verbum Divinum vere aſſumpſit, conſequenter habet locum in *Categoriis*, & quidem ultimum, (Log. *fig. 1.*) quæ omnia longe

ſunt

ſunt a ſubſiſtentia. Pariter *quoad 2dum unitas entis* eſt quid ab eo *inſeparabile*, (LXXX, & LXXXI.) adeoque poteſt reduci ad proprietates entis, (n. *cit.*) nihil tale de ſubſiſtentia dici valet: Ergo,

Ob. 7. Perſonalitas in Divinis eſt aliquid poſitivum juxta omnes Theologos: Ergo etiam Perſonalitas ſeu ſubſiſtentia in Creatis. R. N. C. & *parit. Diſp.* eſt petenda ex aliis effectibus *poſitivis*, qui a Perſonalitatibus Divinis proveniunt, cum ibi revera una perſona, *qua perſona*, ſit origo & principium alterius, & Pater per *Paternitatem* generet filium, & filius cum Patre ſpiret ſpiritum S, ſicut & *Perſonalitas Filii* actu aſſumpſit naturam humanam, non vero *Paternitas* Patris &c. Subſiſtentia vero in creatis non habet ullum effectum *poſitivum* &c. **Ac denique inter Perſonalitates Divinas, ac humanas.**

CLVII. *Corollaria.* I. Bene in ſcholis dicitur, quod Perſona *formaliter* accepta ſit negatio duplicis communicabilitatis, *ut quo* ſcilicet, & *ut quod*, illud porro vocant *comunicabile ut quod*, quod communicatur *ut ſuperius ſuis inferioribus*, ut v. g. τὸ *animal* homini & bruto, vel τὸ *homo* Petro & Pau- **Perſona dicit duplicem negationem, ut quo, & ut quod.**

 lo

lo &c. *Communicabile ut quo* illud appellant, quod communicatur alteri *tanquam forma ſubjecto*, vel tanquam *natura ſuppoſito;* unde quia ſubſiſtentia non habet *inferiora*, quibus cōmunicari poſſit, nec aliud *ſuppoſitum*, cui valeat communicari, ideo Perſona & ſuppoſitum eſt incommunicabile *ut quod*, & *ut quo*, ſeu ut alii loquuntur, dicit duplicem negationem dependentiæ *actualis* & *aptitudinalis* ab alio, cum non poſſit alteri communicari, nec tanquam *ſuperius* inferiori, nec tanquam *forma* materiæ, aut velut *anima* corpori, aut *natura ſingularis* ſuppoſito &c.

Nō tamē, ſi fundamentaliter accipiatur.

II. Verum quidem eſt, quod *perſona fundamentaliter* accepta dicat entitatem *poſitivam*, naturam videlicet ſingularem, actu in rerum natura incommunicabiliter exiſtentem, (qua de cauſa etiam a Peripateticis quibusdam ad prædicamentum *ſubſtantiæ* refertur) attamen *formaliter* conſiderata dicit tantum duplicem illam incommunicabilitatem *ut quo*, & *ut quod.*

Perſona humana quomodo ſuppleatur a Verbo Divino?

III. Verbum Divinum ſupplet revera in Chriſto vices *perſonalitatis* humanæ, nam actu facit, quod faceret perſona humana: ita, ut, ſicut per *humanam* perſonam natura humana Chriſti eſſet defacto *incommuni-*

municabilis alteri, ſic talis modo ſit per ſubſiſtentiam increatam Verbi Divini, quæ illam ultimo terminat & complet; unde *ſubſiſtentia* eſt veluti *ſubſtantiæ ſiſtentia*, ſicut *inhærentia*, quæ de accidente dicitur, eſt idem ac entis *in alio hærentia*, ut paulo poſt dicetur.

DISSERTATIO II.

De

Diverſis entium claſſibus.

SECTIO I.

De SUBSTANTIA, & ACCIDENTE.

ARTICULUS I.

Declaratur Notio ſubſtantiæ, quam habet tum in ſcholis Peripateticorum, tum Neotericorum.

Subſtantiæ definitio Controverſa eſt.

CLVIII. Nihil tot inter Philoſophos Concertationes excitavit, teſte Cl. Antonio Gen. *Elem. Metaph. p.* 1. *c.* 2. §. 20. Quam non ſatis enucleata ſubſtantiæ notio, indeque prudenter cenſet, ſubſtantiarum *realium* nos notiones nec claras, nec diſtinctas habere; de re enim clara atque perſpicua vix ulla oriri vel tamdiu agitari ſolet contentio;

tio: juvat igitur, quoniam res tota in hac materia ad definitiones *nominales* denuo devolvitur, pro ſolidiore Tyronum inſtructione, utriusque Philoſophiæ tam Peripateticæ, quam Neotericæ definitiones, ac fluentia exinde Theoremata ponere, & quantum ſatis eſt, declarare.

CLIX. *Subjectum* dicitur id omne a ſcholaſticis, quod *recipit* aliquid a ſe diſtinctum, ab eoque perficitur, ac *determinatur*, (fere ſicut in Logica *fol.* 154. *ſubjectum propoſitionis* vocatur, quod a prædicato determinatur) ſic v. g. *lignum* eſt *ſubjectum* formæ ſeu figuræ Cæſaris, quam a ſtatuario recipit, & *anima rationalis* in corpore organico tanquam *ſubjecto* recepta, iſtud in τὸ *eſſe hominis* perficit, ac determinat, ejusque propterea appellatur *forma* ſeu perfectio aliqua, per quam ſcilicet ſubjectum *in ſuo eſſe completo* conſtituitur, ut ſit *tale* vel *tale*. Subjectū quid ſit juxta Peripateticos?

Forma porro triplici modo dicitur eſſe *in ſubjecto*. 1. *Eſſentialiter* & *metaphyſice*, ſi etiam per abſolutam Dei potentiam ab illo nequit abeſſe, ſic ſe habent *genus* & *differentia* in definito, v. g. ani- triplex modus eſſendi in ſubjecto.

animalitas & rationalitas *in homine*, & *exiſtentia* in *eſſentia actuali* &c. 2. *Phyſice* & *naturaliter*, ſive quando ſolis etiam *naturæ viribus* a ſuo ſubjecto ſeparari valet, e. g. *anima rationalis* a corpore, *albedo* a muro &c. 3. *Moraliter*, quando forma pure *modalis*, non *ſubſtantialis*, eſt in ſuo ſubjecto, a quo ipſa omnimode ita dependet, ut ſine eo non poſſit exiſtere, licet e converſo ſubjectum phyſice exiſtere valeat ſine ejusmodi forma. e. g. *Seſſio* ſine ſubjecto v. g. Petro eſſe nequit, bene vero Petrus ſine *ſeſſione*.

Subjectũ ſuſtentationis,

Rurſum tripliciter poteſt quid eſſe *in ſubjecto*. 1. In ſubjecto *ſuſtentationis*, quando nempe aliquod ſubjectum ita neceſſario illi præſupponitur, ut ſine eo nec fieri, neque exiſtere queat. Sic v. g. Anima bruti juxta Peripateticos inhæret materiæ, tanquam *ſubjecto ſuſtentationis*; item *forma* ſeu *figura* ligni dari nequit, niſi prius *ſubjectum ſuſtentationis* (lignum) detur.

Informationis, ſeu receptionis,

2. In *ſubjecto informationis*, vel *adhæſionis*, ſeu *receptionis*, dum ſcilicet recipitur in eo, quod ad ſui productionem vel exiſtentiam non præſupponitur ita neceſſario. Prout e. g. *anima*

ratio-

rationalis eſt in corpore humano, quæ etiam ſine illo ſimpliciter a Deo creari poſſet, ſicut & aliquando ſine illo exiſtet. 3. In *ſubjecto inhæſionis*, vel *inhærentiæ*, prout omne *accidens* eſſentialiter inhæret ſuo ſubjecto ſubſtantiali, ita ut ſine eo (ſaltem naturaliter) nullatenus eſſe aut ſubſiſtere valeat, ut mox dicetur. Et inhæſionis.

CLX. Jam ex his rite penetratis facile intelligitur notiſſima illa *ſubſtantiæ* definitio, in ſcholis tradi ſolita, quod ſcilicet ſit *ens per ſe exiſtens*, ſive non indigens *ſubjecto inhæſionis*, vel, ut alii explicant, quod ſit ens, in exiſtendo eſſentialiter abſolutum ab alio; (Log. *fol.* 72.) qua de cauſa Scotiſtæ docent, rationem formalem, ſeu *eſſentiam* ſubſtantiæ, conſiſtere in *perſeitate*, (ſaltem radicali, & *exigitiva*) quæ ſit *modus* aliquis *intrinſecus* ac *poſitivus* ſicut *exiſtentia*, per hunc enim conceptum, inquiunt, cum nulla prorſus re *ſubſtantia* convenit, ſed ab omni eo, quod non eſt ſubſtantia, eſſentialiter differt, (æque fere ac Deus per *infinitatem radicalem* ab omni re creata juxta Theologos diſcrepat) ſive dein exiſtat modo *connaturali*, hoc eſt per ſubſiſtentiam *propriam*, ſive *ſuper-*

Subſtantiæ definitio juxta Peripateticos.

quid ſit perſeitas?

ſupernaturali, hoc eſt per ſubſiſtentiam *altioris ordinis*, propriam ſubſiſtentiam abſorbente & ſupplente, ut *humanitas* in Chriſto. (Juxta *Art. præc.*)

Dixi in *perſeitate ſaltem radicali;* ens enim *per ſe exiſtens* non ſolum eſt illud, quod ex natura ſua *actu*, & re ipſa exiſtit absque ſubjecto, ſed etiam quod *poteſt* absque illo exiſtere; alias enim, ſi omnis ſubſtantia *actu* per ſe exiſtere deberet, plane *anima rationalis*, quæ re ipſa in corpore tanquam *in ſubjecto informationis* recipitur, *ſubſtantia* non eſſet. Hic tamen præclare monet Cl. P. Fortunat. a Brix. *Met. p.* I. *Diſſ.* 2. *Sect.* I. §. 157. ne termini iſti: *ens per ſe exiſtens*, & *ens a ſe exiſtens* promiſcue accipiantur, exiſtit nempe *per ſe*, quod non dependet a ſubjecto *inhæſionis*, exiſtit vero *a ſe*, quod nulla prorſus indiget cauſa, ut exiſtat.

exiſtere *per ſe*, & *a ſe* differunt.

ſubſtantiæ alia definitio ſcholaſtica.

CLXI. Allatam ſubſtantiæ definitionem quidam *obſcuritatis*, plerique autem ex ipſis Peripateticis nimiæ *reſtrictionis*, indeque etiam *falſitatis*, ex aliis ſuis in phyſica ſtatutis principiis arguunt; nam quia præter ſubſtantias *completas*, quæ ſcilicet tam perſeitate gaudent *actuali*, quam *radicali*, & præter

ſub-

ſubſtantias *incompletas ſpirituales*, quæ perſeitatem ſaltem *radicalem* habent, ut animæ humanæ, admittunt quoque ſcholaſtici ſubſtantias *incompletas materiáles*, quæ tam in eſſe, quam in conſervari eſſentialiter a ſuis ſubjectis dependeant, ut ſunt *animæ brutorum*, & aliæ ſic dictæ *formæ ſubſtantiales* materiales; inde ſuo ſyſtemati conformiter inferunt, datam ſubſtantiæ definitionem, cum nequeat cadere in *poſtremi generis* ſubſtantias, neutiquam convenire *omni* omnino ſubſtantiæ, & conſequenter *malam* eſſe; (Log. *fol.* 139.) qua de cauſa illi ſubſtantiam ita definiunt: *eſt ens, quod non exigit ineſſe alteri tanquam fini cui, adæquate a ſe diſtincto.* Sic volunt animam v. g. canis eſſe ſubſtantiam, quia, licet inhæreat *materiæ* tanquam *ſubjecto ſuſtentationis*, (CLIX.) tamen, cum finis a natura intentus non ſit *materia*, ſed *compoſitum* ex materia & forma; hinc anima nequit dici ineſſe materiæ tanquam *fini cui*, (*finis cui* dicitur, in cujus bonum a natura aliquid ordinatur) & quamvis inſit *compoſito*, tamen non inhæret ei tanquam *fini cui*, adæquate a ſe diſtincto, cum ſit *pars* illius *compoſiti*. Hanc igitur definitionem, ut-

finis cui.

utpote aliis omnibus ſubſtantiis competentem, priori præferendam eſſe docent.

Subſtantia quid ſit juxta Neotericos?

CLXII. Philoſophi Neoterici, qui nullam ejusmodi *ſubſtantiam materialem* a materia realiter diſtinctam admittunt, ut in *phyſica* dicetur, priore illa ſubſtantiæ definitione (CLX.) contenti, Axiomatis loco tenent, *omnem ſubſtantiam exiſtentem non poſſe aliter exiſtere, quam per ſe, & quod per ſe non exiſtit, vel ſaltem exiſtere per ſe non poteſt, non eſſe ſubſtantiam. Subjectum* vero definiunt quod ſit *res illa, quæ eſſentia* (XLVII.) *& attributis gaudet.* (LX.)

Quid ſubjectum?

Aliæ adhuc ſubſtantiæ definitiones.

Aliæ adhuc *ſubſtantiæ* definitiones a modernis philoſophis formatæ, præter allatas in logica, *(fol. 73.)* ſunt ſequentes I. quod ſit *ſubjectum phyſicum accidentium*, ſeu *modificationum*, in quo ſenſu etiam D. AUGUSTINUS ſubſtantiam accepit, dum negavit, *Deum* eſſe *ſubſtantiam.* II. Subſtantiam eſſe *ejus, quod eſt, aut fit, ſubjectum primum, ita exiſtens, ut intrinſecus a nullo pendeat, ac ſemel poſitum per ſe eſſe, & conſervari poſſit.* Ita Cl. ANTON. GEN. *Met. p.* I. *c.* 2. *§.* 21. III. Juxta CARTESIUM *res illa,*

illa, cui inſunt formæ ſenſibiles, & attributa, vocatur ſubſtantia. Item: ſubſtantiæ ſunt res, quæ ſolo Dei concurſu egent ad exiſtendum: p. 1. *Princip.* §. 52.

CLXIII. *Scholion.* Carteſius *loc. cit.* §. 51. ſubſtantiam quoque definiit, eſſe *rem, quæ ita exiſtit, ut nulla alia re indigeat ad exiſtendum*, cumque res creatæ indigeant Deo ad ſui exiſtentiam, eas non eſſe *ſubſtantias* eodem loco docuit, voluitque propterea *unicam eſſe ſubſtantiam DEum:* inde autem natum eſſe *Spinoziſmum* recte infert Cl. Ant. Gen. *Met. p.* 1. *c.* 2. §. 24. Impius enim *Spinoza p.* 1. *Eth.* ſubſtantiam appellavit *id, quod in ſe eſt, & per ſe concipitur*, deinde abuſus ambiguitate τȣ *exiſtere in ſe, & in alio*, cum omnia univerſi entia Deus *immenſitate ſua* complectatur, ſibi aliisque perſuadere voluit, *ſolum Deum eſſe ſubſtantiam*, alia vero omnia tantum eſſe *attributa, qualitates*, aut *modos Dei.* Adeo nempe verum eſt (exinde concludit idem Cl. Ant. Gen.) non *geometras* tantum, ſed *metaphyſicos* maxime, dum ab ideis *abſtractis* ad *naturæ res* gradum faciunt, turpiſſime hallucinari! Spinoziſmi origo.

CLXIV.

CLXIV. Quoniam ſubſtantiæ tum *agunt*, tum *patiuntur*, varieque *mutantur*, vel potius *modificantur*, tyroni probe adhuc notandæ ſunt ſequentes Neotericorum definitiones. I. *Actio* a Wolfio dicitur *mutatio ſtatûs*, cujus ratio ſufficiens continetur *in* ipſo ſubjecto mutato. e. g. Dum *ſcribo*, *lego*, *ambulo* &c. aliquid *ago*, id eſt, *mutor* a non ſcribente in ſcribentem; hujus autem mutationis ſeu ſcriptionis ratio ſufficiens eſt *in me ipſo*, libere memet ad ſcribendum determinante. *Mutatio* porro eſt *variatio modorum ſive accidentium.* Alio nomine etiam vocatur *modificatio*, ac illud, in quo fit ejusmodi variatio, *ſubjectum modificabile* dicitur. *Status* vero eſt *determinatio mutabilium.* Sic v. g. virtus & doctrina ſunt in homine quædam *mutabilia*; poſſunt enim abeſſe vel adeſſe, ſi autem adſunt, illarum τὸ *adeſſentia* ſive *præſentia* certum & determinatum hominis *ſtatum* conſtituit; fit nempe exinde homo *doctus* aut *probus.* II. *Paſſio* econtra eſt mutatio, cujus ratio ſufficiens deprehenditur *extra* ſubjectum mutatum. e. g. ſi quis fuſte percutitur, *pati* dicitur; fit enim in ipſo mutatio, cujus ratio *extra ipſum*, qui mutatur, in alio

Actio. Mutatio. Status. Paſſio.

alio quodam percutiente reperitur.

III. *Vis agendi* eſt *continuus conatus*, *ſive niſus proximus agendi*, ſive eſt *tendentia entis continua ad mutationes producendas*. Sic. e. g. in globo ſuſpenſo eſt continuus conatus deſcendendi, & ſtatum ſuum mutandi, isque remoto impedimento *actu* ſe exerit. Differt hæc *a potentia activa*, quæ eſt mera agendi *poſſibilitas*, uti v. g. anima noſtra habet *potentiam* cogitandi aut volendi activam, nec tamen *actu* continuo *cogitat* aut *vult*. Adeoque ex ſola agendi *potentia* nulla ſequitur *actio*, quæ tamen ſequitur poſita *vi agendi*, ſi nullum adſit impedimentum. His conformiter Vis agendi Differt a potentia activa,

CLXV. Definitur etiam a non nullis *ſubſtantia*, eſſe *ens*, *quod vi agendi eſt præditum*, aſt hanc alii definitionem rejiciunt, eoquod *vis agendi* rectius de ſubſtantiis juxta iſtos *demonſtretur*, quam ad illarum eſſentiam conſtituendam adminiculetur. *Diviſio porro ſubſtantiæ* data eſt in logica; *(fol. 72.)* nunc autem varia de illa ſequuntur *theoremata*, in formam *corollariorum* redacta. Et non ingreditur definitionem ſubſtantiæ.

CLXVI. *Corollarium* I. Attributum *ſubſtantiæ*, ſive *entis per ſe exiſtentis*, eſt com- Subſtantia univo

ce compe- tit Deo & creaturis.

commune *univocum* Deo & creaturis. Id ſimili fere ratione probatur, qua ſupra de *univocatione entis* uſi ſumus; (XXXIX.) *Deo* enim & *creaturis* ex æquo convenit *non dependere a ſubjecto in exiſtendo*, perinde prorſus, ac illis ex æquo convenit *nullam* penitus in ſua formali ratione *contradictionem involvere*; ergo ſicuti ratio *entis*, ita notio *ſubſtantiæ*, ſi præciſe pro *ente per ſe exiſtente* ipſa ſumatur, eſt Deo & creaturis ex æquo commune. Profecto (inquit Cl. P. Fort. a Brix. antea citatus §. 175.) cum in notione *ſubſtantiæ*, perinde prorſus ac in notione *entis*, neque *finitas*, neque *infinitas*, nec aliud quidquam hujusmodi, ſed ſola *negatio eſſentialis dependentiæ a ſubjecto* menti reluceat, quemadmodum in notione *entis* ſola occurrit *negatio* intrinſecæ *contradictionis*, nihil eſt, quod impediat, quo minus Deus, non ſecus ac creatura, *ens per ſe exiſtens*, ſive *ſubſtantia* dicatur, quemadmodum eadem de cauſa nihil plane prohibet, quo minus Deus, & quævis creata res, *ens reale* nuncupetur. Econtra, quia Deus nequit habere rationem *ſubjecti* in ſenſu ſcholaſtico, (CLIX.) etiam concedi debet, quod ipſe *ſubſtantia* non ſit, ſi *ſubſtantiæ* nomine non

niſi

niſi id, *quod ſubſtat accidentibus*, & conſequenter, *quod mutabile eſt*, intelligatur.

CLXVII. *Corollarium* II. Etiam *ſubſtantiæ*, ut ajunt, *incompletæ* veræ *perfectæque* ſubſtantiæ ſunt; nihil enim illis deeſt eſſentiale ad hoc, ut poſſint eſſe, & dici ſimpliciter *ſubſtantiæ*; ſic v. g. *corpus* & *anima hominis*, etſi ſint ſubſtantiæ incompletæ, & partes totius compoſiti, *ſecundum ſe* tamen in nullo deficiunt, ſed tam *corpus*, quam *anima* omnino in ratione *corporis* & *animæ* entia ſunt *perfecta*, cum *per ſe* ambæ iſtæ ſubſtantiæ, ſeparatione facta, aliquantum *exiſtere* valeant. Adeoque ſolummodo vocantur *incompletæ* reſpectu *compoſiti*; in ſe vero ſunt *ſubſtantiæ completæ*.

Subſtantiæ incõpletæ differunt ab imperfectis.

CLXVIII. *Corollarium* III. Præter ſubſtantiam *increatam* exiſtunt quoque aliæ ſubſtantiæ *creatæ*; ſecus ac Spinoza ſenſit: (CLXIII.) nec omnia, quæ exiſtunt contingenter, ſunt vel *attributa*, vel *modificationes Dei*, ſeu ſubſtantiæ æternæ, ut idem ille impius Sycophanta aſſeruit; eſt enim Deus in ſe ſubſtantia *ſimpliciſſima* ſumme *perfecta* & *immutabilis*, ut alibi demonſtrabitur; en-

Subſtantiæ creatæ dantur ſimul cum increata.

tia vero contingentia ſunt *mutabilia*, *imperfecta* &c: ergo non poſſunt eſſe *partes* aut *modificationes Dei*. Item, cum *attributa*, aut *modi* exiſtere nequeant ſine propria *ſubſtantia*, (LX. & CXVIII.) plane iſta contingentia aut debent eſſe *ſubſtantiæ*, (& quidem factæ ſeu creatæ) aut debent eſſe *attributa* & *modi* alterius cujuscunque ſubſtantiæ factæ.

Suntque illæ ſimplices, & non compoſitæ,

CLXIX. *Corollarium* IV. Si cum Cl. *Anton. Gen.* aliisque modernis philoſophis plerisque *ſubſtantia* definiatur eſſe *id*, *quod a nulla re intrinſece dependet* &c. admitti quoque cum iisdem debet, *aliam niſi ſimplicem dari ſubſtantiam non poſſe*; compoſitæ enim ſubſtantiæ jam *intrinſece dependerent* a componentibus, adeoque ſubſtantiæ *phyſice* nequeunt eſſe compoſitæ, ſed ſolum *logice* aut *metaphyſice*, (LXVII.) & conſequenter *corpora* non poterunt proprie *ſubſtantiæ* appellari, *philoſophice* loquendo, ſed dici debent *aggregata ex pluribus*, *imo millenis ſubſtantiis ſimplicibus*, uti nunc temporis cum *Leubnitio* & *Wolfio* communis fere opinio tenet, & nos ſuo loco declarabimus. Cæterum ex hac ipſa Doctrina etiam ſequitur, *ſubſtantiam rerum contingentium non poſſe eſſe*

unam;

unam; omnis quippe ſubſtantia, ſi eſt *ſimplex*, eſt quoque indiviſibilis; contingentia autem alia ab aliis *dividuntur* & *ſeparantur*, ut experientia quotidiana teſtatur: ergo eorum ſubſtantia nequit eſſe *una*.

CLXX. *Corollarium V.* Subſtantiæ contingentes factæ ſunt *ex nihilo ſui*, ab alia ſubſtantia, actione & modo, quem ignoramus. Ratio 1*mi* eſt, quia ſubſtantiæ *contingentes* non ſunt *ab æterno*, eo ipſo, quod *contingentes* ſint: ergo in tempore *factæ* ſeu *creatæ* ſunt, & quidem ab alia *ſubſtantia* activa; *nihilum* enim non eſt ratio ſufficiens aliquid producendi; (XIII.) non autem *per emanationem eſſentialem*; nam ſi v. g. ſubſtantia B eſſentialiter emanaret ab A, contineretur *formaliter* in A, uti patet; (nihil enim eſt aliud, ſi proprie loquamur, *eſſentialis emanatio*, quam nova partium ſubſtantiæ, a qua res emanat, *modificatio* & determinatio:) ergo ſubſtantia B *intrinſece penderet* ab A, & conſequenter non eſſet *ſubſtantia*, (n. præc.) ſed vel *attributum* ſubſtantiale, vel *modus*: ergo dicendum eſt, ſubſtantias contingentes eſſe factas *ex nihilo ſui*, id eſt, nihil eſſe in ſubſtantiis iſtis proprium, quod

Et factæ ſunt ex nihilo ab alia ſubſtantia.

non erat *in* cauſa, a qua factæ ſunt, antequam fierent, neque tamen *ex* cauſa, a qua factæ ſunt, aliquid *reale* in ipſas transmigraſſe. Ratio 2*di* patet ex ipſa Philoſophorum omnium ingenua Confeſſione; nam *Chriſtiani* omnes Philoſophi communiter aſſerunt, Creationem ex nihilo *myſterium* eſſe, naturali rationi prorſus impervium; *Gentiles* vero, cum, qua id ratione fieri poſſet, non comprehenderent, *animas* quidem *per eſſentialem emanationem*, (fere ſicut v. g. aranea e ſinu ſuo telam evomit) a Deo effluxiſſe, *materiam* vero æternam eſſe falſo opinati ſunt.

Subſtantiæ contingentes demonſtrant ſubſtantiam primam neceſſariā.

CLXXI. *Corollarium VI.* Cum igitur ſubſtantiæ producantur *ex nihilo*, vi captum noſtrum ſuperante, (n. præc.) ea vis haberi poteſt pro *infinita*, indeque ex effectibus ſeu ſubſtantiis contingentibus, actu exiſtentibus, liquido demonſtrari *Deum* ſive *cauſam primam*, in Theologia naturali patebit. Quoniam porro nondum demonſtratum eſt, quod *ſubſtantiæ contingentes* (quibus ſolis hæc rerum univerſitas conſtat) habere poſſint tantam vim, quanta *ad creationem ex nihilo* requiritur,

ac

ac inſuper *generationes* omnes natura-les, ut experientia quotidiana teſta-tur, fiant per *eſſentialem emanationem* rerum e ſuis *ovis* aut ſeminibus, *aug-menta* vero per varias *transmutationes*, & additiones partium, exinde conclu-dunt Philoſophi Neoterici, nullam da-ri in rerum natura *generationem ſubſtan-tialem* in ſenſu Peripateticorum, ſed generationes omnes & corruptiones naturales eſſe solummodo varias *modi-ficationes*, & *determinationes ſubſtantia-rum primigeniarum* juxta leges naturæ phyſicas. Id quod in *phyſica generali* fuſius examinabimus.

Subſtantialis generatio a NN. non admittitur.

CLXXII. *Scholion.* Peripatetici econ-tra, qui ſibi perſuadent, ſubſtantias a ſubſtantiis naturali vi produci poſſe, ſolas & omnes ſubſtantias *ſpirituales* immediate quidem a Deo creari, alias vero *materiales* (CLXI.) naturalium cauſarum vi *e materia educi*, vel, ut alii loquuntur, *in materiam induci* affirmant. Negat autem Cl. Ant. Gen. *Met. p.* 1. *c.* 3. §. 32. id *majorum gentium ſcbola-ſticos docuiſſe, aut dicere voluiſſe, quod minores illis tribuerunt.* Pro ſua aſſer-tione vadem adducit Cl. P. Suarez, qui *Diſp.* 18. *Sect.* 1. §. 14. duo in primis

Neque juxta eosdem una ſubſtantia produci poteſt ab alter.

extra omne dubium eſſe ponit. I. *Quod* SIMPLEX *ſubſtantia a ſimplici per generationem effici nequeat.* II. *Quod ne ſubſtantia quidem* COMPOSITA *ſecundum ſe totam a cauſis creatis produci poſſit.* Mox, ut intelligatur, quid ſibi ſcholæ velint, dum *formam ſubſtantialem e materia educi* dicunt, ait, id eſſe certum, *formas* illis *ſubſtantiales* non haberi *pro integris ſubſtantiis*, ſed tantum pro aliquo *ſubſtantiali;* non enim idem eſt *ſubſtantiale aliquod*, ac *ſubſtantia*: itaque *ſubſtantiale aliquod* generari concedunt, non vero *ſubſtantiam;* per illud autem *ſubſtantiale* Philoſophi non pauci diverſas *vires motrices* ſeu *activitates*, ſubſtantiis ſimplicibus ſuperadditas, Ariſtotelem intellexiſſe in *Phyſica* probant. Dein (ulterius arguunt Neoterici) ſi *formæ educantur de potentia materiæ*: ergo eo ipſo non *fiunt*, ſed *educuntur*, & quidem non *ex nihilo*, ſed *ex materia*, quæ *concurrit*, & *influit ad eſſe*, & *fieri formarum*: ergo formæ omnes *præexiſtunt* in materia, & conſequenter eo ipſo cauſæ agentes *earum* eſſentias non producunt, ut, eodem teſte Cl. P. SUAREZ *Diſp.* 15. *Sect.* 11. docuit quoque B. ALBERTUS M. Quid quod etiam AVICENNA, Ariſtotelis interpres,

a PRIMA INTELLIGENTIA *formas in materiam induci* opinatus ſit, neque iſtam naturalem formarum *eductionem*, quam rigidi Peripatetici venditant, tanquam notionem intellectu perquam difficilem, capere potuerit? Denique eodem modo, rei difficultate moti veteres alii, formas omnes creari cenſuerunt; uti videri poteſt apud præfatum B. ALBERTUM M. *in* 11. *Diſt.* 18. *Art.* 12. aſt de hoc ſuo loco.

ARTICULUS II.

Quid de Accidentis notione in genere utraque ſchola, tam PP. quam NN. ſentiat?

CLXXIII. Quoniam *accidens* e Diametro opponitur *ſubſtantiæ*, hinc omnes illas definitiones *ſubſtantiæ*, modo recenſitas (CLX. CLXI. & CLXII.) contraria ratione, addita nempe ſemper particula *non*, accidenti convenire ſatis liquet. *Diviſionem* verò accidentis quod attinet, illud præprimis in accidens *Logicum* ſeu *prædicabile*, & in accidens *phyſicum* ſeu *prædicamentale* diſpeſcitur. 1*mum* eſt, *quod advenit rei eſſentialiter jam conſti-* Accidens quid ſit?

 tutæ,

tutæ, ſuiſque omnibus proprietatibus prædita, eamque afficit atque denominat, quale accidens reputari etiam quandoque poteſt ipſa *ſubſtantia*. (Log. *fol. 63.*) *2dum* & proprie ſic dictum accidens eſt *ens inhærens ſubjecto*, hoc eſt, *ea ratione ſubjectum afficiens, atque ab eo dependens, ut absque eo fieri, eſſe, & conſervari non poſſit*, ut ſe habere in ſcholis dicuntur omnes ſic dictæ affectiones, ſeu *qualitates ſenſibiles*. e. g. *Lux, color, ſonus, odor, ſapor, durities, frigus, calor* &c., dependent enim adeo a *ſubjectis*, quæ afficiunt, ut ſine illis ex natura ſua nec *fieri*, nec *eſſe*, aut *conſervari* juxta illos queant; hinc Peripatetici, ſicut eſſentiam *ſubſtantiæ* in *perſeitate* collocant, (CLX.) ita *eſſentiam accidentis* conſtituunt in ſic dicta *inaleitate*, quæ a Cl. P. Fort. a Brix. *Met. p. 1. §. 161.* vocatur *modus exiſtendi, cum eſſentiali dependentia a ſubjecto*, & contradictorie opponitur *perſeitati; dependere* enim & *non dependere* eſſentialiter a ſubjecto, (quod ultimum *perſeitati* competit) ſunt notiones *contradictorie* oppoſitæ. (Log. *fol. 203.*) alia adhuc *accidentis* definitio data eſt ſupra. (LXII.)

quid inaleitas?

CLXIV.

CLXXIV. Accidens porro *phyſicum* ab iisdem Peripateticis celebri diviſione in accidens *abſolutum* & *relativum*, ſeu *modale* ſubdividitur. 1*mum* appellant, *quod ſubjecto quidem inhæret, verum non ita, ut non poſſit (ſaltem virtute Divina) absque ſubjecto exiſtere.* 2*dum* verò nominant illud, *quod ita ab eo, quod afficit, ſubjecto dependet, ut ne quidem concipi ſine ſubjecto poſſit, nedum ſine illo per aliquam quamcunque potentiam exiſtere.* Ita ſe habent omnes *modi* Recentiorum, (Log. *fol.* 89.) cumque præter *modos* alia accidentia iſti non admittant, hinc illa Peripateticorum de *accidentibus abſolutis* doctrina in ipſorum ſcholis penitus exolevit: Peripatetici econtra eſſentiam accidentis *abſoluti* in principio *exigitivo inhæſionis*, ſeu, ut inquiunt, in *inhærentia radicali* collocant, ad diſtinctionem accidentis relativi, quod pariter in *inhæſione actuali* conſiſtere volunt, ut adeoque conceptus genericus *accidentis* ſit τὸ *inhærere*, ſive *inhærentia*, & τὸ *actu* ex una parte, ac τὸ *exigitive* atque *aptitudine* ex altera parte, ſint ſpecies, τὸ *accidens* conſtituentes, ut ſit vel *abſolutum*, vel *relativum*.

Accidens abſolutū, & reſpectivum.

CLXXV.

Origo accidentiū abſolutorum.

CLXXV. *Scholion.* Sunt autem diverſæ hæ accidentium notiones a Peripateticis *in ſolius fidei gratiam* excogitatæ, nimirum ut oſtendant, *naturaliter* poſſe explicari, quomodo in SS. Euchariſtiæ Myſterio, conformiter aſſertis Patrum ac Theologorum Concilii *Conſtantienſis* & *Tridentini*, deſtruatur *ſubſtantia panis*, & maneant *quantitas*, *color* &c. ejusdem panis; inde namque *unice* inferunt, illa panis *accidentia* non *actu* inhærere, facta conſecratione, priori ſubſtantiæ panis, ſed divinitus *extra ſuum ſubjectum* conſervari; & conſequenter, cum *actualis* inhæſio accidentis ſupernaturaliter *mutari* queat, deducunt, non *actualem inhærentiam*, ſed ſolam *exigentiam inhæſionis* eſſe de *eſſentia* illorum accidentium, quæ vocant *abſoluta*. Quid autem Neoterici ad hoc reſpondeant? paulo poſt dicetur. Hoc interim bene notandum, quod moderni philoſophi Mechanici *affectiones* ſeu *qualitates corporum ſenſibiles*, quas etiam *modos* vocant *ſecundarios*, (Log. *fol.* 92.) per meras *ſubſtantias* varie *modificatas* rite explicent, uti ex *phyſica* hic ſuppono. De *quantitate* vero quam teneant ſen-

ten-

tentiam? ex dicendis itidem paulo inferius patebit.

ARTICULUS III.

An poſſibile ſit aliquod accidens abſolutum?

CLXXVI. Pro *accidentibus abſolutis*, tanquam pro aris & focis, ita diſputant Peripatetici, ut actum de *Religione* eſſe clament, niſi illa admittantur: Neoterici econtra putant illam de exiſtentia accidentium abſolutorum ſententiam nedum ab Eccleſia Catholica ullo unquam tempore aut loco definitam, ſed & ipſi *rationi* contrariam exiſtere; in illos vero, qui nimia mentis *præcipitantia*, vel *authoritatis abuſu* (Log. *fol.* 360.) temere abrepti, Recentiorum Syſtema *erroris* arguere audent, retorquent præclara illa Cl. Muratorii verba *lib.* 1. *de Moderam. ingen.* c. 21. ita loquentis: *non animadvertunt interdum docti pariter, piique viri, ſe unius Ariſtotelis cauſam agere, cum religionis cauſam tueri videntur.* Similem in modum ait quoque Cl. P. Serry. *t.* 1. *Theol.* Abſtinendum eſt a præjudiciis, & cenſuris in hac materia.

Diſp.

Diſp. de opific. mundi. prælect. 1. *pag.* 132. *verane an ſomnia narrent* (Philoſophi Neoterici) *non inquiro: at, quod certo novi, illos ita Philoſophari permittit Eccleſia. Quid tu ergo Doctor egregie cenſuris illos inuris, & quos communis Mater fovet ut filios, tanquam ethnicos & publicanos execraris, quod tibi forte SS. Euchariſtiæ fidem labefactare videantur? - - non Theologus es, ſed audaciſſimus cenſor; non pro fide, ſed pro anteceptis opinionibus pugnas; non pro Eccleſia, ſed pro Ariſtotelica ſchola decertas.* Litem inter utramque partem ex toto decidere hic equidem in *Metaphyſica* non poſſumus, cum per integram Philoſophiam, præſertim *phyſicam*, ſeſe extendat, agemus tamen, quantum pro tyrone Metaphyſices ſatis eſt, ambas ſententias ante oculos, infantiæ præjudiciis necdum obcæcatos, proponendo, relicta dein provectioribus optione, eam, quæ optima ipſis videbitur, eligendi; habent enim ambæ ſuas rationes vel intrinſecas vel extrinſecas, habent quoque ſuas difficultates, ut inſpi-

ſpicientibus patebit. In hoc autem articulo ſolum inquirimus, an ex *ratione naturali*, & abſtrahendo a conſtitutis fidei circa SS. Euchariſtiæ Myſterium, (de quo in art. ſeq.) probari poſſit, *eſſe poſſibile accidens abſolutum?* Sive an *rationi naturali* contraria non ſit *accidentis abſoluti* (CLXXIV.) exiſtentia? Sit ergo

Status quæſtionis.

PROPOSITIO I.

Poſſibile eſt accidens abſolutum. Ita Peripatetici.

CLXXVII. PROBATUR I. *Authoritate.* Illud cenſendum eſt *poſſibile*, in quo viri doctiſſimi, & prope innumeri, adhibita ſolerti inquiſitione, nullam deprehenderunt *repugnantiam*, ita ut illud *actu* dari per plura ſœcula unanimiter judicarint, atque etiamnum judicent, non obſtante tam obſtinata Neotericorum oppoſitione: atqui tale eſt *accidens abſolutum*: ergo accidens abſolutum eſt poſſibile. p. m. dari accidentia abſoluta communiter judicarunt, atque in ſuis typo editis tot opuſculis etiamnum egregie propugnant tot celeberrimi philoſophi, ac inſig-

Poſſibilitatem accidentis abſoluti ſuadet authoritas,

ſignes præſertim Theologi, ex omni ætate & ordine, uti paſſim omnes Bibliothecæ teſtantur: ergo.

RRENT NEOTERICI. 1. Accidentium abſolutorum exiſtentiam non poſſe evinci teſtimonio SS. Patrum, & illorum Theologorum, qui ſæculum Chriſti *undecimum* præceſſêre, eoquod omnes Platoni, *Mechanicas* ſolum *affectiones* loco ejusmodi *qualitatum* adſtruenti, adhæſerint, ut probat Cl. P. FORT. a BRIX *in diſſert. de qualit. corp.* §. 146. docens ibidem, quod *accidentia abſoluta* primum ab Arabibus, Ariſtotelis commentatoribus, excogitata, atque in ſcholas invecta fuerint, ideoque locum hic obtinere poſſit, quod in logica (*fol.* 392. & 393.) dictum eſt. 2. Dicunt ſententiam horum accidentium *negativam* per omnes *Galliæ* & *Belgii* univerſitates jam inde ab anno 1650, quo obiit Carteſius, item per plurimas *Italiæ* academias, imo in ipſo celeberrimo Lycæo *Romano* libere traditam eſſe, ac etiamnum a plurimis, (ſi non plerisque) tradi, nemine *Epiſcoporum* aut *Inquiſitorum* fidei contradicente, uti teſtatur ipſemet Cl. D. AMORT in ſua *demonſtr. Crit. Relig. Cath.* Venetiis approbata, atque impreſſa

anno

anno 1744. *p.* 1. *q.* 1. quare authoritas authoritati oppoſita in rebus ad *fidem* non pertinentibus, uti in hac materia contingit (prout patebit ex *art. ſeq.*) elidi poſſe videtur.

Et Ratio. Probatur II. *Ratione.* Accidens abſolutum ſupra explicatum (CLXXIV.) in ſuis intrinſecis prædicatis non involvit contradictionem: ergo eſt poſſibile. (XVI.) p. A. ſi daretur aliqua *contradictio*, eſſet hæc, quia ſimul *inhæreret* ſubjecto, (cum ſit *accidens*) ſimulque *non inhæreret*: (cum ſit accidens *abſolutum*) atqui hæc non eſt contradictio: ergo. p. m. *Actualis* inhæſio tanquam *actus ſecundus* non eſt de eſſentia accidentis abſoluti, ſed *exigentia* tantum inhæſionis: (n. cit.) manet autem illa *exigentia* inhæſionis, etiamſi Deus ſupernaturaliter tollat *inhæſionem actualem*, ſicut v. g. in homine perpetuo amente manet *potentia ratiocinandi*, (cum ſit *animal rationale*) licet *actus ſecundus* rationalitatis eidem nunquam competat: ergo *a pari* ſicut in hoc *poſteriore* caſu nulla eſt contradictio, eoquod non cadat ſuper idem *eodem modo*, (talis enim homo eſt rationalis *in actu primo*, & non eſt rationalis *in actu ſecundo*)

ita nec in *priori*, quia accidens abſolutum tantum non inhæret *actualiter*, aſt ſemper inhæret *radicaliter*, ſeu *exigitive*, quod continuo de illo affirmatur, & nunquam negatur. Conf. I. Anima rationalis *naturaliter exigit* creari, & infundi corpori humano debite organizato, & tamen poteſt etiam a Deo tanquam abſoluto domino creari & conſervari extra *corpus humanum*: ergo a pari etiam poteſt dari aliquod accidens, quod *naturaliter* quidem *exigat* ſuo ſubjecto inhærere, attamen *ſupernaturaliter* extra illud quoque ſubſiſtere queat. II. Nulla definitio (quæ tamen eſt oratio explicans *eſſentiam* rei) importat *actum ſecundum* ſui definiti, ſed ſolum *actum primum*: e. g. dum dicitur: *homo eſt animal rationale*, ſenſus non eſt, quod homo *in actu ſecundo* debeat eſſe rationalis: ergo etiam definitio *accidentis* non debet in eo importare *actualem*, ſed ſolum *radicalem* inhærentiam.

RRent Neoterici. I. Ex eo, quod *homo* definiatur, & ſit eſſentialiter *animal rationale*, nullus datur *actu* in rerum natura homo, qui non identificatam

ſibi

ſibi inſeparabiliter habeat *rationalitatem*: ergo etiam, quia *accidens* definitur, & eſt eſſentialiter *ens in alio*, (CLXXIII.) nullum *actu* dabitur ejusmodi accidens, quod *actu* non ſit *in alio*, tanquam in ſubjecto ſuo; alias *eſſentia* rei mutaretur. 2. Paritas de *anima rationali* vel nihil vel nimium probat, *anima* enim, quia abſolute poteſt a Deo creari & conſervari extra corpus humanum, eo ipſo *per ſe* in eo caſu exiſtit, ideoque eſt vera *ſubſtantia*: (CLX.) ergo etiam *accidens abſolutum*, quantumcunque *exigat* inhærere alteri, ſi tamen ſupernaturaliter *per ſe* exiſteret absque ſubjecto, pariter *ſubſtantia* foret, & non *accidens*; (ſaltem pro illo inſtanti, quo ſe ſolo exiſteret) ſic enim licet v. g. *planta* ex natura ſua ſolummodo habeat *exigentiam* ad vegetandum, & leo ad rugiendum, ſicut & quodlibet brutum ad ſentiendum, tamen *planta* foret *brutum*, & *brutum* foret *homo*, ſi illa divinitus *ſentiret*, & hoc divinitus *ratiocinaretur*: (ſaltem pro hoc inſtanti, pro quo id fieret:) ergo idem dicendum de *accidente*, ſi divinitus unquam poſſet exiſtere ſine omni ſubjecto. 3. Definitio equidem *actum ſecundum* non importat in iis definitis, quæ vel ſunt

de genere *activorum*, (maxime ſi ſint agentia *libera*) vel in agendo a certis quibusdam *diſpoſitionibus* neceſſario dependent, uti ſunt omnes ſubſtantiæ, *vi agendi* (CLXIV.) præditæ, & conſequenter etiam *anima rationalis*, quæ ad *actum ſecundum* libere determinare ſe valet, ſi etiam corpus humanum ſit rite diſpoſitum &c.; ſecus contingit in *accidentibus*, de ſe *inertibus*, & ſolum ab alia agente potentia in *actu ſecundo* producibilibus, (CXVIII.) cum in *actu primo* ad ipſam *ſubſtantiam* pertineant, utpote quam *active*, & *paſſive* varie modificant; & conſequenter *accidens* vere productum ſemper debet importare *actum ſecundum inaleitatis*, ſicut ſubſtantia quæcunque *actu* & *complete* in rerum natura producta importat *actum ſecundum perſeitatis*, tanquam *accidentis*, ſeu *modi intrinſeci*, eſſentialiter ab ipſa reſultantis, (CLX.) quin etiam, ubicunque habetur vel ſola *perſeitas radicalis*, ea ſubſtantiis (ſaltem incompletis) annumeratur: (n. cit.) ergo pariter *accidens abſolutum*, quod plane, in illo ſtatu ſupernaturalis conſervationis ſuæ absque ſubjecto, *perſeitate* gaudet *radicali*, (ut allatæ Peripateticorum rationes probant)

bant) *ſubſtantia* ſaltem *incompleta* inſtar *animæ rationalis* dicenda eſt, quod tamen admittere nec volunt, nec poſſunt.

Non tamē ſenſus communis.

PROBATUR III. Alia ratione, quam Cl. D. P. AMORT *Phyſ. gener. p.* 3. *Sect.* 1. *q.* 1. vocat *demonſtrationem inviƈtiſſimam.* Senſus communis judicat dari accidentia, nec pôteſt oſtendi falli *ſenſum communem* (Log. *fol.* 436.) in hoc caſu: ergo dantur. p. A Senſus communis judicat dari *aliquod ſimile* illis ſpeciebus, quas habemus in mente de *luce*, *ſono* &c.: ergo datur aliquod accidens realiter diſtinƈtum a *ſubſtantia.* p. C. ſolus *motus aëris*, aut *ſubtilis materiæ* non eſt aliquid ſimile illis ideis, quas habemus in mente de *luce*, *ſono* &c: ergo.

RRENT NEOTERICI. D. A. Senſus communis judicat dari accidentia *modalia* C. *abſoluta* N. quid vero ſit *lux*, *ſonus* &c.? ſupponunt ex *Phyſica*, dari poſſe perfeƈtam eorundem explicationem, quin ullum admitti debeat *accidens abſolutum.*

T 3 PRO-

PROPOSITIO II.

Accidens abſolutum omnino implicat. Ita Neoterici.

Impoſſibilitas accidentis abſoluti probatur ex principio contradictionis.

CLXXVIII. PROBATUR I. Quod eſt *contra eſſentiam* rei, hoc ita implicat, ut neque *divinitus* poſſit fieri, aut dari: atqui exiſtere *ſine omni ſubjecto*, eſt contra eſſentiam accidentis: ergo accidens abſolutum implicat etiam divinitus. p. m. Accidens *eſſentialiter* eſt *ens in alio*, (CLXXIII.) nam per hoc a *ſubſtantia*, quæ eſt *ens per ſe*, (CLX.) *eſſentialiter* diſtinguitur: atqui quod eſt *eſſentialiter* ens in alio, eſt eſſentialiter ens *inhærens alteri* tanquam ſubjecto, ut ex terminis patet: ergo exiſtere ſine omni ſubjecto eſt contra eſſentiam accidentis.

Ex paritate

CONF. Quia *DEus* eſt eſſentialiter *ens a ſe*, ideo non datur actu DEUS, nec talis dari omnino poteſt, qui actu non ſit *a ſe*. Item quia *creatura* eſt eſſentialiter *ens ab alio*, nulla datur actu creatura, quæ actu non ſit *ab alio*: denique, quia *ſubſtantia* eſt eſſentialiter *ens per ſe*, nulla datur actu *ſubſtantia*, quæ actu non exiſtat *per ſe*: ergo etiam quia *accidens* eſt eſſentialiter *ens in alio*,

nul-

nullum datur, aut dari poteſt accidens, quod actu non ſit *in alio*, & non *inhæreat alteri*, conſequenter gratis adſtruitur aliquod *accidens abſolutum*, quod ſine omni ſubjecto exiſtat.

RRent Peripatetici, eſſe quidem de eſſentia accidentis ipſam *exigentiam* inhærendi ſubjecto, aſt non eſſe de eſſentia inhæſionem ipſam *actualem*, ſicut v. g. de eſſentia *ignis* eſt *poſſe* comburere, aſt *actualis* combuſtio poteſt a Deo impediri, & actu impedita eſt in fornace Babylonica.

Probatur II. Accidens ſine omni ſubjecto exiſtens nec poteſt ſtare per ſe *virtute propria*, nec *virtute aliena*: ergo omnino implicat. p. A. Non 1*mum*, quia id, quod *per ſe* ſtat, vel ſtare poteſt *virtute propria*, neceſſario erit *ſubſtantia*, ut patet de *anima rationali*. Nec 2*dum*, quia hoc ipſo accidens non amplius foret *ſine omni ſubjecto*, ſi ſtaret, & exiſteret mediante quadam *ſubſtantia*; ſi vero ſolum exiſteret *mediante* aliquo *accidente*, per hoc non *plus* adderetur accidenti. Ex ratione.

RRent Peripatetici. Accidens abſolutum conſervari extra ſubjectum,

cui naturaliter uniri exigeret, ſola virtute Divina, naturali ipſius inclinatione in hoc caſu ſuſpenſa, in quo nulla eſt *repugnantia*; nam, ut præclare inquit S. AUGUSTINUS. *Epiſt.* 137. *ad Voluſianum: dandum Deo, aliquid poſſe, quod fateamur nos inveſtigare non poſſe: in talibus rebus tota ratio facti eſt potentia facientis.*

Ex contradictione;

PROBATUR III. Accidens a materia tanquam a ſubjecto Virtute Divina ſeparatum foret ſimul *materiale* & *non materiale:* atqui hoc repugnat: (IX.) ergo etiam tale accidens repugnat. p. M. Nam 1. eſſet *materiale*, prout omnes Peripatetici concedunt. 2. Non eſſet *materiale*, quod *probatur.* Tale accidens nec inhæreret materiæ, nec haberet materiam ſibi intrinſecam, aut, ſi haberet, tunc foret *ſubſtantia*, cum omne id *ſubſtantia* ſit, quod eſt *entitative materia:* ergo non foret *materiale.*

Item ex paritate cum animabus brutorum.

CONF. *Formæ materiales*, e. g. Animæ brutorum etiam juxta Peripateticos *ſubſtantiis* annumerantur, licet naturaliter extra ſuum ſubjectum, quod ex natura *exigunt*, conſervari nequeant: ergo *a pari*, licet accidens a ſubjecto

divi-

divinitus ſeparatum *exigat ſubjeſtum* naturaliter, nihilominus tamen erit vera ſubſtantia, vel *ſubſtantiale accidens*, quod ultimum in terminis repugnat, æque ac v. g. *ligneum ferrum.*

RRENT Peripatetici cum Cl. P. HAUSER. *Ontol. p.* 2. *q.* 7. *art.* 2. quod accidens etiam ut *ſeparatum* dici debeat *materiale*, eoquod naturaliter dependeat ſemper a materia, nec requiri volunt, ut habeat intrinſecam materiam, ſicut v. g. licet cognitio communiter ſupponatur realiter diſtincta a *ſpiritu*, *ſpiritualis* tamen adhuc denominari ſolet. Adeoque dicunt, bene diſtinguendum eſſe inter *τὸ materiale*, & *materiam*, cum aliud ſit eſſe *materiale*, & aliud eſſe *materiam*, quemadmodum aliud eſt eſſe *ſpirituale*, & aliud *eſſe ſpiritum*. Ad CONF. *diſparitatem* aſſignant hanc: quia formæ ſubſtantiales materiales non ita inſunt alteri, ut *intendantur in bonum alterius*, *adæquate a ſe diſtincti*, *tanquam finis cui;* (CLXI.) ſunt enim etiam ipſæ *partialis* finis cui, adeoque intenduntur *per ſe*, ſicut exigit ratio *ſubſtantiæ*: (CLX. & *n. cit.*) econtra *accidens* ordinatur ad alterum tanquam *finem cui*, adæquate a ſe di-

ſtinctum, prout *accidentis* definitio requirit.

ARTICULUS IV.

An accidentia abſoluta ex SS. Euchariſtiæ Myſterio valide probentur?

Syſtema NN. de ſpeciebus panis & vini in SS. Euch. Myſterio

CLXXIX. Quodnam ſit *Peripateticorum* de *accidentibus abſolutis* in SS. Euchariſtiæ Myſterio exiſtentibus ſyſtema? ex dictis, (maxime CLXXV.) & adhuc dicendis clare patebit: *Neotericorum* vero communior de SS. illo Myſterio hæc eſt ſententia. I. SS. Corpus Chriſti ſub *ſpeciebus panis*, ejusque SS. ſanguinem *ſub ſpeciebus vini* ita contineri dicunt, ut ambo (id eſt, tam SS. ejus *corpus*, quam *ſanguis*) OPE SENSUUM a *pane* & *vino* diſcerni nullatenus poſſint; (bene vero ope & SUBSIDIO FIDEI) & conſequenter ut SS. ejus *corpus ſenſibus* vere *appareat* eſſe *panis*, & SS. illius *ſanguis* iisdem *videatur* eſſe *vinum*. II. Iſtam porro *apparentiam* ſeu *ſenſibilitatem* inde oriri exiſtimant, eoquod Chriſtus, tanquam *homo-Deus* ex illo loco, in quo ante conſecrationem erant *panis* & *vinum*, & in quo nunc poſt conſecra-

crationem vere & realiter ipſemet exiſtit (deſtructa prorſus omni ſubſtantia panis & vini) *eodem penitus modo* ſenſuum noſtrorum organa per ſe ipſum moveat, & afficiat, quo illa antea a *pane* & *vino* affici naturaliter ſolebant; (Log. *fol.* 409.) Quænam autem (inquiunt) in hoc eſt *repugnantia*, ut non poſſit Chriſtus pro libitu ſuo organa noſtra ſenſoria immutare, quomodo hæc immutari ſolent a ſenſibilis rei appulſu? certe ipſemet Doctor Angel. ſic explicat apparitiones, a Chriſto Domino interdum factas in hoc SS. Sacramento *ſub ſpeciebus pueri, vivæ carnis aut ſanguinis &c. p.* 3. *q.* 76. *art.* 8. dum ait, intuentium oculos tunc *immutatos* fuiſſe *tali immutatione, ac ſi expreſſe viderent exterius carnem, vel ſanguinem, vel puerum, nulla immutatione facta ex parte ſacramenti.* & *p.* 1. *q.* 105. *art.* 2. inquit: *erroneum eſt dicere, Deum non poſſe facere per ſe ipſum omnes determinatos effectus, qui fiunt per quamcunque cauſam creatam.* Sic pariter Doctiſſimus Cornelius a Lap. explicans *modum*, quo Chriſtus diſcipulis in *Emmaus* euntibus apparuit

ſub

ſub ſpecie peregrini, ita loquitur, *comment. in Luc. c. 24. v. 16. Corpus Chriſti, in ſe licet idem & immutatum manens, tamen quia* VERBO *unitum erat, & quia glorioſum, poteſtatem habebat, uti ſe occultandi, ac retinendi ſpecies ſui Corporis, ne ad oculos aliorum diffunderentur, ſic & viſum intuentium immutandi eo modo, quo ipſi libuerit; - - hoc enim eſt, quod ait Lucas:* OCULI EORUM TENEBANTUR a JESU, *ne officio ſuo fungi poſſent, acſi velamine quopiam obducti fuiſſent.* III. Cæterum *actiones* illas, ſeu impreſſiones, in organis noſtris ſenſoriis excitabiles, & a SS. Chriſti Corpore & ſanguine *active* procedentes (quas uno verbo *ſenſibilitatem* vocat Cl. P. FORT. a BRIX.) Neoterici communius appellant *ſpecies objectivas* vel etiam *ſacramentales*, ad diſtinctionem nempe *ſpecierum formalium*, quibus organa ſenſoria *formaliter* immutantur, & ad *ſenſationem actualem* determinantur, ita, ut ſub his *poſtremis ſpeciebus* CHRISTUS in SS. Euchariſtiæ Myſterio non exiſtat, niſi dum *actu* ſub ſenſus cadit ho-

hoſtia conſecrata, bene vero ſub *prioribus*, ſub quibus, facta conſecratione, continuo vere atque realiter continetur, etiam *in clauſa pyxide*, & ſenſibus omnino ſecluſis, quia ſcilicet, licet nulla detur actu *ſpecies formalis*, ſeu ſenſorii immutatio, tanto nihilominus præciſe *ſpatio* in hoc Sacramento præſens exiſtit, quantum ab hoſtia non conſecrata prius occupabatur, & eodem pondere *gravitat* in pyxidem, aliaque ſubjecta corpora, eodemque modo *lumen*, certa ratione modificatum, quaqua verſus reflectit &c. uti prius ab hoſtia non conſecrata fiebat, atque ita in omnibus SS. Chriſti corpus & ſanguis *ſupplent defectum panis & vini.* Sive, ut ajunt, Chriſtus *ſub ſpeciebus Sacramentalibus* in Euchariſtia ita exiſtit, ut, habita ratione tum ſpatii, cui præſens eſt, tum *modi*, quo ex illo ſpatio operatur, ab hoſtia *non conſecrata* diſcerni minime poſſit &c. Jam contra hoc Neotericorum ſyſtema a Peripateticis ponitur ſequens

PRO-

PROPOSITIO I.

SS. Euchariſtiæ Myſterium ſine accidentibus abſolutis commode nequit explicari.

Impugnatur ex Concilio Conſtantienſi,

CLXXX. PROBATUR I. *Ex Concilio Conſtantienſi*, anno 1414. contra *Wicleffum* & *Huſſitas*, itemque pro tollendo Eccleſiæ *ſchismate* celebrato, ubi *Seſſ.* 45. ſeu *ultima*, in Bulla Martini V. *inter cunctas* &c., damnatur hæc *Wicleffi* propoſitio: *Accidentia panis non manent ſine ſubjecto in eodem Sacramento*: ergo vera eſt propoſitio huic contradictoria: *accidentia panis manent ſine ſubjecto in eodem Sacramento. Subſumo*: atqui accidentia, *ſine ſubjecto panis manentia*, ſunt accidentia *abſoluta*; nam accidentia *reſpectiva* aut *modalia* nec divinitus poſſunt manere ſine ſubjecto: (CLXXIV.) ergo juxta illud Concilium admittenda ſunt *accidentia abſoluta*, & conſequenter SS. Euchariſtiæ Myſterium ſine accidentibus abſolutis commode explicari nequit.

RRENT NEOTERICI. *1mo.* Argumentum iſtud *nimium* probare, adeoque nihil. Si enim *abſolutorum accidentium*

exi-

exiſtentia in Concilio Conſtantienſi foret *definita*, (prout citata Bulla MARTINI V. *definitive* procedit) tunc plane *omnes* Philoſophi ac Theologi, contrarium docentes, *anathematis* fulmine feriendi eſſent, æque ac olim Wicleffus, quod nec ipſi, etiam rigidiſſimi Peripatetici, dicere audent.

2do. Dicunt itaque damnatam fuiſſe illam propoſitionem ſolummodo in eo ſenſu, quatenus enuntiat, in Euchariſtia *remanere ſubſtantiam panis.* Ita cum aliis inquit Cl. P. DROUVEN Doctor Sorbonicus Ord. FF. PRÆDICATORUM in ſuo egregio volumine DE RE SACRAMENTARIA, AD MENTEM PRÆCEPTORIS ANGELICI conſcripto. *t.* 1. *L.* 4. *q.* 6. *Sect.* 1. *c.* 4. §. 2. *in reſp. ad Inſt.* 8. ubi ſic loquitur: *Is unus Patrum Conſtantienſium ſcopus, contra Wicleffi perfidiam definire, panem in Chriſti corpus converti, adeoque conſecratione facta accidentium ſubjectum non eſſe; quod vero ad ipſa accidentia attinet, quæ aliquatenus inſinuantur ſine ſubjecto manere, incidens hæc propoſitio eſt, ad fidem minime pertinens;* Theologorum enim conſenſio eſt, in conciliorum definitionibus diſtinguendas eſſe propo-

ſitio-

ſitiones *principales* ab *incidentibus*, & a *rationibus*, quæ in probationem afferri poſſunt; ſæpe namque contingit, incidentem propoſitionem mere eſſe *probabilem*, imo *falſam*, licet *principalis* ad fidem pertineat, cujus rei præter cætera, quæ communiter afferuntur, exempla, convincens in Concilio VII. Generali habemus, in hac inquam, ſynodo Patrum aliquis (*Joannes Theſſalonicenſis* is erat) inde probavit, *licitum eſſe Angelos pingere, quia* (inquiebat) *corporei ſunt*, cui a reliquis Patribus acclamatum: his verbis: *etiam Domine!* hæc autem Antiſtitum approbatio non cadebat niſi in angelorum *imagines*, quæ & pingi poſſunt, & licite retineri; minime vero in adjacentem Joannis propoſitionem, cum conſtet, angelos omnes eſſe *expertes materiæ*: Sic autem & Patres Concilii *Conſtantienſis* damnarunt ſecundam *Wicleffi* propoſitionem, non, quod credendum vellent, tanquam eſſet aliquid neceſſario ad fidem pertinens, *accidentia corporea poſſe divinitus exiſtere ſine ſubjecto*, ſed quia de fide eſt, *panis ſubſtantiam converti in corpus Chriſti*, ac proinde illam tanquam *ſubjectum accidentium* (quæcunque

que

que demum eſſe dicatur *phyſica* illorum natura) in Sacramento Altaris *non remanere*, prout aperte liquet ex ea ipſa illius propoſitionis *cenſura*, quam Conſtantienſis Concilii Patribus Theologi exhibuerunt; hæc enim ſunt illius formalia: *ſecundus articulus* (propoſitio ſcilicet Wicleffi) *eſt directe contra transſubſtantiationem prædictam, de qua loquitur Eccleſia in verbis fidei, & determinationis in hac materia. T.* 16. *conc. p.* 875. Quid quod Eminent. Cardinalis *Petrus de Alliaco*, cui præcipuæ partes in cauſa *Wicleffi* fuere commiſſæ, in ſuis commentariis in Magiſtrum ſententiarum fateatur: *an dentur accidentia realia, a ſubſtantia diſtincta? eſſe tantum unum probabile neutrum, receptum communiter ab iis, qui ſequuntur philoſophiam communem Peripateticorum, nec eſſe propter hoc hæreticum habendum, qui oppoſitum teneret.* Quamvis autem hæc ſcripſerit ante Concilium *Conſtantienſe*, (inquit Cl. P. Gerbert in ſua *Theologia vetere & nova circa præſentiam Chriſti in Euchar. c.* 16. *pag.* 467.) "Ejus tamen „*ratio* conſtans eſt, nempe *Eccleſiam* „*ſuas non facere ejusmodi quæſtiones*, cum „Philoſophorum placitis implicatas, „nec ex *Scriptura*, aut *revelatione* hau-

„ſtas; cum hæc quæſtio nova tractari „cæperit a ſcholaſticis, non ex *Scrip-„tura, Patribus &c.* ſed *rationibus na-„turalibus, ex philoſophia Peripatetica „petitis.*„ Hinc: 3*tio*. Denique non negant philoſophi moderni, Theologos illos in Concilio *Conſtantienſi*, maximam, imo totam fere partem, fuiſſe Peripateticos, (*Thomiſtas* nempe & *Scotiſtas*) qui ut *privati Doctores* forte putabant, rem aliter explicari non poſſe citra fidei periculum, quam per *accidentia abſoluta*, quapropter ea in *conſultationibus* (nunquam vero Eccleſia univerſalis in ſuis *definitionibus*) adhibere ſolebant, fere ſicut v. g. Theologi Concilii *Florentini*, (ſuo tempore non agnoſcentes aliam *diſtinctionem* quam *ſtricte realem* & *rationis*) contra Gilbertum docebant, *eſſentiam Divinam* & *perſonas* ſola *ratione* diſtingui, (CXXXVIII.) quin per hoc *Thomiſtæ* ſuæ diſtinctioni *virtuali*, aut *Scotiſtæ* ſuæ diſtinctioni *ex natura rei formali* aliquid derogatum fuiſſe exiſtiment. *Item*. Sicut ab initio proſcripta fuit Philoſophia *Ariſtotelica tota*, (Log. *fol.* 19.) quia putabatur *cum fide* minime conciliari poſſe, & tamen poſtea longe aliter judicatum eſt, poſtquam Catholicorum Docto-

rum

rum interpretatio orbi innotuit. Denique ſicut olim D. AUGUSTINUS *l.* 16. *de Civ. Dei c.* 9. *Antipodes* veluti *commentitios* rejecit, (id quod etiam de aliis SS. Patribus dicitur, LACTANTIO ſcilicet, CHRYSOSTOMO, GREGORIO NAZ. THEODORETO, THEOPHILACTO, JOANNE DAMASCENO, &c.) & *Zacharias* Papa ſententiam *ſuſpenſionis a ſacris* comminatus eſt VIRGILIO Presbytero, *Antipodas* dari aſſerenti, ut habent *annales Eccleſ. ad annum Chriſti* 748. & tamen id nunc pro manifeſte *demonſtrato* habetur: ita etiam fortaſſe illi Theologi *Conſtantienſis Concilii* modernam Neotericorum de *accidentibus* ſententiam, ſi hæc ipſis jam tunc plene innotuiſſet, æque approbâſſent, & acceptaſſent, prout univerſalis Eccleſia in ſuo eam valore *pacifice* relinquit.

PROBATUR II. *Ex Conc. Tridentino*, in quo *Seſſ.* 13. *de Euch. can.* 2. expreſſe definitum eſt, *totam panis vinique ſubſtantiam converti in corpus & ſanguinem Chriſti Domini*, MANENTIBUS DUNTAXAT SPECIEBUS: atqui *manere* non poſſunt, niſi ſint *entitates abſolutæ* in ſenſu ſcholaſtico: ergo. Ex Concilio Tridentino.

RRent Neoterici. Per species *panis & vini* nil aliud re ipſa intelligi, quam *panis & vini* sensibilitatem, (unde unde *ſenſibilitas* iſta juxta Philoſophos oriatur) eamque vere poſt conſecrationem remanere in tantum, in quantum ſacratiſſimum Chriſti corpus & ſanguis ita realiter in hoc ſacramento exiſtit, nobisque traditur, ut *a pane & vino ſenſuum miniſterio diſcerni nequaquam poſſit*, ad hoc autem ſatis eſſe inquiunt, ut Chriſtus Dominus ex loco, in quo ante conſecrationem erant *panis & vinum*, & in quo poſt conſecrationem nunc *vere* & *realiter* ipſe exiſtit, *eodem* penitus *modo* organa noſtra ſenſoria afficiat, quo eadem ipſa a *pane* & a *vino* affici naturaliter ſolent, & ante conſecrationem re ipſa ab illis rebus afficiebantur, (CLXXIX.) ſicut v. g. ad hoc, ut *aqua* ſub *vini* ſpecie nobis ſe prodat, ſatis eſt, ut *viſus*, *guſtus*, atque *olfactus* organa *eodem* penitus *modo* ab illa moveantur, quo naturaliter a *vino* moveri ſolent. Quod vero Patres Tridentini Concilii nomine *ſpecierum panis & vini* non intellexerint *accidentia abſoluta*, vel ſaltem id *definire* noluerint, moderni Philoſophi inde deducunt.

cunt. 1. Quia non amplius vocem *accidentium*, (quo termino uſi ſunt Patres Concilii *Conſtantienſis*,) uſurparunt, ſed *ſtudio* in ſuo decreto vocabulum *ſpecierum* adhibuerunt, non alia de cauſa, quam ne adhibita voce *accidentium* doctrinam Peripateticam confirmare viderentur, ut inquit Cl. P. *Ferrari*. 2. Quia haud dubie nomen *ſpecierum* ſumpſere eodem plane ſenſu, quem habet in ipſa S. Scriptura *Exod.* 24. v. 17. *Num.* 9. v. 15. *Pſalm.* 49. v. 2. *Cant.* 5. v. 15. *Ezech.* 1. v. 4. *Dan.* 3. v. 92. & c. 10. v. 6. denique *Luc.* 9. v. 29. &c. ubi nullibi *pro accidente abſoluto* acceptari poteſt; item in eo ſenſu, quem illi tribuere Patres Concilii *Lateranenſis IV*, anno 1215. ſub *Innocentio III.* celebrato, per illa verba, queis definiebant in *cap. firmiter. de fide Catholica*, *veraciter Chriſtum Dominum* SUB SPECIEBUS *panis & vini contineri:* atqui illi non intelligebant *accidentia abſoluta* per *ſpecies:* ergo neque Patres Concilii *Tridentini* ea intellexerunt. p. m. Si hoc intellexiſſent, id utique ſciviſſet etiam DOCTOR ANGEL. qui illius Concilii decretalem eximio *commentario* illuſtravit, neque Eminent. Card. *de Alliaco* dixiſſet poſtea *in IV. ſent. q. 6. art.* 3.

haud eſſe ab Eccleſia determinatum, quod accidentia ſint quid aliud ab ejus ſubſtantia &c. Quare ſupra citatus *Cl. Auctor de re Sacramentaria. T.* 1. *L.* 4. *q.* 6. *Sect.* 1. *c.* 4. §. 2. *ad Inſt.* 9. ita loquitur: "Dico, hoc canone (nempe 2. „Seſſ. 13.) a Concilio Tridentino de „Euchariſtia definiri, 1. totam panis „vinique ſubſtantiam converti in „corpus & ſanguinem Chriſti. 2. Solas præcedentium elementorum ſpe„cies remanere: an vero ABSOLUTÆ „& materiales ſint ENTITATES, an ſo„læ APPARENTIÆ panis & vini, ſen„ſus noſtros pari, ac antehac modo „afficientes? hoc, quoniam mere Phi„loſophicum, & ad dogma tranſub„ſtantiationis minime pertinens, Tri„dentini Patres non attigerunt.„ Hujus porro cautelæ in rebus fidei definiendis, cum aliquid in illis occurrit, inter Philoſophos controverſum, clarum habetur exemplum ex *Concilio Epheſino* I. contra *Neſtorium*, anno 431. ſub CÆLESTINO I., & Theodoſio juniore celebrato, in quo definitum fuit, *unionem humanitatis* cum VERBO DIVINO factam fuiſſe in humana *natura*, non in illius *perſona*, & ideo humanitatem *ſine propria perſonalitate* in Chriſto exiſte-

ſtere, hancque propterea realiter ab illa diſtingui; (CLII.) an vero *perſonalitas creata* ſit aliquid *poſitivum*, vel *negativum*, non determinarunt Patres, quia nempe ſciebant, controverſiam hanc ad *Philoſophorum* lites pertinere, adeoque fidem de *dualitate naturæ* & *unitate perſonæ* in Chriſto optime ſalvari, quomodocunque creata *perſonalitas* a Philoſophis explicetur: ſic autem a pari quoque inferunt moderni Philoſophi, in *Conc. Tridentino*, hoc ſolum eſſe definitum, quod Chriſtus ſit vere *ſub ſpeciebus panis & vini*, quid vero ſint revera illæ *ſpecies*? an ſcilicet ſint *accidentia abſoluta*, ut Peripatetici volunt, vel an ſint *modificationes mechanicæ*, a Chriſto ipſo eodem modo procuratæ, quo prius a ſubſtantia panis & vini fiebant, ut Neoterici propugnant, Philoſophorum diſputationibus relictum fuiſſe. Cæterum ex hac Reſponſione ulterius quoque deducere parant, quod etiam in *Concilio Conſtantienſi* (de quo mox antea) nihil prorſus circa hanc ſententiam *de accidentibus abſolutis* fuerit *definitum*; nam illud ipſum, (inquiunt) quod in *uno* Concilio ſemel *definitum* eſt, nequit in altero, quod poſtea celebratur, *ex*

induſtria diſſimulari, ne ſcilicet anſam hinc arripiant Sectarii, Concilium illud criminandi, quaſi in fide peccâſſet, & conſequenter (concludunt iſti) etiam 2da illa Wicleffi propoſitio: *Accidentia panis non manent in Euchariſtia ſine ſubjecto*, proſcripta non fuit in Concilio Conſtantienſi, quatenus *accidentia abſoluta* negat, ſed quatenus panis *ſubſtantiam*, tanquam accidentium *ſubjectum*, remanere dicit. Quapropter hic bene notari volunt illa Doctoris Angelici præclara verba *Opuſc.* 10. *Art.* 31. ita loquentis: „Multum nocet, talia, quæ ad ſacram doctrinam „non pertinent, aſſerere, vel urgere, „quaſi ſpectantia ad ſacram doctrinam. Unde videtur mihi tutius, hæc, „quæ Philoſophi omnes communiter „ſenſerunt, & noſtræ fidei non repugnant, neque ſic aſſerenda, ut „dogmata fidei, neque ſic eſſe negan„da tanquam fidei contraria, ne ſapien„tibus hujus mundi contemnendi do„ctrinam fidei præbeatur occaſio.„ Addunt; quod *Concilium Tridentinum* nullibi dicat, *ſpecies manere* sine subjecto, ſed ſimpliciter *ſpecies manere*, ſine addito: adeoque Neoterici arguunt, *ſpecies ſacramentales* eſſe quidem ſine ſubjecto

jecto ſuo *priore*; (*panis* ſcilicet & *vini*) neutiquam vero: ſine *omni* ſubjecto, eoquod eorum *ſubjectum*, poſt conſecrationem, modo ſit SS. *Corpus* & *ſanguis* D. N. J. C. eadem ratione afficiens organa noſtra ſenſoria, qua hæc antea a *ſubſtantia panis* & *vini* naturaliter afficiebantur; ut ſæpe jam dictum eſt, nempe *ſicut in poteſtate Chriſti* (in terra commorantis) *erat, ut corpus ſuum videretur, vel non videretur; ita in poteſtate ejus erat*, (modo poſt Reſurrectionem in SS. Altaris Sacramento) *ut ex ejus aſpectu formaretur in oculis intuentium vel forma glorioſa, vel non glorioſa, aut etiam commixta, vel qualitercunque ſe habens. Ita cit.* DOCTOR ANGEL. *p.* 3. *q.* 54. *Art.* 1. *ad tertium.* Nec per hoc unquam nos *fallit*, tum quia *ſenſus* falſitatis ſunt incapaces, (Log. *fol.* 653.) tum quia *fides* intellectum in hac vita ſatis illuminat, juxta illud 2. *Petri* 1. *v.* 19. *Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacimus attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies eluceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus noſtris.*

PROBATUR III. Ex Concil. *Colonienſi* circa añum 1549., & *Bituricenſi* anno 1584. Ex Colonienſi, &

Bituri-cenſi, celebratis, in quorum priore *p. 7. c. 15.* expreſſe ita legitur: *Quid panis vinique ſpecies aliud ſunt poſt conſecrationem, quam ſpecies ſacramentales, & accidentia ſine ſubjecto?* 2dum vero *tit. 22. can. 3.* ait: *Negantes accidentia panis & vini in ſacramento Euchariſtiæ ſine ſubſtantia panis & vini manere, anathemate feriantur, & Hæretici cenſeantur*: ergo accidentia abſoluta negari *tuta fide* non poſſunt.

RRENT NEOTERICI. Verbis pene iisdem, quæ modo allata ſunt, atque inſuper negant, illa Concilia fuiſſe *œcumenica*, ſeu *generalia*, cum potius fuerint *nationalia*, vel *provincialia*. Neque profecto SS. Pontifices, quibus ſolis ex officio competit, ea ita *approbarunt*, ut definierint, *omnia*, quæ ibi definita ſunt, ad *fidem* pertinere. Unde in ſpecie ad 1mum aſſerunt, non *definiendo*, ſed tantum *conſultando*, vel etiam *explicando*, & quidem non niſi *obiter* dici in eo, *panis & vini ſpecies eſſe accidentia ſine ſubjecto.* Ait vero Cl. *Melchior Canus l. 5. de loc. Theolog. c. 5.* ea, quæ præfato tantum modo in Conciliis dicuntur, non pertinere ad *fidem*.

Dein

Dein aſſerunt, quod illius Concilii Patres non dixerint, *ſpecies panis & vini eſſe accidentia abſoluta*, neque ſine OMNI ſubjecto inhæſionis in Euchariſtia exiſtere, ſed *indefinite tantum* declararint, eas eſſe *accidentia ſine ſubjecto*, quod utique concedunt Neoterici, ſi per *ſubjectum* intelligatur *ſubſtantia panis*, quæ prius aderat, non vero ſi *Corpus & ſanguis* D. N. J. C. per illud indigitetur. Ad 2*dum* ſimiliter aſſeverant, eos *tantum* a Concilio *Bituricenſi* cenſeri *hæreticos*, qui panis vinique *ſubſtantiam* cum Sectariis manere arbitrantur.

PROBATUR IV. Philoſophia Maignani Romæ confixa eſt anno 1709. 4. Martii maxime ob eam rationem, ut dicitur, & fateri videtur ipſe Maignanus, quod negaret *accidentia realia*. Item Andreas Piſſinus Luccenſis, ut refert Cl. P. SYRI cit. a Cl. P. *Fort. a Brix.* in ſua *Diſſertat. de qualit. ſenſib.* §. 159. anno 1676. mandante S. Romana *inquiſitione* retractare debuit *mechanicam* ſuam *de qualitatibus ſenſibilibus* in Euchariſtia philoſophandi rationem: ergo tuta fide ſuſtineri non valet. Ex damnatione Philoſophiæ Maignani, & Piſſini.

RRENT

„ſtas; cum hæc quæſtio nova tractari „cæperit a ſcholaſticis, non ex *Scrip-* „*tura, Patribus &c.* ſed *rationibus na-* „*turalibus, ex philoſophia Peripatetica* „*petitis.*„ Hinc 3*tio.* Denique non negant philoſophi moderni, Theologos illos in Concilio *Conſtantienſi*, maximam, imo totam fere partem, fuiſſe Peripateticos, (*Thomiſtas* nempe & *Scotiſtas*) qui ut *privati Doctores* forte putabant, rem aliter explicari non poſſe citra fidei periculum, quam per *accidentia abſoluta*, quapropter ea in *conſultationibus* (nunquam vero Eccleſia univerſalis in ſuis *definitionibus*) adhibere ſolebant, fere ſicut v. g. Theologi Concilii *Florentini*, (ſuo tempore non agnoſcentes aliam *diſtinctionem* quam *ſtricte realem* & *rationis*) contra Gilbertum docebant, *eſſentiam Divinam* & *perſonas* ſola *ratione* diſtingui, (CXXXVIII.) quin per hoc *Thomiſtæ* ſuæ diſtinctioni *virtuali*, aut *Scotiſtæ* ſuæ diſtinctioni *ex natura rei formali* aliquid derogatum fuiſſe exiſtiment. *Item.* Sicut ab initio proſcripta fuit Philoſophia *Ariſtotelica tota*, (Log. *fol.* 19.) quia putabatur *cum fide* minime conciliari poſſe, & tamen poſtea longe aliter judicatum eſt, poſtquam Catholicorum Docto-

rum

rum interpretatio orbi innotuit. Denique ſicut olim D. AUGUSTINUS *l. 16. de Civ. Dei c. 9. Antipodes* veluti *commentitios* rejecit, (id quod etiam de aliis SS. Patribus dicitur, LACTANTIO ſcilicet, CHRYSOSTOMO, GREGORIO NAZ. THEODORETO, THEOPHILACTO, JOANNE DAMASCENO, &c.) & *Zacharias* Papa ſententiam *ſuſpenſionis a ſacris* comminatus eſt VIRGILIO Presbytero, *Antipodas* dari aſſerenti, ut habent *annales Eccleſ. ad annum Chriſti* 748. & tamen id nunc pro manifeſte *demonſtrato* habetur: ita etiam fortaſſe illi Theologi *Conſtantienſis Concilii* modernam Neotericorum de *accidentibus* ſententiam, ſi hæc ipſis jam tunc plene innotuiſſet, æque approbâſſent, & acceptaſſent, prout univerſalis Eccleſia in ſuo eam valore *pacifice* relinquit.

PROBATUR II. *Ex Conc. Tridentino*, in quo *Seſſ.* 13. *de Euch. can.* 2. expreſſe definitum eſt, *totam panis vinique ſubſtantiam converti in corpus & ſanguinem Chriſti Domini*, MANENTIBUS DUNTAXAT SPECIEBUS: atqui *manere* non poſſunt, niſi ſint *entitates abſolutæ* in ſenſu ſcholaſtico: ergo. Ex Concilio Tridentino.

RRent Neoterici. Per species *panis & vini* nil aliud re ipſa intelligi, quam *panis & vini* sensibilitatem, (unde unde *ſenſibilitas* iſta juxta Philoſophos oriatur) eamque vere poſt conſecrationem remanere in tantum, in quantum ſacratiſſimum Chriſti corpus & ſanguis ita realiter in hoc ſacramento exiſtit, nobisque traditur, ut *a pane & vino ſenſuum miniſterio diſcerni nequaquam poſſit*, ad hoc autem ſatis eſſe inquiunt, ut Chriſtus Dominus ex loco, in quo ante conſecrationem erant *panis & vinum*, & in quo poſt conſecrationem nunc *vere* & *realiter* ipſe exiſtit, *eodem* penitus *modo* organa noſtra ſenſoria afficiat, quo eadem ipſa a *pane* & a *vino* affici naturaliter ſolent, & ante conſecrationem re ipſa ab illis rebus afficiebantur, (CLXXIX.) ſicut v. g. ad hoc, ut *aqua* ſub *vini* ſpecie nobis ſe prodat, ſatis eſt, ut *viſus*, *guſtus*, atque *olfactus* organa *eodem* penitus *modo* ab illa moveantur, quo naturaliter a *vino* moveri ſolent. Quod vero Patres Tridentini Concilii nomine *ſpecierum panis & vini* non intellexerint *accidentia abſoluta*, vel ſaltem id *definire* noluerint, moderni Philoſophi inde deducunt.

cunt. 1. Quia non amplius vocem *accidentium*, (quo termino uſi ſunt Patres Concilii *Conſtantienſis*,) uſurparunt, ſed *ſtudio* in ſuo decreto vocabulum *ſpecierum* adhibuerunt, non alia de cauſa, quam ne adhibita voce *accidentium* doctrinam Peripateticam confirmare viderentur, ut inquit Cl. P. *Ferrari.* 2. Quia haud dubie nomen *ſpecierum* ſumpſere eodem plane ſenſu, quem habet in ipſa S. Scriptura *Exod.* 24. v. 17. *Num.* 9. v. 15. *Pſalm.* 49. v. 2. *Cant.* 5. v. 15. *Ezech.* 1. v. 4. *Dan.* 3. v. 92. & c. 10. v. 6. denique *Luc.* 9. v. 29. &c. ubi nullibi *pro accidente abſoluto* acceptari poteſt; item in eo ſenſu, quem illi tribuere Patres Concilii *Lateranenſis IV*, anno 1215. ſub *Innocentio III.* celebrato, per illa verba, queis definiebant in *cap. firmiter. de fide Catholica*, *veraciter Chriſtum Dominum* SUB SPECIEBUS *panis & vini contineri:* atqui illi non intelligebant *accidentia abſoluta* per *ſpecies:* ergo neque Patres Concilii *Tridentini* ea intellexerunt. p. m. Si hoc intellexiſſent, id utique ſciviſſet etiam DOCTOR ANGEL. qui illius Concilii decretalem eximio *commentario* illuſtravit, neque Eminent. Card. *de Alliaco* dixiſſet poſtea *in IV. ſent. q. 6. art.* 3.

 haud

haud eſſe ab Eccleſia determinatum, quod accidentia ſint quid aliud ab ejus ſubſtantia &c. Quare ſupra citatus *Cl. Auctor de re Sacramentaria. T. 1. L. 4. q. 6. Sect. 1. c. 4. §. 2. ad Inſt. 9.* ita loquitur: "Dico, hoc canone (nempe 2. „Seſſ. 13.) a Concilio Tridentino de „Euchariſtia definiri, 1. totam panis „vinique ſubſtantiam converti in „corpus & ſanguinem Chriſti. 2. Solas præcedentium elementorum ſpe„cies remanere: an vero ABSOLUTÆ „& materiales ſint ENTITATES, an ſo„læ APPARENTIÆ panis & vini, ſen„ſus noſtros pari, ac antehac modo „afficientes? hoc, quoniam mere Phi„loſophicum, & ad dogma tranſub„ſtantiationis minime pertinens, Tri„dentini Patres non attigerunt.„ Hujus porro cautelæ in rebus fidei definiendis, cum aliquid in illis occurrit, inter Philoſophos controverſum, clarum habetur exemplum ex *Concilio Ephesino* I. contra *Neſtorium*, anno 431. ſub CÆLESTINO I., & Theodoſio juniore celebrato, in quo definitum fuit, *unionem humanitatis* cum VERBO DIVINO factam fuiſſe in humana *natura*, non in illius *perſona*, & ideo humanitatem *ſine propria perſonalitate* in Chriſto exiſte-

ſtere, hancque propterea realiter ab illa diſtingui; (CLII.) an vero *perſonalitas creata* ſit aliquid *poſitivum*, vel *negativum*, non determinarunt Patres, quia nempe ſciebant, controverſiam hanc ad *Philoſophorum* lites pertinere, adeoque fidem de *dualitate naturæ* & *unitate perſonæ* in Chriſto optime ſalvari, quomodocunque creata *perſonalitas* a Philoſophis explicetur: ſic autem a pari quoque inferunt moderni Philoſophi, in *Conc. Tridentino*, hoc ſolum eſſe definitum, quod Chriſtus ſit vere *ſub ſpeciebus panis & vini*, quid vero ſint revera illæ *ſpecies*? an ſcilicet ſint *accidentia abſoluta*, ut Peripatetici volunt, vel an ſint *modificationes mechanicæ*, a Chriſto ipſo eodem modo procuratæ, quo prius a ſubſtantia panis & vini fiebant, ut Neoterici propugnant, Philoſophorum diſputationibus relictum fuiſſe. Cæterum ex hac Reſponſione ulterius quoque deducere parant, quod etiam in *Concilio Conſtantienſi* (de quo mox antea) nihil prorſus circa hanc ſententiam *de accidentibus abſolutis* fuerit *definitum*; nam illud ipſum, (inquiunt) quod in *uno* Concilio ſemel *definitum* eſt, nequit in altero, quod poſtea celebratur, *ex*

induſtria diſſimulari, ne ſcilicet anſam hinc arripiant Sectarii, Concilium illud criminandi, quaſi in fide peccâſſet, & conſequenter (concludunt iſti) etiam 2da illa Wicleffi propoſitio: *Accidentia panis non manent in Eucharistia ſine ſubjecto*, proſcripta non fuit in Concilio Conſtantienſi, quatenus *accidentia abſoluta* negat, ſed quatenus panis *ſubſtantiam*, tanquam accidentium *ſubjectum*, remanere dicit. Quapropter hic bene notari volunt illa Doctoris Angelici præclara verba *Opuſc.* 10. *Art.* 31. ita loquentis: „Multum no„cet, talia, quæ ad ſacram doctrinam „non pertinent, aſſerere, vel urgere, „quaſi ſpectantia ad ſacram doctri„nam. Unde videtur mihi tutius, hæc, „quæ Philoſophi omnes communiter „ſenſerunt, & noſtræ fidei non re„pugnant, neque ſic aſſerenda, ut „dogmata fidei, neque ſic eſſe negan„da tanquam fidei contraria, ne ſapien„tibus hujus mundi contemnendi do„ctrinam fidei præbeatur occaſio.„ Addunt; quod *Concilium Tridentinum* nullibi dicat, *ſpecies manere* sine subjecto, ſed ſimpliciter *ſpecies manere*, ſine addito: adeoque Neoterici arguunt, *ſpecies ſacramentales* eſſe quidem ſine ſub-

jecto

Art. IV.

jecto ſuo *priore*; (*panis* ſcilicet & *vini*) neutiquam vero: ſine *omni* ſubjecto, eoquod eorum *ſubjectum*, poſt conſecrationem, modo ſit SS. *Corpus* & *ſanguis* D. N. J. C. eadem ratione afficiens organa noſtra ſenſoria, qua hæc antea a *ſubſtantia panis* & *vini* naturaliter afficiebantur; ut ſæpe jam dictum eſt, nempe *ſicut in poteſtate Chriſti* (in terra commorantis) *erat, ut corpus ſuum videretur, vel non videretur; ita in poteſtate ejus erat*, (modo poſt Reſurrectionem in SS. Altaris Sacramento) *ut ex ejus aſpectu formaretur in oculis intuentium vel forma glorioſa, vel non glorioſa, aut etiam commixta, vel qualitercunque ſe habens. Ita cit.* Doctor Angel. *p.* 3. *q.* 54. *Art.* 1. *ad tertium.* Nec per hoc unquam nos *fallit*, tum quia *ſenſus* falſitatis ſunt incapaces, (Log. *fol.* 653.) tum quia *fides* intellectum in hac vita ſatis illuminat, juxta illud 2. *Petri* 1. *v.* 19. *Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacimus attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies eluceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus noſtris.*

Ex Colonienſi, &

Probatur III. Ex Concil. *Colonienſi* circa añum 1549., & *Bituricenſi* anno 1584.

Bituricenſi,

celebratis, in quorum priore *p. 7. c. 15.* expreſſe ita legitur: *Quid panis vinique ſpecies aliud ſunt poſt conſecrationem, quam ſpecies ſacramentales, & accidentia ſine ſubjecto?* 2dum vero *tit. 22. can. 3.* ait: *Negantes accidentia panis & vini in ſacramento Euchariſtiæ ſine ſubſtantia panis & vini manere, anathemate feriantur, & Hæretici cenſeantur*: ergo accidentia abſoluta negari *tuta fide* non poſſunt.

RRENT NEOTERICI. Verbis pene iisdem, quæ modo allata ſunt, atque inſuper negant, illa Concilia fuiſſe *œcumenica*, ſeu *generalia*, cum potius fuerint *nationalia*, vel *provincialia*. Neque profecto SS. Pontifices, quibus ſolis ex officio competit, ea ita *approbarunt*, ut definierint, *omnia*, quæ ibi definita ſunt, ad *fidem* pertinere. Unde in ſpecie ad 1mum aſſerunt, non *definiendo*, ſed tantum *conſultando*, vel etiam *explicando*, & quidem non niſi *obiter* dici in eo, *panis & vini ſpecies eſſe accidentia ſine ſubjecto*. Ait vero Cl. *Melchior Canus l. 5. de loc. Theolog. c. 5.* ea, quæ præfato tantum modo in Conciliis dicuntur, non pertinere ad *fidem*.

Dein aſſerunt, quod illius Concilii Patres non dixerint, *ſpecies panis & vini eſſe accidentia abſoluta*, neque ſine OMNI ſubjecto inhæſionis in Euchariſtia exiſtere, ſed *indefinite tantum* declararint, eas eſſe *accidentia ſine ſubjecto*, quod utique concedunt Neoterici, ſi per *ſubjectum* intelligatur *ſubſtantia panis*, quæ prius aderat, non vero ſi *Corpus & ſanguis* D. N. J. C. per illud indigitetur. Ad 2*dum* ſimiliter aſſeverant, eos *tantum* a Concilio *Bituricenſi* cenſeri *hæreticos*, qui panis vinique *ſubſtantiam* cum Sectariis manere arbitrantur.

PROBATUR IV. Philoſophia Maignani Romæ confixa eſt anno 1709. 4. Martii maxime ob eam rationem, ut dicitur, & fateri videtur ipſe Maignanus, quod negaret *accidentia realia*. Item Andreas Piſſinus Luccenſis, ut refert Cl. P. SYRI cit. a Cl. P. *Fort. a Brix.* in ſua *Diſſertat. de qualit. ſenſib.* §. 159. anno 1676. mandante S. Romana *inquiſitione* retractare debuit *mechanicam* ſuam *de qualitatibus ſenſibilibus* in Euchariſtia philoſophandi rationem; ergo tuta fide ſuſtineri non valet.

Ex damnatione Philoſophiæ Maignani, & Piſſini.

RRENT

RRENT NEOTERICI cum Cl. *Muratorio L. 1. de Moderam. ingeniorum*, certum eſſe, quod Eccleſia enuntiationes *easdem*, ſecundum *varios ſenſus* acceptas nunc approbaverit, nunc reprobaverit, prout ipſi viſæ ſunt ſapere aut pravam, aut rectam doctrinam. Sic 1*mo* celebris illa Theſis: *Chriſtus eſt unus de Trinitate*, ſive *unus de Trinitate paſſus eſt*, ab *Hormisda* Rom. Pontifice, aliisque Catholicis rejecta primo fuit, *quia illius ſenſus ad Eutychianam hæreſin accedere*, & quaſi ita ſonare credebatur: *Divina natura humanis doloribus ac infirmitatibus obnoxia fuit.* Poſtea vero eadem Theſis tanquam *vere Catholica* agnita fuit a *Joanne II.* & *Vigilio* Romanis Pontificibus, itemque a tota ſynodo œcumenica V. 2*do*. In ſynodo Antiochena vocem ὁμοέσιον (Homouſion) in ſenſu *Pauli Samoſateni* acceptam, Epiſcopi complures proſcripſere, Nicæni vero Patres in ſenſu *Catholico* approbaverunt; (Log. *fol.* 185.) ſicut & variæ olim circa *incarnationem* & *gratiam* ſententiæ, ſecundum varias illarum intelligentias, male & bene ſonabant. 3*tio*, & omnium maxime, id videre eſt, (inquit mox citatus Cl. P. FORT. a BRIX.) *in Galilæano Mundi Syſtema-*

ſtemate, quamquam enim *Galilæus*, ejuſdem ſyſtematis inſtaurator & vindex acerrimus, haud ita propitium Romanum cœlum pro ſe invenerit, hac ipſa tamen ætate noſtra viri plerique, pietate ac religione præſtantes, nonnulli etiam purpurâ eminentes, cum *Galilæo*, & *Copernico* ſentire libere permittuntur, *modo certum indubitatumque ſyſtema non dicant, ſed commodam Aſtronomiæ uſibus hypotheſin faciant*, uti habet decretum *S. Congreg. S. Officii.* anno 1620. editum. Jam vero ex his Neoterici pariformiter concludunt, de confixione *philoſophiæ Maignani*, & de Palinodia, quam canere juſſus eſt *Piſſinus*, id ipſum dicendum eſſe; nempe illa de *accidentibus Euchariſticis* mechanica explicatio, utpote tunc temporis plane *nova* & omnium fere Philoſophorum & Theologorum opinioni omnino contraria, Romanis inquiſitoribus vehementer *ſuſpecta* videbatur, nunc autem, dum poſt accuratum examen deprehenſa fuit, non tantum nihil contra fidem continere, ſed & ipſa fidei dogmata circa SS. Altaris Sacramentum longe *commodius*, quam in ſyſtemate Peripatetico contingit, declarare; (id quod ex *prop. ſeq.* patebit) illa ipſa modo ab

Eccle-

Eccleſia permittitur, prout cum aliis teſtatur antea cit. Cl. D. Amort. in ſupra *cit. demonſt. crit. relig. Cathol. Venetiis* approbata atque impreſſa anno 1744. *p.* 1. *q.* 1. *n.* 8. ubi ſic loquitur: "Non „eſt hæreticum, erroneum aut peri- „culoſum in fide, ſi quis velit dicere, „in Euchariſtiá nulla dari accidentia „realia Peripatetica, ſed nudam appa- „rentiam, ſeu apparitionem in ſpecie „panis, prout Spiritus S. apparuit in „ſpecie columbæ, Chriſtus in ſpecie „hortulani & Peregrini, quo ultimo „caſu Evangeliſta dicit fuiſſe tentos „oculos diſcipulorum, ne eum agno- „ſcerent; - - &, quamvis Theologi, „philoſophia Peripatetica imbuti, com- „muniter doceant, eam apparentiam „fieri per accidentia Peripatetica, non „tamen rejicitur Romæ eorum opi- „nio tanquam erronea, aut ſcandalo- „ſa, aut periculoſa in fide, aut hæ- „retica, aut hæreſi propinqua, qui „docent, ſpecies Euchariſticas ſe ha- „bere per modum apparitionis; prout „Romæ ex ipſius ore intellexi, cui „incumbebat eo tempore cura præci- „pua in confixione librorum. „ Huc ſpectat, quod Auguſtiſſima Imperatrix Theresia per totam *Auſtriam*, *Bohemiam*,

miam, omnesque regiones *hereditarias* ſententiam affirmativam accidentium abſolutorum, *ex SS. Euchariſtiæ Myſterio deducendam*, ſpeciali decreto, pro *reformatione ſcholarum* edito, e ſcholis eliminari ſerio mandaverit. "Nunquam „porro Eccleſia, tanquam infallibilis „veritatis Magiſtra, doctrinis erroneis „atque in fide periculoſis conniviſſe, „aut eis, detecto errore, per ſilentium „vel minimum munimentum tuliſſe de„prehenſa eſt, (præclare inquit Cl. P. „Agnellus Merz. in ſuo *ſchem. ſyſtem. „Phil. Eclect.* §. 37.) alias enim defice„ret fides Petri in ſuis ſucceſſoribus, „qui oves ſibi commiſſas a lupis de„fendere, atque a paſcuis venenoſis „arcere negligerent: quis ergo digne „ſuſpicetur, tot Academias & Univer„ſitates celeberrimas in Italia, Gallia, „Belgio, Germania; plurimasque item „ſacrorum ac Religioſorum Ordinum, „in his terris degentium, ſcholas in de„terrimo fidei errore eſſe conſepul„tas? tacente Chriſti in terris Vi„cario, nullo reclamante Epiſcopo, „vel ſynodo nationali, & quidem per „tempus jam centum annorum & ul„tra, ab ortu hujus ſyſtematis præter„lapſorum, nempe ab anno 1650, quo

„obiit

„ obiit CARTESIUS, & 1655 quo fatis conceſſit Gaſſendus? „ Poſtremo doctrinam PISSINI quod attinet, eam *juſte* ſuſpectam fuiſſe ſacris fidei inquiſitoribus, luculenter demonſtrat ſupra cit. Cl. P. FORTUNAT. a BRIX, nam ille 1. graviſſimis *dicteriis* ſcholaſticam ſententiam, ejusque fautores inſectabatur, contrariam Peripateticorum ſententiam vocans *impiam, manifeſte hæreticam*, & *expreſſe damnatam*, in quo utique peccavit contra decreta PAULI V. & URBANI VIII. (CXXXIV.) 2. etiam *falſa* non pauca, *erronea*, ac *temeraria conſectaria* ex illa ſua opinione deducebat, utputa *Eucharistiam non eſſe ſacramentum, niſi cum tangitur reipſa, & videtur* &c, *Deum in* SS. ALTARIS SACRAMENTO *manifeſte nos fallere* &c. Cæterum alias adhuc probationes, ex *authoritate Breviarii* maxime, & *Catechiſmi Romani*, a Peripateticis ad probanda *accidentia abſoluta* afferri ſolitas, ſolvit Cl. P. FORT. a BRIX. in *diſſert. de qualit. ſenſib.* §§. 157. & 158.

Ex communi Theologorum ſenſu.

PROBATUR V. Ex *communi ſenſu*, & omnium præcipuorum Theologorum *perſuaſione*, a tempore ſaltem D. THOMÆ usque ad præſens, paucis contrarium

rium ſentientibus *Carteſianis*, aliiſque, ſuo genio plus indulgentibus philoſophis: ergo vel maxime, cum Philoſophia Theologiæ *ancillari* debeat, (Log. *fol.* 579.) a tot præſtantiſſimis Theologis in hac parte recedendum haud eſt.

RRENT NEOTERICI, ut ſupra, (CLXXVII.) nempe, ex *ſenſu communi* nihil prorſus in iſta controverſia poſſe decidi, eoquod omnes omnino SS. Patres & Theologi usque ad Sæculum Chriſti XI. PLATONICI fuerint, (Log. *fol.* 18.) & nihil prorſus de *accidentibus abſolutis* tradiderint. Adeoque, cum nec Eccleſia in ſuis Conciliis, neque antiqui Patres & Theologi quidquam de hac controverſia certo ac indubitato credendum tradiderint, id ipſum aſſeverant, quod Cl. P. DROUVEN in cit. ſuo volumine, *ad mentem Præceptoris Angelici* compilato, cum modernis in arte critica ſatis verſatis Theologis æque ac Philoſophis affirmat, nempe, quod *hæc de accidentibus phyſicis, quænam eorum natura ſit? ſolorum Philoſophorum quæſtio ſit, ad eorum tribunal ſummo jure devoluta.* "Volunt alii, „(ipſius verba ſunt *loco ſupra citato pag.* „421.) eſſe formas abſolutas, & ma-

„ teriales, realiter a ſubjecto, & enti-
„ tative, uti loquuntur, diſtinctas; con-
„ tendunt alii, hujusmodi formas, quæ
„ neque materia ſint, nec contextæ ex
„ materia, chymæras eſſe, hancque
„ ſuam doctrinam argumentis haud
„ contemnendis probant; unde infe-
„ runt, formas omnes corporum (ſo-
„ la anima rationali excepta) nihil
„ aliud eſſe, niſi certam materiæ mo-
„ dificationem, quæ non ſit entitas a
„ materia diverſa: hoc poſito (*per-
„ git ille*) dicimus, affirmari quidem
„ non poſſe, Chriſti Corpus realiter in
„ Euchariſtia contineri, quin ſimul di-
„ cantur remanere ſpecies, ſive appa-
„ rentiæ ſenſibiles panis & vini, quæ
„ nimirum eodem modo ſenſus affici-
„ ant, ac ante conſecrationem afficie-
„ bant, ſed negamus, neceſſario dici
„ debere, quod reſiduæ ſint quantita-
„ tis, coloris, odoris, ſaporis &c. abſo-
„ lutæ & materiales, ut loquuntur,
„ entitatulæ; Chriſtum enim in Eu-
„ chariſtia realiter contineri, (*Rationem
„ aſſignat*) Dogma Catholicum eſt, divi-
„ nitus revelatum, & in religione præ-
„ cipuum; accidentia vero materiales
„ eſſe entitates, a ſubjecto realiter di-
„ ſtinctas, Arabum, Ariſtotelis interpre-

„ tum

„ tum opinio, nec fidei, nec rationis „ lumine roborata, imo penitus ratio„ ni (judicio multorum) contraria; „ Itaque (*concludit tandem*) non puta„ mus, unum ſequi ex altero, multo„ que minus credimus, veritatem Eu„ chariſtiæ, niſi abſoluta accidentia ad„ mittantur, defendi non poſſe, quod „ videmus incaute ab aliquibus affir„ mari. „

Probatur VI. Si accidentia Euchariſtica meræ ſunt *apparentiæ*, & non *entitates abſolutæ*, poſt conſecrationem vere remanentes, ſequitur, homines a Deo in hoc SS. Myſterio continuo *decipi*, cum ea ſenſibus exhibeat, quæ vere non ſunt; abſurdum autem eſt conſequens: ergo & antecedens. Ex abſurda ſequela.

RRent Neoterici I. *Retorquendo.* Si *panis & vini ſubſtantia* in Euchariſtia facta conſecratione non remaneat, ſequitur, homines a Deo decipi; panis enim & vinum revera comparent, atqui conſequens eſt falſum: ergo & antecedens. Cum itaque hoc argumento Peripatetici minime moveantur, neque admittant aut *panem* in Euchariſtia remanere, aut ſenſus a Deo *decipi*, idem

de accidentibus Neoterici dicunt. II. *Negant ſequelam*; "Deus enim (rurſus „inquit ſæpe cit. Cl. P. Drouven *pag.* „422.) panis & vini apparentias con„ſervando, easdem in noſtris ſenſi„bus impreſſiones excitat, quas exci„tarent panis & vinum, ſi manerent: „Abſit igitur, ut ſignum veritatis, Di„vino miraculô noſtræ imbecillitati ad „fidem juvandam accommodatum, „fallaciam eſſe dicamus; quomodo „non dicimus, Magdalenam a Chri„ſto deceptam, quando ſub ſpecie „hortulani, quam realiter non habe„bat, viſibilem ei ſe præbuit; quo„modo pariter non dicimus, Iſraëli„tas a Deo deluſos, quando eis in „deſerto pluit Manna, panem ſcilicet „de cœlo paratum, omne delectamen„tum in ſe habentem, & omnis ſapo„ris ſuavitatem, ut in S. Scriptura le„gitur. *Sap.* 16. 20.; Divinus enim il„le cibus, in quem quisque propen„debat, ſaporem attemperabatur, ea„demque manente naturâ, guſtus di„verſos pro voto manducantium ex„citabat, non quod omnem in ſe ſa„porem haberet, ſed quia volente „Deo ſaporis cujuslibet impreſſione „ſenſum comedentium titillabat: qua

„in

„ in re præcellens *Euchariſtiæ figura* fuit, „ & in anteceſſum demonſtravit, pa„ nis & vini ſpecies atque apparentias „ in Sacramento Chriſti ſine ulla de„ ceptione manſuras. „ Hæc ille.

Probatur VII. In SS. Euchariſtiæ Myſterio datur vera *Converſio*: (*transſubſtantiationem* Eccleſia vocat) atqui vera *converſio* ex ſui notione neceſſario præſefert, *manere* aliquid ex iis, quæ prius erant in re illa, quam dicimus *converti*; in ſententia autem *Recentiorum* nihil manet de ſubſtantia *panis*, quæ prius aderat, nondum facta conſecratione; bene vero in ſententia *Peripateticorum*: ergo juxta RR non datur ibi vera *Converſio*, & conſequenter cum Peripateticis neceſſario ſentiendum hic eſt. Ex transſubſtantiatione.

RRent Neoterici, ſatis eſſe, ſi remaneat *panis & vini ſenſibilitas*, ſub qua SS. Chriſti Corpus & Sanguis deliteſcant, undecunque demum *ſenſibilitas* ipſa derivetur; Nam, cum *nullam*, ut ait Cl. Tournely *prælect. Theol. de Sacram. Euch. q.* 3. *Art.* 2. *habeat transſubſtantiatio in natura exemplum, quia ſingularis, nec ab humana ratione comprehendi po-*

teſt, *quia mirabilis*, *hoc eſt*, *tota in Myſteriis recondita*, hinc jure negare ſe poſſe exiſtimant, quod *Converſio* ex ſui notione neceſſario præſeferat *manere* quidquam ex iis, quæ prius aderant, id enim Doctores etiam ſummi nullatenus requirunt; Etenim 1. Doctor Seraphicus S. Bonavent. *ſuper* 4. *Sent. Diſt.* 11. *Art.* 1. *q.* 2. ad quæſtionem: *Sub quo genere motûs vel mutatationum contineatur transſubſtantiatio*? aperte reſpondet, eam aſſimilari *creationi*, quia *in illa nihil commune manet.* 2. Doctor Subtilis *ſuper eundem IV. Sent. Diſt.* 11. *q.* 1. §. *Dico ergo*, inquit, „proprie loquendo, transſubſtantiatio „non eſt mutatio, nec circa hoc oportet laborare ad inquirendum genus „transſubſtantiationis. - - ſi autem „omnino velis extendere mutationem, „ut dicatur de transſubſtantiatione, „poteſt dici, quod, ſicut ſecundum „Philoſophum *V. Phyſic.* triplex eſt mutatio, ſcilicet a non ſubjecto in ſubjectum, a ſubjecto in non ſubjectum, & a „ſubjecto in ſubjectum, & accipitur ibi „ſubjectum pro ente poſitivo, & non „ſubjectum pro privatione ejus, ſic poteſt verſio, extendendo ad mutationem ſupernaturalem, diſtingui, ut

„illa,

„ illa, quæ eſt a ſubjecto in non ſub„jectum, dicatur *annihilatio*, quæ au„tem a non ſubjecto in ſubjectum, „ *creatio*, quæ vero a ſubjecto in ſub„jectum, *transmutatio*, ſed per hoc „ quaſi nihil habetur de genere remo„to transmutationis, quod ſcilicet eſt „ genus verſionis, niſi quod utrum„que formaliter eſt inferius ad rela„tionem quandam ordinis, ſive ſuc„ceſſionis.„ 3. Cl. P. SUAREZ *Diſp.* 1. *in* 3. *partem S.* THOMÆ. *Sect.* 2. ſufficere ait ad *converſionem* generatim ſumptam, ut id, in quod aliud convertitur, *ſuccedat illi in eodem loco*, ac propterea ut *locus* tantum, (adeoque nihil *reale abſolutum*) ſit utrique termino communis. 4. Eminent. Card. BELLARMINUS *de Sacr. Euch. l.* 3. *c.* 18. ad veram *converſionem* ſeu *transſubſtantiationem* quatuor iſta requirit. 1. Ut aliquid *deſinat* eſſe. 2. Ut aliquid *ſuccedat* in ejus locum; per quod differt a *corruptione* & *annihilatione*. 3. Ut ſit *connexio* quædam, & dependentia inter deſitionem unius, & ſucceſſionem alterius, ita ſcilicet, ut *vi deſitionis* fiat ſucceſſio; ſecus enim forent *duæ actiones*, quarum una *annihilatio*, altera *creatio* diceretur. 4. Denique ut

tam terminus *a quo*, quam terminus *ad quem* ſit vere *poſitivus* per quod differt *vera converſio* a *creatione*, *annihilatione*, & *naturali converſione*, in qua, ut Peripatetici docent, terminus *a quo* eſt *privatio*. Iſtæ porro quatuor conditiones in SS. Euchariſtiæ Myſterio juxta Neotericos optime ſalvantur, ut examinanti patet: ergo vera etiam in ipſorum principiis habetur *converſio*. Et ſane nunquid *veræ converſiones* dicendæ ſunt illæ, dum *Moyſis Virga* in ſerpentem, *uxor Loth* in ſtatuam ſalis, & *aqua* in vinum in nuptiis Canæ in Galilæa mutatæ ſunt, ubi tamen nihil *entitatis abſolutæ* de priori ſubſtantia remanſit? Item ſi v. g. annihilato prorſus Paulo produceretur in ejus loco Petrus, ſimilis quoad omnia externa accidentia, atque ita quidem, ut inter deſitionem Pauli, & productionem Petri ea ſit *connexio*, ut *ideo* in ſui nihilum abeat Paulus, quia in ipſius loco producitur Petrus, & econtra; an non hæc Pauli in Petrum *converſio* vera & propria *transſubſtantiatio* dici poſſet? Ita a pari arguunt Recentiores &c.

PRO-

Ex fractione, & corruptione hoſtiæ conſecratæ.

Probatur VIII. Species Euchariſticæ juxta ſuperius citatum Concil. Tridentinum *Seſſ.* 13. *Can.* 3. *franguntur*, *dividuntur*, *ſeparantur*, imo quandoque *corrumpuntur*, & corruptæ in vermes abeunt: atqui ſi ſpecies Euchariſticæ non ſunt *accidentia abſoluta*, realiter diſtincta a corpore Chriſti, ſine ſubjecto exiſtentia, & eadem numero remanentia, non poteſt aſſignari in Euchariſtia, quid *frangatur*, quid *dividatur*, quid *corrumpatur* &c.: ergo accidentia abſoluta debent admitti. p. m. Dicere enim, ipſum *Corpus Chriſti* frangi, dividi, dilaniari, & comedentium dentibus atteri non tantum male ſonat in auribus noſtris, ſed & iſtud SS. Patres jam dudum in Capharnaitis, verba Chriſti *Joan.* 6. ſic intelligentibus damnarunt, & reprobarunt: imo dicere, *Corpus Chriſti in ſubſtantia* frangi, eſſet errorum unus Petri Abaelardi hæretici, ut teſtatur Alexander Natalis *in Hiſt. Eccleſ. p.* 2. *Sæculo XI.* & *XII.* Caveant igitur Neoterici, ne eundem errorem tueantur, dum docent, *ſpecies Euchariſticas* eſſe realiter ipſum *Corpus Chriſti*! &c.

RRent Neoterici duplici modo. 1. Quod, ſicut in Euchariſtia *panis* tantum appareat, revera autem non ſit, ita frangi quoque *videatur* iſte panis apparens *apparenter*, & hinc, ſicut nullum *accidens abſolutum* requiritur, ut Chriſtus Dominus *ſub panis ſpecie* in Euchariſtia nobis *appareat*, ita nec ad *fractionem* requiri ajunt. Ita infert ipſe Magister sententiarum *l. 4. ſent. Diſt. 12.* "Quibusdam placet, quod non ſit ibi „fractio, ſicut videtur, ſed dicitur „frangi, quia videtur frangi, quibus „objicitur, quod ait Ambroſius: nihil falſi putandum eſt in ſacrificiis „veritatis, vel ſicut fit in Magorum „præſtigiis, ubi deluſione quadam falluntur oculi, ut videant eſſe, quod „non eſt, ad hoc illi dicunt; non fallit nos viſus, nec fallitur, quod eſſet, ſi crederetur ita frangi, ut videtur. Nec illuſio eſt, quia ad utilitatem fidei, non ad deceptionem „ita fit, ſicut & Chriſtus ſe oſtendit duobus diſcipulis in via in ſpecie peregrini, nec in eo tamen talis forma „erat, ſed oculi eorum tenebantur, „ne eum agnoſcerent." Quod autem facta hoſtiæ conſecratæ fractione Chriſti corpus ſub *ſingulis* particulis integre pona-

ponatur, cauſam non eſſe dicunt *fra-ctionem ipſam*, ſed potius, quod Deus ipſe ſua omnipotentia iſtud in illis locis multiplicet, ubicunque *ſpecies* ſeu *ſenſibilitas panis* habetur: neque ad hoc nova *conſecratione* eſt opus, utpote quæ ibi ſolum adhiberi debet, ubi *nova* adeſt panis vinique *ſubſtantia*, in Chriſti Domini corpus & ſanguinem convertenda, quod omnes concedere debent. II. Alii dicunt, quod etiam *vera* & *realis*, nec ſolum *apparens* fractio in Euchariſtia peragatur, ad hoc tamen, inquiunt, non requiri *acciden-tia abſoluta*; ſic enim 1. Magister Sentent. *loc. cit.* rurſum aſſeverat, *corpus Chriſti eſſentialiter frangi, & di-vidi, & nihilominus integrum & incor-ruptibiliter exiſtere.* 2. Ita ſonabat quoque illa fidei formula, quam in Concilio Romano ſub Nicolao II. profiteri compulſus fuit Berengarius, ſuoque ſubſcripto nomine juramento firmare, profitebatur autem: "Panem & vinum, „quæ in altari ponuntur, poſt conſe-„crationem non ſolum Sacramentum, „ſed etiam verum corpus & sangui-„nem D. N. J. C. exiſtere, & sensua-„liter, non ſolum Sacramento, ſed „in veritate manibus Sacerdotum „tractari, frangi, & fidelium dentibus

„atte-

„atteri.„ Prout & ipſemet Apoſtolus inquit 1. *Cor.* 10. 16. *panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt*? quomodo porro fieri hoc queat, humana quidem *ratio* non comprehendit, *fides* tamen divinæ potentiæ concedit in eo Myſterio, quod, ut Eminent. Card. Bellarminus ait *l.* 3. *de Sacram. Euchar. c.* 9. *eſt memoriale omnium miraculorum.* „Divinæ certe po„tentiæ, egregie explicat Abbaudus Ab„bas *tract. de fractione corporis Chriſti* „apud Cl. Mabillonium *T.* 3. *veterum* „*analectorum pag.* 52. Metas præfigere „non valet humana infirmitas, etſi co„netur temeritas. Quæ enim impoſſibi„lia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt „apud Deum: alioquin nunquid hoc „ſolum de Chriſti corpore aſſeritur hu„manæ rationi contrarium, & juxta „legem humanorum corporum im„poſſibile? nonne de eodem corpore „aſſeritur, quod per Nativitatis ſuæ „Myſterium ad humanos oculos clau„ſo utero virginis exiverit, & ad „diſcipulos ſuos poſt reſurrectionem „clauſis januis introierit, ſeque ipſum „& palpabile, & tamen incorruptibile „demonſtraverit? ecce tria, ut hoc „jam non ſit ſolum, ſed quartum eo„rum, quæ ratio non comprehendit,

„fides

„ fides tamen divinæ potentiæ conce-„ dit.„ *Et ſub finem ſui opuſculi*, "Cogita-„ veram *inquit*, & illis aliqua reſpon-„ dere, qui dicunt, ipſum corpus non „ frangi, ſed in albedine ejus, & ro-„ tunditate aliquid factitari; ſed reco-„ gitans, ineptum eſſe in Evangelio „ Chriſti de albedine, & rotunditate „ diſputare, a maturis talia auribus di-„ movens, dialecticis, aut certe pueris „ talia permiſi, præſertim cum quivis „ facile videat, albedinem ſeu rotun-„ ditatem ab ipſo corpore, quod vel „ album, vel rotundum eſt, ſeparari „ non poſſe, ita ut & ipſo non fracto „ hæc per ſe ſingulariter non frangantur. „ Et revera quid opus cuique fideli in fi-„ de ſua hac circuitione verborum?„ Capharnaitæ porro nimium in ſua opinione *materiales* erant, putabant enim, corpus Chriſti vere & corporaliter manducari *phyſice*, hoc eſt, non ſecus ac cæteri cibi, dentibus atteri, dividi, trajici in ſtomachum, calore naturali digeri, & in ſubſtantiam aliti commutari, Neoterici autem id intelligunt fieri *ſacramentaliter*, ita ſcilicet, ut verum quidem ſit corpus Chriſti, quod ſumitur, ſed ſub extraneis panis vinique ſpeciebus *ineffabili modo* contentum,

in

in quo ſenſu SS. PP. tam ſæpe affirmant, *fideles corpore & ſanguine Chriſti nutriri. Modum* vero illum, quo id contingit, illi determinare nolunt, ne tollant Myſteria in eo ſacramento, quod Miraculum Miraculorum dicitur, nam, ut ait S. Augustinus *Epiſt.* 137. *ad Voluſianum*: *Dandum Deo, aliquid poſſe, quod fateamur, nos inveſtigare non poſſe: in talibus rebus tota ratio facti eſt potentia facientis*, eoquod vere in hoc Myſterio *ſtultam fecerit Deus ſapientiam hujus mundi.* 1. *Cor.* 1. 20. *Corruptio* item, quæ in illis ſpeciebus fieri apparet juxta Neotericos vere, *in ſubſtantia* contingit, quæ eo ipſo momento a Deo producitur, quo hoſtia, ſi non eſſet conſecrata, corrumperetur; (quod ipſi quoque Peripatetici in ſua ſententia dicere debent) alias enim ex hoſtiæ *incorruptibilitate* certiſſime nobis conſtaret, quænam hoſtia ſit vere conſecrata, quæ non? *Vermes* autem ibi naſcuntur vel ex ſimili ſubſtantia de novo producta, vel probabilius, ex ovulis, quæ aut præfuerunt in hoſtia non conſecrata, vel pixide, aut quæ facta conſecratione in eam prolapſa ſunt ex aere, vel muſcæ volitantes in illa, imo & ſupra conſecratas particu-

las depoſuere. Sic autem & *nutritio* fit per hoſtias conſecratas ex *nova ſubſtantia*, ab ipſo Deo tunc immediate producta, ne, ſi ex hoſtiis non conſecratis non nutriremur, *fides* deficiat, prout ipſi rurſum Peripatetici loqui debent, non enim ex *accidentibus abſolutis* nutritio *ſubſtantialis* fieri poteſt. Poſtremo quod de *Petro Abaelardo* Pariſienſi Philoſopho allatum eſt, ſcriptores non conveniunt, quinam fuerint ejus errores, ut ſcribit Cl. Sandinus, Seminarii Patavini Bibliothecarius in ſua *Baſi Hiſtor. Eccleſ. ad uſum Cleri Auguſtani. p.* 4. *pag.* 121. Quin ille potius, ut habet ipſemet ſupra citatus Cl. P. Natalis Alexander circa illud Myſterium aperte cum Peripateticis ſentiebat. Sic enim habet *Tom. VII. Sæculi XI. & XII. Diſſert. VII. Art. VI. in Explicatione VI. Propoſitionis* Petri Abælardi (quæ ita ſonabat: In Sacramento Altaris remanet in aëre forma prioris ſubſtantiæ) "ſeptima propoſi„tio, quæ eſt de accidentibus panis „& vini in aëre manentibus, ſubſtan„tiâ panis & vini mutatâ in Corpus, „& ſanguinem Chriſti, non ſpectat do„gma fidei. Namque præſentiam rea„lem

„lem Corporis & Sanguinis Chriſti in „Euchariſtia, transſubſtantiationem „panis & vini in corpus & ſanguinem „Chriſti, accidentium denique ſepara„torum exiſtentiam profitebatur Abæ„lardus: an autem in aëre circumſtan„te, vel in Chriſti Corpore exiſtant? „ad fidem nihil attinet.„ Videatur de hoc pariter Cl. P. FORTUNAT. a BRIX. in ſæpius laudata *Diſſert. ſua de qualit. ſenſib.* §. 118. *pag. mihi* 210.

Expoſitis nunc *Peripateticorum* rationibus præcipuis ſequitur quoque pro *Neotericorum* opinione

PROPOSITIO II.

Accidentia abſoluta actu non dantur.

Accidentia abſoluta actu non dari, videtur evincere ratio,

CLXXXI. PROBATUR I. *Ex una parte* nulla eorum eſt *neceſſitas* ex conſtitutis *fidei*, ut patet ex allatis (n. præc.) Recentiorum reſponſionibus: ex *altera* vero parte ea omnino implicant, (CLXXVIII.) nec ulla aſſignari poteſt *ſenſibilis qualitas*, quæ non poſſit multo melius per *affectiones mechanicas* explicari: (uti ex *Phyſica* hic ſupponitur:) ergo.

PRO-

Probatur II. Ipſamet fidei definita circa SS. Euchariſtiæ Myſterium (ex quibus unice ſuas probationes deſumunt Peripatetici) in ſententia Recentiorum commode, imo longe commodius, quam per accidentia abſoluta explicantur: ergo nulla omnino datur *neceſſitas* vel *utilitas*, conſequenter & ipſa non dantur. p. A. ſequentibus argumentis. Et ipſa fides.

Argumentum I. Juxta illum D. Thomæ Hymnum, ab Eccleſia paſſim receptum, in hoc SS. Sacramento *viſus*, *tactus*, *guſtus fallitur*: atqui non fallerentur iſti ſenſus, ſi *accidentia abſoluta* panis & vini, & quidem *eadem* quæ prius, remanerent; nam ſenſus *revera* perciperent id, quod antea percepere, (eo quod *ſubſtantia* quævis juxta Peripateticos ſolummodo *per accidentia* fiat ſenſibilis) nempe viderent verum *colorem*, quem prius viderunt, vere ſentirent *ſaporem*, quem ſenſerunt antea, ut adeo nil aſſignari poſſit, in quo ſenſus noſtri *fallerentur*. *Nec juvat dicere*, quod ſenſus noſtri in hoc fallantur, quia ex præſentia accidentium *judicare* poſſunt, adeſſe præſentiam panis & vini; nam *contra eſt*: hoc Quia alias ſenſus in SS. Euchariſtiæ Myſterio non fallerentur.

 judi-

judicium non ſpectat ad *ſenſus*, ſed ad *rationem* ſeu *mentem*, cum ſenſus ultra ſtatum rei *ſenſibilem* ſuo non pertingant acumine.

Conf. In alio Hymno Eccleſia canit: *Sub diverſis ſpeciebus, ſignis tantum & non rebus latent res eximiæ:* ergo ſpecies non ſunt *res* ſeu *entitates* a re modificata diſtinctæ, ſed *ſigna* tantum, ſeu *apparentiæ* in ſenſu Neotericorum.

RRent Peripatetici. Quod ſenſus noſtri in *ſenſu proprio* & immediate quoad ſe non fallant quidem, nec fallantur, *intellectui* tamen circa Divinum hocce Myſterium præbere poſſent fundamentum judicandi, quod adſit ſubſtantia panis, niſi ex fidei principiis hic error eximeretur, prout ſe ipſum clare explicat D. Thomas in *Opuſc.* 57. in hæc verba loquens: *accidentia ſine ſubjecto in eodem* (ſacramento) *ſubſiſtunt, ut - - ſenſus a deceptione reddantur immunes, qui de accidentibus judicant ſibi notis.* Ad *Conf.* dicunt, illum textum ſic eſſe interpretandum, quod *accidentia* non ſint *entitates ſubſtantiales*, bene vero, quod ſint *entitates accidentales*; dicitur enim in eodem

dem Hymno: *ſigni tantum ſit fractura*, ſi autem hoc ſignum non eſſet aliqua *entitas*, non poſſet *frangi*, aut *dividi*.

Argumentum II. Corpus & ſanguis Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini eſt *verus cibus* & *verus potus* juxta illud *Joan. 6.*: Atqui ſi ſpecies panis & vini ſunt *accidentia abſoluta*, realiter diſtincta a corpore & ſanguine Chriſti, eadem numero remanentia, nequit dici, quod Corpus Chriſti ſit *verus cibus*, & *verus potus*: ergo *ſpecies* panis & vini non ſunt *accidentia abſoluta*. p. m. Verus cibus, qui ſenſibiliter & phyſice manducatur, (qualiter a nobis manducari Corpus Chriſti a Conc. Trident. *Seſſ.* 13. *Can.* 8. dicitur) phyſice, ſenſibiliter, & *per ſe immutat* ſenſum guſtûs, atque papillas linguæ percellit: (Log. *fol.* 409.) atqui id facere nequeunt *accidentia abſoluta*, tum quia non ſunt *impenetrabilia*, adeoque nec ullam in ſe vim habent papillas ipſas *tangendi*; tum etiam, quia juxta illius ſententiæ placita, (ubi Corpus Chriſti ſub ſpeciebus realiter a ſe diſtinctis continetur & obvelatur) non *ipſum Corpus Chriſti* ſenſibiliter, phyſice, & per ſe immutat ſenſum guſtûs,

Nec Corpus & ſanguis Chriſti eſſet verus cibus, & potus.

ſed potius *accidentia*, realiter a corpore diſtincta; quidquid enim in illa ſententia guſtus immediate perciperet, hoc forent *accidentia abſoluta*, Corpus autem Chriſti ſolum *mediate* & *concomitanter* manducaretur, utpote ſub illis tantum latens: econtra juxta Neotericos ad amuſſim verificatur, quod S. Evangelium, nec non Concilium Tridentinum per verba præfata docent. &c. Conf. Si Corpus Chriſti ſubſtaret accidentibus abſolutis, tunc verba conſecrationis eſſent falſa; facerent enim hunc ſenſum: *hoc*, id eſt *accidentia* ſub ſenſus cadentia, quæ videtis, guſtatis &c., *eſt Corpus meum*: atqui hoc eſt falſum: ergo. p. m. Hac ratione ex illis Chriſti Domini verbis non amplius poſſet efficaciter contra hæreticos *impanatores* probari ipſa *transſubſtantiatio*; ad hanc quippe probandam Theologi paſſim hocce argumento utuntur: *ſi panis ſubſtantia remaneret* (ut *impanatores* docent) *non eſſet vera illa Chriſti propoſitio*: HOC EST CORPUS MEUM, *eoquod pronomen* HOC *non Chriſti Corpus ſed panis ſubſtantiam deſignaret* &c: atqui admiſſis accidentibus abſolutis, quæ juxta Peripateticos remanere dicuntur peracta conſecratione, illi

illi hæretici facile retorquere poſſent, quod pronomen *hoc* in allatis Chriſti verbis æque ſignificare poſſet ſolum ejusdem *Corpus*, quamvis (in ipſorum ſententia) ſimul cum illo panis *ſubſtantia* remaneat, ſicut illud ipſum duntaxat ſignificat juxta Theologos Peripateticos, etſi ſimul cum eo remaneant priora *accidentia* &c., & conſequenter melius cum Neotericis dicitur, quod per illa verba: *hoc eſt Corpus meum*, Chriſtus dicere voluerit: *hoc nihil eſt aliud*, *quam Corpus meum*, quia non poſſunt eſſe plura ſimul, nempe & *Corpus Chriſti* & *quantitas panis*, & albedo *panis* &c., certe non magis quam *panis* ipſe. At

RRENT PERIPATETICI, Chriſtum juxta PP. & Theologorum unanimem fere ſententiam eſſe *verum*, *cibum & potum*, quatenus ſub ſpeciebus panis & vini continetur; τὸ *contineri* enim ſenſum in ſcholis non facit, quaſi Chriſtus in extima ſolum ſpecierum ſuperficie contineatur, ſed quod ibi ſit præſens, ubi ſunt ſpecies, & cum iisdem *compenetretur*. Ideoque nec verba conſecrationis fallunt, eoquod particula demonſtrativa HOC non dirigatur ad

ſpecies, ſed ad *Corpus Chriſti*, ſenſusque eſt: *hoc, quod ſubſtat his accidentibus, eſt Corpus meum*, ſicque propoſitio *contentum* indicat, non *continens*, ſicut etiam vulgo, ſi e. g. videamus *crumenam* aureis plenam, dicere ſolemus: *hoc eſt aurum*, per hoc indicare cupientes id, quod in crumena continetur. Nec denique propter hanc Peripateticorum ſententiam effugium vel minimum *impanatoribus* relinquitur, quia toto cœlo differunt *accidentia abſoluta* in Euchariſtia remanentia a *ſubſtantia panis*, quam illi ſuperſtitem exiſtere facta conſecratione pertinaciter tuentur, illa nempe *priora* aſſeruntur a Conciliis & SS. Patribus, iſta vero *poſterior* ab univerſo orbe Catholico aperte rejicitur.

Nec ſpecies Sacramentales adorari poſſent.

Argumentum III. Species Euchariſticæ panis & vini in Eccleſia Dei adorantur cultu latriæ, ex decreto Concilii Tridentini *Seſſ.* 13. *Can.* 6.: ergo debent in ſe aliquid *Divinum* eſſe; nihil enim cultu *latriæ* coli poteſt, (juxta Theologos) niſi ſit vel in ſe aliquid *Divinum*, vel ſaltem Divinitati *hypoſtatice* unitum. Jam vero ſi *ſpecies Euchariſticæ* ſunt accidentia abſoluta, a

Cor-

Corpore Chriſti realiter diſtincta, & numero eadem, quæ prius aderant, eo ipſo in ſe non ſunt aliquid *Divinum*; & conſequenter, ut hoc Eccleſiæ definitum rite explicetur, cum RR. dici debet, quod ſpecies Euchariſticæ ſint tantum *modificationes*, a Corpore Chriſti realiter indiſtinctæ. CONF. *De Conſecr. Diſt. 2. can. ſi per negligentiam.* Pœna graviſſima ſtatuitur in illos, *ex quorum incuria aliquid Dominici ſanguinis in terram, vel ſuper altare deciderit*, ſevereque præcipitur, ut *locus ille, in quem ceciderit, lambatur, radatur, atque lavetur;* ad quid autem *raſione* & *lotione* tali opus eſſet, ſi Corpus Chriſti non ipſum immediate, ſed tantum mediantibus accidentibus, quibus tanquam velamine juxta Peripateticos eſt involutum, terram attingit? certe nemo humum lambit, aut radit, ſi S. Hoſtia, thecæ argenteæ, aut alteri involucro incluſa in terram cadit, eoquod non *immediate* terram tangat: ergo a pari.

RRENT PERIPATETICI. Quod ſpecies quoad ſe ſolum adorentur cultu latriæ *reſpectivo*, quatenus ſcilicet *referuntur* ad Chriſtum, illis ſubſtantem,

in quo ſenſu SS. PP. tam ſæpe affirmant, *fideles corpore & ſanguine Chriſti nutriri. Modum* vero illum, quo id contingit, illi determinare nolunt, ne tollant Myſteria in eo ſacramento, quod MIRACULUM MIRACULORUM dicitur, nam, ut ait S. AUGUSTINUS *Epiſt.* 137. *ad Voluſianum*: *Dandum Deo, aliquid poſſe, quod fateamur, nos inveſtigare non poſſe: in talibus rebus tota ratio facti eſt potentia facientis*, eoquod vere in hoc Myſterio *ſtultam fecerit Deus ſapientiam hujus mundi.* 1. *Cor.* 1. 20. *Corruptio* item, quæ in illis ſpeciebus fieri apparet juxta Neotericos vere, *in ſubſtantia* contingit, quæ eo ipſo momento a DEO producitur, quo hoſtia, ſi non eſſet conſecrata, corrumperetur; (quod ipſi quoque Peripatetici in ſua ſententia dicere debent) alias enim ex hoſtiæ *incorruptibilitate* certiſſime nobis conſtaret, quænam hoſtia ſit vere conſecrata, quæ non? *Vermes* autem ibi naſcuntur vel ex ſimili ſubſtantia de novo producta, vel probabilius, ex ovulis, quæ aut præfuerunt in hoſtia non conſecrata, vel pixide, aut quæ facta conſecratione in eam prolapſa ſunt ex aere, vel muſcæ volitantes in illa, imo & ſupra conſecratas particu-

las

las depoſuere. Sic autem & *nutritio* fit per hoſtias conſecratas ex *nova ſubſtantia*, ab ipſo Deo tunc immediate producta, ne, ſi ex hoſtiis non conſecratis non nutriremur, *fides* deficiat, prout ipſi rurſum Peripatetici loqui debent, non enim ex *accidentibus abſolutis* nutritio *ſubſtantialis* fieri poteſt. Poſtremo quod de *Petro Abaelardo* Pariſienſi Philoſopho allatum eſt, ſcriptores non conveniunt, quinam fuerint ejus errores, ut ſcribit Cl. Sandinus, Seminarii Patavini Bibliothecarius in ſua *Baſi Hiſtor. Eccleſ. ad uſum Cleri Auguſtani. p.* 4. *pag.* 121. Quin ille potius, ut habet ipſemet ſupra citatus Cl. P. Natalis Alexander circa illud Myſterium aperte cum Peripateticis ſentiebat. Sic enim habet *Tom. VII. Sæculi XI. & XII. Diſſert. VII. Art. VI. in Explicatione VI. Propoſitionis* Petri Abælardi (quæ ita ſonabat: In Sacramento Altaris remanet in aëre forma prioris ſubſtantiæ) "ſeptima propoſi„tio, quæ eſt de accidentibus panis „& vini in aëre manentibus, ſubſtan„tiâ panis & vini mutatâ in Corpus, „& ſanguinem Chriſti, non ſpectat do„gma fidei. Namque præſentiam rea-

„lem

„lem Corporis & Sanguinis Chriſti in „Euchariſtia, tranſſubſtantiationem „panis & vini in corpus & ſanguinem „Chriſti, accidentium denique ſepara„torum exiſtentiam profitebatur Abæ„lardus: an autem in aëre circumſtan„te, vel in Chriſti Corpore exiſtant? „ad fidem nihil attinet.„ Videatur de hoc pariter Cl. P. Fortunat. a Brix. in ſæpius laudata *Diſſert. ſua de qualit. ſenſib.* §. 118. *pag. mihi* 210.

Expoſitis nunc *Peripateticorum* rationibus præcipuis ſequitur quoque pro *Neotericorum* opinione

PROPOSITIO II.

Accidentia abſoluta actu non dantur.

Accidentia abſoluta actu non dari, videtur evincere ratio,

CLXXXI. Probatur I. *Ex una parte* nulla eorum eſt *neceſſitas* ex conſtitutis *fidei*, ut patet ex allatis (n. præc.) Recentiorum reſponſionibus: ex *altera* vero parte ea omnino implicant, (CLXXVIII.) nec ulla aſſignari poteſt *ſenſibilis qualitas*, quæ non poſſit multo melius per *affectiones mechanicas* explicari: (uti ex *Phyſica* hic ſupponitur:) ergo.

Pro-

Probatur II. Ipſamet fidei definita circa SS. Euchariſtiæ Myſterium (ex quibus unice ſuas probationes deſumunt Peripatetici) in ſententia Recentiorum commode, imo longe commodius, quam per accidentia abſoluta explicantur: ergo nulla omnino datur *neceſſitas* vel *utilitas*, conſequenter & ipſa non dantur. p. A. ſequentibus argumentis.

Et ipſa fides.

Argumentum I. Juxta illum D. Thomæ Hymnum, ab Eccleſia paſſim receptum, in hoc SS. Sacramento *viſus*, *tactus*, *guſtus fallitur*: atqui non fallerentur iſti ſenſus, ſi *accidentia abſoluta* panis & vini, & quidem *eadem* quæ prius, remanerent; nam ſenſus *revera* perciperent id, quod antea percepere, (eo quod *ſubſtantia* quævis juxta Peripateticos ſolummodo *per accidentia* fiat ſenſibilis) nempe viderent verum *colorem*, quem prius viderunt, vere ſentirent *ſaporem*, quem ſenſerunt antea, ut adeo nil aſſignari poſſit, in quo ſenſus noſtri *fallerentur*. *Nec juvat dicere*, quod ſenſus noſtri in hoc fallantur, quia ex præſentia accidentium *judicare* poſſunt, adeſſe præſentiam panis & vini; nam *contra eſt*: hoc

Quia alias ſenſus in SS. Euchariſtiæ Myſterio non fallerentur.

 judi-

judicium non ſpectat ad *ſenſus*, ſed ad *rationem* ſeu *mentem*, cum ſenſus ultra ſtatum rei *ſenſibilem* ſuo non pertingant acumine.

Conf. In alio Hymno Eccleſia canit: *Sub diverſis ſpeciebus, ſignis tantum & non rebus latent res eximiæ:* ergo ſpecies non ſunt *res* ſeu *entitates* a re modificata diſtinctæ, ſed *ſigna* tantum, ſeu *apparentiæ* in ſenſu Neotericorum.

RRent Peripatetici. Quod ſenſus noſtri in *ſenſu proprio* & immediate quoad ſe non fallant quidem, nec fallantur, *intellectui* tamen circa Divinum hocce Myſterium præbere poſſent fundamentum judicandi, quod adſit ſubſtantia panis, niſi ex fidei principiis hic error eximeretur, prout ſe ipſum clare explicat D. Thomas in *Opuſc.* 57. in hæc verba loquens: *accidentia ſine ſubjecto in eodem* (ſacramento) *ſubſiſtunt*, *ut* - - *ſenſus a deceptione reddantur immunes, qui de accidentibus judicant ſibi notis.* Ad *Conf.* dicunt, illum textum ſic eſſe interpretandum, quod *accidentia* non ſint *entitates ſubſtantiales*, bene vero, quod ſint *entitates accidentales*; dicitur enim in eodem

dem Hymno: *ſigni tantum ſit fractura*, ſi autem hoc ſignum non eſſet aliqua *entitas*, non poſſet *frangi*, aut *dividi*.

Argumentum II. Corpus & ſanguis Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini eſt *verus cibus* & *verus potus* juxta illud *Joan. 6.*: Atqui ſi ſpecies panis & vini ſunt *accidentia abſoluta*, realiter diſtincta a corpore & ſanguine Chriſti, eadem numero remanentia, nequit dici, quod Corpus Chriſti ſit *verus cibus*, & *verus potus*: ergo *ſpecies* panis & vini non ſunt *accidentia abſoluta*. p. m. Verus cibus, qui ſenſibiliter & phyſice manducatur, (qualiter a nobis manducari Corpus Chriſti a Conc. Trident. *Seſſ.* 13. *Can.* 8. dicitur) phyſice, ſenſibiliter, & *per ſe immutat* ſenſum guſtûs, atque papillas linguæ percellit: (Log. *fol.* 409.) atqui id facere nequeunt *accidentia abſoluta*, tum quia non ſunt *impenetrabilia*, adeoque nec ullam in ſe vim habent papillas ipſas *tangendi*; tum etiam, quia juxta illius ſententiæ placita, (ubi Corpus Chriſti ſub ſpeciebus realiter a ſe diſtinctis continetur & obvelatur) non *ipſum Corpus Chriſti* ſenſibiliter, phyſice, & per ſe immutat ſenſum guſtûs,

Nec Corpus & ſanguis Chriſti eſſet verus cibus, & potus.

ſed potius *accidentia*, realiter a corpore diſtincta; quidquid enim in illa ſententia guſtus immediate perciperet, hoc forent *accidentia abſoluta*; Corpus autem Chriſti ſolum *mediate* & *concomitanter* manducaretur, utpote ſub illis tantum latens: econtra juxta Neotericos ad amuſſim verificatur, quod S. Evangelium, nec non Concilium Tridentinum per verba præfata docent. &c. Conf. Si Corpus Chriſti ſubſtaret accidentibus abſolutis, tunc verba conſecrationis eſſent falſa; facerent enim hunc ſenſum: *hoc*, id eſt *accidentia* ſub ſenſus cadentia, quæ videtis, guſtatis &c., *eſt Corpus meum*: atqui hoc eſt falſum: ergo. p. m. Hac ratione ex illis Chriſti Domini verbis non amplius poſſet efficaciter contra hæreticos *impanatores* probari ipſa *transſubſtantiatio*; ad hanc quippe probandam Theologi paſſim hocce argumento utuntur: *ſi panis ſubſtantia remaneret* (ut *impanatores* docent) *non eſſet vera illa Chriſti propoſitio*: HOC EST CORPUS MEUM, *eoquod pronomen* HOC *non Chriſti Corpus ſed panis ſubſtantiam deſignaret* &c: atqui admiſſis accidentibus abſolutis, quæ juxta Peripateticos remanere dicuntur peracta conſecratione,

illi

illi hæretici facile retorquere poſſent, quod pronomen *hoc* in allatis Chriſti verbis æque ſignificare poſſet ſolum ejusdem *Corpus*, quamvis (in ipſorum ſententia) ſimul cum illo panis *ſubſtantia* remaneat, ſicut illud ipſum duntaxat ſignificat juxta Theologos Peripateticos, etſi ſimul cum eo remaneant priora *accidentia* &c., & conſequenter melius cum Neotericis dicitur, quod per illa verba: *hoc eſt Corpus meum*, Chriſtus dicere voluerit: *hoc nihil eſt aliud*, *quam Corpus meum*, quia non poſſunt eſſe plura ſimul, nempe & *Corpus Chriſti* & *quantitas panis*, & albedo *panis* &c., certe non magis quam *panis* ipſe. At

RRENT PERIPATETICI, Chriſtum juxta PP. & Theologorum unanimem fere ſententiam eſſe *verum cibum & potum*, quatenus ſub ſpeciebus panis & vini continetur; τὸ *contineri* enim ſenſum in ſcholis non facit, quaſi Chriſtus in extima ſolum ſpecierum ſuperficie contineatur, ſed quod ibi ſit præſens, ubi ſunt ſpecies, & cum iisdem *compenetretur*. Ideoque nec verba conſecrationis fallunt, eoquod particula demonſtrativa HOC non dirigatur ad

ſpecies, ſed ad *Corpus Chriſti*, ſenſusque eſt: *hoc*, *quod ſubſtat his accidentibus*, *eſt Corpus meum*, ſicque propoſitio *contentum* indicat, non *continens*, ſicut etiam vulgo, ſi e. g. videamus *crumenam* aureis plenam, dicere ſolemus: *hoc eſt aurum*, per hoc indicare cupientes id, quod in crumena continetur. Nec denique propter hanc Peripateticorum ſententiam effugium vel minimum *impanatoribus* relinquitur, quia toto cœlo differunt *accidentia abſoluta* in Euchariſtia remanentia a *ſubſtantia panis*, quam illi ſuperſtitem exiſtere facta conſecratione pertinaciter tuentur, illa nempe *priora* aſſeruntur a Conciliis & SS. Patribus, iſta vero *poſterior* ab univerſo orbe Catholico aperte rejicitur.

Nec ſpecies Sacramentales adorari poſſent.

Argumentum III. Species Euchariſticæ panis & vini in Eccleſia Dei adorantur cultu latriæ, ex decreto Concilii Tridentini *Seſſ.* 13. *Can. 6.*: ergo debent in ſe aliquid *Divinum* eſſe; nihil enim cultu *latriæ* coli poteſt, (juxta Theologos) niſi ſit vel in ſe aliquid *Divinum*, vel ſaltem Divinitati *hypoſtatice* unitum. Jam vero ſi *ſpecies Euchariſticæ* ſunt accidentia abſoluta, a

Cor-

Corpore Chriſti realiter diſtincta, & numero eadem, quæ prius aderant, eo ipſo in ſe non ſunt aliquid *Divinum*; & conſequentèr, ut hoc Eccleſiæ definitum rite explicetur, cum RR. dici debet, quod ſpecies Euchariſticæ ſint tantum *modificationes*, a Corpore Chriſti realiter indiſtinctæ. Conf. *De Conſecr. Diſt.* 2. *can. ſi per negligentiam.* Pœna graviſſima ſtatuitur in illos, *ex quorum incuria aliquid Dominici ſanguinis in terram, vel ſuper altare deciderit*, ſevereque præcipitur, ut *locus ille, in quem ceciderit, lambatur, radatur, atque lavetur;* ad quid autem *raſione* & *lotione* tali opus eſſet, ſi Corpus Chriſti non ipſum immediate, ſed tantum mediantibus accidentibus, quibus tanquam velamine juxta Peripateticos eſt involutum, terram attingit? certe nemo humum lambit, aut radit, ſi S. Hoſtia, thecæ argenteæ, aut alteri involucro incluſa in terram cadit, eoquod non *immediate* terram tangat: ergo a pari.

RRent Peripatetici. Quod ſpecies quoad ſe ſolum adorentur cultu latriæ *reſpectivo*, quatenus ſcilicet *referuntur* ad Chriſtum, illis ſubſtantem, prout

prout etiam S. Crux adoratur *relative* ad Chriſtum, qui in ea pependit, & mortuus eſt. Vel etiam dici poteſt, quod ſpecies adorentur in complexo *una cum Corpore Chriſti*, & totum Sacramentum *per modum unius complexi*; nec enim unquam cultus *ſeparatus* ab Eccleſia illis exhiberi ſolet, cum nulla ſit ratio ſpecies ſeparandi a Chriſto. Quodſi vero intentio re ipſa dirigatur ad ſpecies *ſeorſim* ſumptas, cultu longe inferiori affici merentur, nempe eo, quo S. Vaſa coluntur. Unde & facile patet, quid ſit dicendum ad Confr.

Nec denique inter ſpecies Sacramentales, & Corpus Chriſti daretur realis identitas.

Argumentum IV. *Logicum.* In omni propoſitione *affirmativa* inter ſubjectum & prædicatum debet dari realis *identitas*: (Log. *fol.* 189.) atqui hæc propoſitio Chriſti, in Euchariſtiæ inſtitutione dicentis: *hoc eſt Corpus meum*, eſt *affirmativa*: ergo inter ſubjectum & prædicatum debet dari realis *identitas*. *Subſ.* Atqui quod in hac propoſitione ſignificatur per *ſubjectum*, & particulam *hoc*, ſunt *ſpecies Sacramentales*; cum particula demonſtrativa *hoc* non poſſit aliud quidquam *demonſtrare*, niſi ſpecies demonſtrabiles, quæ ſolæ ſub ſenſus cadunt: ergo inter *Chriſtum* &

ſpe-

ſpecies Eucbariſticas datur realis *identitas*, & conſequenter ſpecies Euchariſticæ non ſunt accidentia abſoluta, a Corpore Chriſti realiter *diſtincta* & *ſeparata.* Conf. Ex ipſo ſenſu verborum Chriſti, qui eſt iſte: *Id, quod ego nunc tango, & vobis miniſtro, vel id, quod in manu mea videtis, & de manu mea ad manducandum accipitis, eſt Corpus meum:* atqui id, quod Chriſtus ſua manu tetigit, id, quod Apoſtoli ſuis oculis viderunt, & a Chriſto acceperunt, erant *ſpecies Sacramentales:* ergo ſpecies Sacramentales ſunt ipſum *Corpus Chriſti*, & Corpus Chriſti realiter & *identice* ſunt *ſpecies ſacramentales.*

RRent Peripatetici. Quod inter Corpus Chriſti, & ſpecies Sacramentales detur *identitas realis Sacramentalis*, quatenus ſcilicet Corpus illud cum ſpeciebus iſtis eſt vere *compenetratum* & *inſeparabile*, quamdiu ſtatus earundem *ſenſibilis* permanet; nam ſic re ipſa *una* ſolummodo res, ſeu *ſubſtantialis entitas* adeſt, cum accidentia abſoluta non faciant *diſtinctam ſubſtantiam.*

CLXXXII. *Corollarium.* Ex omnibus igitur hucusque allatis utriusque ſcholæ, tam Peripateticæ quam Neotericæ, argumentis generaliter colligi poſſe vi-

detur. 1. Peripateticorum de accidentibus abſolutis *affirmativam* ſententiam eſſe Conciliis, mentique SS. Patrum, & modo loquendi Eccleſiæ conformiorem, utpote quam antiqui Theologi & Eccleſiæ Magiſtri, ſaltem ut *privati Doctores*, temporibus præſertim *Conſtantienſis* ac *Tridentini* Conciliorum communius tradidere, 2. neutiquam tamen, ut paſſim ex Neotericorum Reſponſionibus & argumentis patet, ab Eccleſia eſſe quidquam deciſum, ſed utramque potius ſententiam Philoſophorum diſputationibus liberè relictam.

Monitum primum circa hanc materiam.

CLXXXIII. *Scholion* I. Cæterum pro coronide hujus articuli juvat hic adhuc apponere verba Cl. HABERT. *Tom. V. Tract. de Eucharistiæ Sacramento c.* 11. *pag. mihi.* 485. ubi, poſtquam ſententiam Neotericorum declarans, dixit: "Quid ſint illæ ſpecies (Sacramentales) ſive illa apparentia? nec attingunt SS. Patres, nec eodem modo explicant illi Philoſophi, *poſtea ſubjungit:* unum hic monemus circa tam varios Philoſophorum opinandi modos, in hac materia; ſcilicet omnem opinionem a ſcholis Philoſophicis eſſe eliminandam, niſi conciliari poſſit

"cum

„ cum doctrina Eccleſiæ; quod enim „ veritati repugnat, illud eſt neceſſa- „ rio falſum. Imo Chriſtianus Philoſo- „ phus illam ſententiam præferet, quæ „ ad ornatum Sanctuarii ſubſerviat, & „ Myſteria Religionis noſtræ felicius „ explicet. „

CLXXXIV. *Scholion.* II. Poſtremo Monitum 2dum. utinam omnes Philoſophi, quicunque illi ſint, alte mentibus ſuis inſculptum quoque habeant illud præclarum monitum Cl. P. GERBERT *Theol. vet. & novæ. c.* 19. *pag.* 547. dicentis, *in Euchariſtia potius ſalutari* PERCEPTIONI, *quam operoſæ* DISCUSSIONI *indulgendum eſſe*; " Ad „ſpirituales enim fructus & ad nutrimen- „tum noſtrum inſtitutum eſt hoc ſacra- „mentum, ut ipſo DEO (comunicando „Verbi Incarnati corpori & ſanguini; „ceu *cibo ſuperſubſtantiali)* impingueſca- „mus, inebriemurque. Qui cibo potu- „que ad *ſpectandum* ſolummodo *cognoſ-* „*cendumque* uteretur, quomodo vitam „ſuam traduceret? nihil *ratio* & *intelli-* „*gentia* ad nutritionem proficit. Simi- „liter in cibo noſtro Euchariſtico non „quod *viſus* aut *tactus*, aut ipſa etiam „*ratio* dictat, ſed *interior guſtus* & *fruitio* „intenduntur. Senſuum potius & ratio-

„nis

„nis dubia & fluctuationes mentem di-
„ſtrahunt,hebetantque ad divinos hujus
„admirabilis ſacramenti fructus perci-
„piendos. Quod certe ab illo tempore
„animadvertere licet, a quo operoſius
„ſubtiliusque in ſcholis omnia diſquiri
„cæperunt. Cum frequentia diſputandi
„frequentia S. comunionem accipiendi
„ceſſavit.„ *Hucusque cit. auctor*. Et ſane conformiter illi, quod in aureo ſuo libello de *Imit. Chriſti* docet *Thomas Kemp. l.* 4. *c.* 18. “ Multi devotionem
„perdiderunt, dum altiora ſcrutari vo-
„luerunt. & *paulo poſt*; cavendum eſt
„tibi a curioſa & inutili perſcrutatione
„hujus profundiſſimi *Sacramenti*, ſi non
„vis in dubitationis profundum ſub-
„mergi. Qui ſcrutator eſt majeſtatis,
„opprimetur a gloria. Plus valet De-
„us operari, quam homo intelligere
„poteſt. Tolerabilis, pia, & humilis
„inquiſitio veritatis, parata ſemper
„doceri, & per ſanas Patrum ſenten-
„tias ſtudens ambulare. Beata ſimpli-
„citas, quæ difficiles quæſtionum re-
„linquit vias, & plana ac firma pergit
„ſemitâ mandatorum Dei!„

Porro quid ſit *Impetus?* quem multi inter *accidentia abſoluta* numerant, *in Phyſica* declarabitur. Quid vero de *qualitati-*

bus

bus ſupernaturalibus dicendum, ut ſunt *gratia ſanctificans, lumen gloriæ, character ſacramentalis* &c.? ne infinitus in hac materia ſim, *Theologis*, ad quos ex inſtituto ſpectant, relinquo. Si quis vero eas qualitates omnes Neotericorum ſyſtemati conformiter explicare velit, adeat *partem alteram* eruditiſſimi opuſculi *Cl. P. Columbani Habisreütinger*, cui titulus: *univerſalis primorum principiorum in Theologia & Philoſophia ſenſus* &c. ubi nitide, ac ſolide declaratum inveniet, ad ea omnia explicanda opus non eſſe vel *unico accidente abſoluto*, ſed potius longe *melius* dici poſſe, ea in meris *accidentibus modalibus* conſiſtere. Id quod etiam non minus clare, quam energice præſtat Cl. D. Wiber Anti-Peripateticus ex aſſe Catholicus in ſuo libello, *Ratisbonæ* anno 1707. impreſſo, cui titulus *Principia Philoſophiæ Antiperipateticæ* &c. *p. II. Sect. II. Princ. III. pag.* 244. & *ſeq.* Illuc ergo Lectorem, Theologiæ principiis imbutum remitto; tyronibus hucusque dicta abunde ſufficient. Unum tamen ſupereſt, quod pro iſtorum captu, & meliore notitia adhuc addendum eſſe cenſui, nempe

AR-

ſed potius *accidentia*, realiter a corpore diſtincta; quidquid enim in illa ſententia guſtus immediate perciperet, hoc forent *accidentia abſoluta*, Corpus autem Chriſti ſolum *mediate* & *concomitanter* manducaretur, utpote ſub illis tantum latens: econtra juxta Neotericos ad amuſſim verificatur, quod S. Evangelium, nec non Concilium Tridentinum per verba præfata docent. &c. Conf. Si Corpus Chriſti ſubſtaret accidentibus abſolutis, tunc verba conſecrationis eſſent falſa; facerent enim hunc ſenſum: *hoc*, id eſt *accidentia* ſub ſenſus cadentia, quæ videtis, guſtatis &c., *eſt Corpus meum*: atqui hoc eſt falſum: ergo. p. m. Hac ratione ex illis Chriſti Domini verbis non amplius poſſet efficaciter contra hæreticos *impanatores* probari ipſa *transſubſtantiatio*; ad hanc quippe probandam Theologi paſſim hocce argumento utuntur: *ſi panis ſubſtantia remaneret* (ut *impanatores* docent) *non eſſet vera illa Chriſti propoſitio*: HOC EST CORPUS MEUM, *eoquod pronomen* HOC *non Chriſti Corpus ſed panis ſubſtantiam deſignaret* &c: atqui admiſſis accidentibus abſolutis, quæ juxta Peripateticos remanere dicuntur peracta conſecratione, illi

illi hæretici facile retorquere poſſent, quod pronomen *hoc* in allatis Chriſti verbis æque ſignificare poſſet ſolum ejusdem *Corpus*, quamvis (in ipſorum ſententia) ſimul cum illo panis *ſubſtantia* remaneat, ſicut illud ipſum duntaxat ſignificat juxta Theologos Peripateticos, etſi ſimul cum eo remaneant priora *accidentia* &c., & conſequenter melius cum Neotericis dicitur, quod per illa verba: *hoc eſt Corpus meum*, Chriſtus dicere voluerit: *hoc nihil eſt aliud, quam Corpus meum*, quia non poſſunt eſſe plura ſimul, nempe & *Corpus Chriſti* & *quantitas panis*, & albedo *panis* &c., certe non magis quam *panis* ipſe. At

RRent Peripatetici, Chriſtum juxta PP. & Theologorum unanimem fere ſententiam eſſe *verum cibum & potum*, quatenus ſub ſpeciebus panis & vini continetur; τὸ *contineri* enim ſenſum in ſcholis non facit, quaſi Chriſtus in extima ſolum ſpecierum ſuperficie contineatur, ſed quod ibi ſit præſens, ubi ſunt ſpecies, & cum iisdem *compenetretur*. Ideoque nec verba conſecrationis fallunt, eoquod particula demonſtrativa HOC non dirigatur ad

ſpecies, ſed ad *Corpus Chriſti*, ſenſusque eſt: *hoc*, *quod ſubſtat his accidentibus*, *eſt Corpus meum*, ſicque propoſitio *contentum* indicat, non *continens*, ſicut etiam vulgo, ſi e. g. videamus *crumenam* aureis plenam, dicere ſolemus: *hoc eſt aurum*, per hoc indicare cupientes id, quod in crumena continetur. Nec denique propter hanc Peripateticorum ſententiam effugium vel minimum *impanatoribus* relinquitur, quia toto cœlo differunt *accidentia abſoluta* in Euchariſtia remanentia a *ſubſtantia panis*, quam illi ſuperſtitem exiſtere facta conſecratione pertinaciter tuentur, illa nempe *priora* aſſeruntur a Conciliis & SS. Patribus, iſta vero *poſterior* ab univerſo orbe Catholico aperte rejicitur.

Nec ſpecies Sacramentales adorari poſſent.

Argumentum III. Species Euchariſticæ panis & vini in Eccleſia Dei adorantur cultu latriæ, ex decreto Concilii Tridentini *Seſſ.* 13. *Can.* 6.: ergo debent in ſe aliquid *Divinum* eſſe; nihil enim cultu *latriæ* coli poteſt, (juxta Theologos) niſi ſit vel in ſe aliquid *Divinum*, vel ſaltem Divinitati *hypoſtatice* unitum. Jam vero ſi *ſpecies Euchariſticæ* ſunt accidentia abſoluta, a

Cor-

Corpore Chriſti realiter diſtincta, & numero eadem, quæ prius aderant, eo ipſo in ſe non ſunt aliquid *Divinum;* & conſequenter, ut hoc Eccleſiæ definitum rite explicetur, cum RR. dici debet, quod ſpecies Euchariſticæ ſint tantum *modificationes*, a Corpore Chriſti realiter indiſtinctæ. Conf. *De Conſecr. Diſt. 2. can. ſi per negligentiam.* Pœna graviſſima ſtatuitur in illos, *ex quorum incuria aliquid Dominici ſanguinis in terram, vel ſuper altare deciderit*, ſevereque præcipitur, ut *locus ille, in quem ceciderit, lambatur, radatur, atque lavetur;* ad quid autem *raſione* & *lotione* tali opus eſſet, ſi Corpus Chriſti non ipſum immediate, ſed tantum mediantibus accidentibus, quibus tanquam velamine juxta Peripateticos eſt involutum, terram attingit? certe nemo humum lambit, aut radit, ſi S. Hoſtia, thecæ argenteæ, aut alteri involucro incluſa in terram cadit, eoquod non *immediate* terram tangat: ergo a pari.

RRent Peripatetici. Quod ſpecies quoad ſe ſolum adorentur cultu latriæ *reſpectivo*, quatenus ſcilicet *referuntur* ad Chriſtum, illis ſubſtantem,

prout etiam S. Crux adoratur *relative* ad Chriſtum, qui in ea pependit, & mortuus eſt. Vel etiam dici poteſt, quod ſpecies adorentur in complexo *una cum Corpore Chriſti*, & totum Sacramentum *per modum unius complexi*; nec enim unquam cultus *ſeparatus* ab Eccleſia illis exhiberi ſolet, cum nulla ſit ratio ſpecies ſeparandi a Chriſto. Quodſi vero intentio re ipſa dirigatur ad ſpecies *ſeorſim* ſumptas, cultu longe inferiori affici merentur, nempe eo, quo S. Vaſa coluntur. Unde & facile patet, quid ſit dicendum ad Conf.

Nec denique inter ſpecies Sacramentales, & Corpus Chriſti daretur realis identitas.

Argumentum IV. *Logicum.* In omni propoſitione *affirmativa* inter ſubjectum & prædicatum debet dari realis *identitas:* (Log. *fol.* 189.) atqui hæc propoſitio Chriſti, in Euchariſtiæ inſtitutione dicentis: *hoc eſt Corpus meum*, eſt *affirmativa*: ergo inter ſubjectum & prædicatum debet dari realis *identitas.* *Subſ.* Atqui quod in hac propoſitione ſignificatur per *ſubjectum*, & particulam *hoc*, ſunt *ſpecies Sacramentales*; cum particula demonſtrativa *hoc* non poſſit aliud quidquam *demonſtrare*, niſi ſpecies demonſtrabiles, quæ ſolæ ſub ſenſus cadunt: ergo inter *Chriſtum* & *ſpe-*

ſpecies Eucbariſticas datur realis *identitas*, & conſequenter ſpecies Eucharisticæ non ſunt accidentia abſoluta, a Corpore Chriſti realiter *diſtincta* & *ſeparata*. Conf. Ex ipſo ſenſu verborum Chriſti, qui eſt iſte: *Id, quod ego nunc tango, & vobis miniſtro, vel id, quod in manu mea videtis, & de manu mea ad manducandum accipitis, eſt Corpus meum:* atqui id, quod Chriſtus ſua manu tetigit, id, quod Apoſtoli ſuis oculis viderunt, & a Chriſto acceperunt, erant *ſpecies Sacramentales*: ergo ſpecies Sacramentales ſunt ipſum *Corpus Chriſti*, & Corpus Chriſti realiter & *identice* ſunt *ſpecies ſacramentales*.

RRent Peripatetici. Quod inter Corpus Chriſti, & ſpecies Sacramentales detur *identitas realis Sacramentalis*, quatenus ſcilicet Corpus illud cum ſpeciebus iſtis eſt vere *compenetratum* & *inſeparabile*, quamdiu ſtatus earundem *ſenſibilis* permanet; nam ſic re ipſa *una* ſolummodo res, ſeu *ſubſtantialis entitas* adeſt, cum accidentia abſoluta non faciant *diſtinctam ſubſtantiam*.

CLXXXII. *Corollarium.* Ex omnibus igitur hucusque allatis utriusque ſcholæ, tam Peripateticæ quam Neotericæ, argumentis generaliter colligi poſſe vi-

detur. 1. Peripateticorum de accidentibus abſolutis *affirmativam* ſententiam eſſe Conciliis, mentique SS. Patrum, & modo loquendi Eccleſiæ conformiorem, utpote quam antiqui Theologi & Eccleſiæ Magiſtri, ſaltem ut *privati Doctores*, temporibus præſertim *Conſtantienſis* ac *Tridentini* Conciliorum communius tradidere, 2. neutiquam tamen, ut paſſim ex Neotericorum Reſponſionibus & argumentis patet, ab Eccleſia eſſe quidquam deciſum, ſed utramque potius ſententiam Philoſophorum diſputationibus liberè relictam.

Monitum primum circa hanc materiam.

CLXXXIII. *Scholion* I. Cæterum pro coronide hujus articuli juvat hic adhuc apponere verba Cl. Habert. *Tom. V. Tract. de Eucharistiæ Sacramento c.* 11. *pag. mihi.* 485. ubi, poſtquam ſententiam Neotericorum declarans, dixit: "Quid ſint illæ ſpecies (Sacramenta-„les) ſive illa apparentia? nec attin-„gunt SS. Patres, nec eodem modo „explicant illi Philoſophi, *poſtea ſub-„jungit*: unum hic monemus circa tam „varios Philoſophorum opinandi mo-„dos, in hac materia; ſcilicet omnem „opinionem a ſcholis Philoſophicis eſſe „eliminandam, niſi conciliari poſſit

„ cum doctrina Eccleſiæ; quod enim „ veritati repugnat, illud eſt neceſſa- „ rio falſum. Imo Chriſtianus Philoſo- „ phus illam ſententiam præferet, quæ „ ad ornatum Sanctuarii ſubſerviat, & „ Myſteria Religionis noſtræ felicius „ explicet. „

CLXXXIV. *Scholion.* II. Poſtremo utinam omnes Philoſophi, quicunque illi ſint, alte mentibus ſuis inſculptum quoque habeant illud præclarum monitum Cl. P. GERBERT *Theol. vet. & novæ. c.* 19. *pag.* 547. dicentis, *in Euchariſtia potius ſalutari* PERCEPTIONI, *quam operoſæ* DISCUSSIONI *indulgendum eſſe*; " Ad „ſpirituales enim fructus & ad nutrimen- „tum noſtrum inſtitutum eſt hoc ſacra- „mentum, ut ipſo DEO (comunicando „Verbi Incarnati corpori & ſanguini; „ceu *cibo ſuperſubſtantiali*) impingueſca- „mus, inebriemurque. Qui cibo potu- „que ad *ſpectandum* ſolummodo *cognoſ-* „*cendumque* uteretur, quomodo vitam „ſuam traduceret? nihil *ratio* & *intelli-* „*gentia* ad nutritionem proficit. Simi- „liter in cibo noſtro Euchariſtico non „quod *viſus* aut *tactus*, aut ipſa etiam „*ratio* dictat, ſed *interior guſtus* & *fruitio* „intenduntur. Senſuum potius & ratio-

Monitum 2dum.

„nis

„nis dubia & fluctuationes mentem di-
„ſtrahunt,hebetantque ad divinos hujus
„admirabilis ſacramenti fructus perci-
„piendos. Quod certe ab illo tempore
„animadvertere licet, a quo operoſius
„ſubtiliusque in ſcholis omnia diſquiri
„cæperunt. Cum frequentia diſputandi
„frequentia S. comunionem accipiendi
„ceſſavit.„ *Hucusque cit. auctor.* Et ſane conformiter illi, quod in aureo ſuo libello de *Imit. Chriſti* docet *Thomas Kemp. l.* 4. c. 18. “ Multi devotionem
„perdiderunt, dum altiora ſcrutari vo-
„luerunt. *& paulo poſt*: cavendum eſt
„tibi a curioſa & inutili perſcrutatione
„hujus profundiſſimi *Sacramenti*, ſi non
„vis in dubitationis profundum ſub-
„mergi. Qui ſcrutator eſt majeſtatis,
„opprimetur a gloria. Plus valet De-
„us operari, quam homo intelligere
„poteſt. Tolerabilis, pia, & humilis
„inquiſitio veritatis, parata ſemper
„doceri, & per ſanas Patrum ſenten-
„tias ſtudens ambulare. Beata ſimpli-
„citas, quæ difficiles quæſtionum re-
„linquit vias, & plana ac firma pergit
„ſemitâ mandatorum Dei!„

Porro quid ſit *Impetus?* quem multi inter *accidentia abſoluta* numerant, *in Phyſica* declarabitur. Quid vero de *qualitati-*

bus

bus ſupernaturalibus dicendum, ut ſunt *gratia ſanctificans, lumen gloriæ, character ſacramentalis* &c.? ne infinitus in hac materia ſim, *Theologis*, ad quos ex inſtituto ſpectant, relinquo. Si quis vero eas qualitates omnes Neotericorum ſyſtemati conformiter explicare velit, adeat *partem alteram* eruditiſſimi opuſculi *Cl. P. Columbani Habisreütinger*, cui titulus: *univerſalis primorum principiorum in Theologia & Philoſophia ſenſus* &c, ubi nitide, ac ſolide declaratum inveniet, ad ea omnia explicanda opus non eſſe vel *unico accidente abſoluto*, ſed potius longe *melius* dici poſſe, ea in meris *accidentibus modalibus* conſiſtere. Id quod etiam non minus clare, quam energice præſtat Cl. D. Wiber Anti-Peripateticus ex aſſe Catholicus in ſuo libello, *Ratisbonæ* anno 1707. impreſſo, cui titulus *Principia Philoſophiæ Antiperipateticæ* &c. *p. II. Sect. II. Princ. III. pag.* 244. *& ſeq.* Illuc ergo Lectorem, Theologiæ principiis imbutum remitto; tyronibus hucusque dicta abunde ſufficient. Unum tamen ſupereſt, quod pro iſtorum captu, & meliore notitia adhuc addendum eſſe cenſui, nempe

AR-

ARTICULUS V.

In quo conſiſtat quantitas ſubſtantiæ, & num per eam ſolam diverſimode modificatam ſatisfiat conſtitutis fidei circa SS. Euchariſtiæ Myſterium?

De quantitate duplex ſententia.

CLXXXV. Quantitas *molis*, (Log. *fol.* 75.) de qua ſola hic eſt ſermo, ea quidem dicitur, quæ tribuit ſubſtantiæ, ut ſit *magna*, (unde & a Neotericis *magnitudo* vocatur) & *extenſa*, ſive ut habeat partes extra partes. Circa propriam tamen, *realem* ac genuinam illius definitionem multum inter ſe diſcrepant Philoſophi VV. ac RR. *Primi* volunt, eam eſſe *formam accidentalem abſolutam*, dantem rebus corpoream molem, ſeu extenſionem; *habere* autem *molem corpoream* vel *extenſionem* declarant per ordinem ad hunc *effectum*, qui eſt *expellere* ſimilem molem ab eodem ſpatio, non quidem *actu* (cum per abſolutam Dei potentiam impediri poſſit talis effectus, prout infra dicetur (CCCXLV.) ſed in *potentia* ſive *aptitudine*, & *radicaliter*. *2di* econtra omnino negant, *quantitatem*

lem eſſe *accidens abſolutum*, (nempe conformiter dictis *in art. præc.*) eamque potius volunt appellari *modum* ſuperadditum, vel, ut alii malunt, *proprietatem* ſubſtantiæ materiali *quarto modo* (Log. *fol.* 62.) competentem, ac realiter indiſtinctam, vi cujus omne corpus ſit *aliquo modo* entitative extenſum & impenetrabile, quamquam de illius eſſentia non ſit hæc vel illa *extenſio determinata*, ſed etiam poſſit eſſe *minor* vel *major*, ſi ſpectetur, prout dicit reſpectum ad omnipotentiam divinam, quæ poteſt varie immutare organa ſenſoria, ut non neceſſario *eadem* nobis extenſio *appareat*, licet revera adſit &c. nos utriusque denuo ſententiæ momenta paulo accuratius expendamus! Igitur

CLXXXVI. Peripatetici I. Duplicem diſtinguunt quantitatẽ, *externam* & *internam*. 1*ma* Juxta ipſos involvit *actualem extenſionem*, & dimenſionem corporis, ſeu entis corporei, impenetrabiliter extenſi, in *longum*, *latum*, & *profundum*, de qua Metaphyſici tractant & Phyſici, diciturque ſimpliciter *extenſio corporea*, *moles*, aut *magnitudo corporis*. 2*da* Eſt *radix* proxima quantita- *Quid ſit quantitas juxta Peripateticos?*

tis

tis externæ, ſive eſt *naturalis exigentia* ad extrapoſitionem actualem. II. Quantitatem *externam* a corpore ſeparari poſſe, adeoque ab eo realiter eſſe diſtinctam, probant ex SS. Euchariſtiæ Myſterio, in quo dicunt exiſtere corpus Chriſti vere *quantum*, ſine *actuali* tamen extenſione, tripliciter menſurabili, cum ſit ſub minima hoſtiæ conſecratæ particula, & conſequenter ſine quantitate *externa*. III. Quia *corpus*, eſſentialiter ſpectatum, eſt ſubſtantia per ſe neceſſario exigens *impenetrabilitatem*, ſeu *occupationem loci cum excluſione alterius ejusdem ſecum ordinis*; (ut alibi dicetur) hinc docent, realiter identificari ipſi corpori ſuam *impenetrabilitatem* radicalem, qua dein exigat *quantitatem internam*, tanquam cauſam proximam *extenſionis* & *impenetrationis* aut *quantitatis* actualis *externæ*, ſive, ut paſſim loquuntur, quantitas *interna* (quæ & *extenſio entitativa* dicitur) præſefert poſitionem partium extra partes in ordine *ad ſe*, cum proxima *aptitudine* ſeu *exigentia* ad impenetrationem, & *reſiſtentiam* atque *extenſionem actualem* in ordine *ad locum*, (*quantitativa* etiam vocatur) tanquam ad effectus, a quantitate interna, velut a cau-

ſa

ſa proxima oriundos, ut adeo *quantitas interna* non ſit ipſa *naturalis impenetrabilitas corporis*, ſed *medium* duntaxat, quo corpus obtineat *naturaliter* debitam impenetrationem, ſeu extenſionem actualem, quam *naturalis* illa impenetrabilitas *radicalis*, corpori identificata, expoſcit. IV. Quantitatem igitur *internam* proprie definiunt, quod ſit *naturalis exigentia*, *ac cauſa proxima extenſionis*, & *impenetrabilitatis actualis*, dicens adeoque pro *effectu ſuo formali primario aptitudinem proximam* ad extenſionem localem, ac impenetrabilitatem; pro *effectu* autem *ſecundario* involvens ipſammet *actualem* extenſionem exteriorem, quo *poſteriori* effectu divinitus privari dicunt *quantitatem* Corporis Chriſti in SS. Altaris Sacramento; non vero *priori*; nam eidem in SS. Euchariſtia exiſtenti juxta ipſos competit *quantitas*, ſeu extenſio *interna* ac *entitativa*, eoquod non confundantur, nec permiſceantur partes illius, ſed unaquæque ordinem ſuum naturalem ſervet in ordine *ad ſe*, e. g. caput junctum eſt collo, collum humeris &c. & conſequenter manet ibi quantitas *interna*, ſeu extenſio interna partium in ordine *ad ſe*, cum proxima aptitudine

ad extenſionem *localem*, impenetrationem, & reſiſtentiam actualem. V. Eadem interna quantitas juxta peripateticos non ſolum eſt *forma*, qua corpus eſt *quantum*, ſed etiam ipſa denominatur *quanta*, hoc eſt, ut docet Cl. P. Suarez *Met. diſp.* 40. *Sect.* 1: quantitas, quæ eſt ratio & cauſa, cur alia fiant *extenſa* & *diviſibilia*, etiam ipſa in ſe talis eſt naturæ, ut poſſit tripliciter *menſurari* & *dividi*; non enim ita poteſt rem aliam extendere, niſi ſimul habeat ipſa partes correſpondentes partibus ſui ſubjecti, & hinc inferunt, quantitati *primario* competere, ut ipſa in ſe habeat partes *quomodocunque extenſas*, & *ſecundario*, ut ſubſtantiæ extenſionem tribuat, quia, ut inquit Cl. P. Hauser *T.* 2. *Metaph. q.* 8. *art.* 2. §. 303. " Quidquid quantitas habet, " ad ſubſtantiam, & propter ſubſtantiam habet, uti natura accidentis exigere videtur. Atque hinc quantitas " talis eſt naturæ, ut partibus conſtet, " quæ ex natura ſua ſeſe expellant ab " eodem ſpatio, quæ partes, adhærentes materiali ſubſtantiæ, illam proprietatem iſti communicant, illaque " inde ad materiales formas derivatur. " Igitur eadem *forma intrinſeca* corpori,

qua-

quatenus partes materialis ſubſtantiæ extendit, *quantitas* dicitur, quatenus vero ipſa habet partes, ſeſe ex natura ſua excludentes ab eodem loco, ſic *quanta* dicitur, *diviſibilis*, *figurabilis*, *menſurabilis*, *modificabilis* &c. Jam ex enarratis hiſce fundamentis etiam de *quantitate*, ut vocant, *interna*, ſequens a Peripateticis ſtatuitur

PROPOSITIO I.

Quantitas eſt accidens abſolutum, a ſubſtantia corporea realiter diſtinctum.
Ita Peripatetici.

CLXXXVII. PROBATUR. Quantitas, quæ manet in ſpeciebus Euchariſticis, eſt accidens abſolutum, realiter a ſubſtantia corporea diſtinctum: ergo etiam quantitas aliorum corporum. *Antec.* ſupponitur abunde probatum *in art. præc.* p. c. ſi enim *aliqua* quantitas e. g. panis & vini, ſeparata divinitus exiſtit ſine ſuo ſubjecto, jam ratio nulla eſt, cur non & *alia* quantitas ita ſeparari, & virtute divina absque ſubjecto, cui *exigit* inhærere, exiſtere queat: ergo. CONFIRMATUR. Niſi quantitas remaneat in

Quantitas juxta Peripateticos eſt accidens abſolutū.

Hoſtiis conſecratis, deſinente ſubſtantia panis, tunc absque neceſſitate multiplicarentur miracula, nam 1. Deus deberet ſpecies ſacras miraculoſe reddere *impenetrabiles*, & 2. niſi fieret iterum novum miraculum, SS. Hoſtiæ in cumulum collectæ ad quamvis compreſſionem invicem compenetrarentur; 3. denique mota una parte hoſtiæ non etiam ſimul aliæ naturaliter moverentur, quia non haberent ullam naturalem unionem inter ſe &c. hæc autem & ſimilia miracula ſunt contra ſenſum communem fidelium, repugnant authoritati graviſſimæ SS. PP. & Theologorum, neque Myſterio ſalvando ullo modo ſunt neceſſaria, imo per ſolam quantitatem a ſubſtantia relictam evitabilia: ergo neceſſario remanere debet *quantitas prior* panis & vini, & conſequenter, cum ſit absque ſubjecto, erit accidens abſolutum, a ſubſtantia realiter diſtinctum.

Et quidē juxta aliquos eſt accidens abſolutū unicum.

CLXXXVIII. *Scholion* I. Inde autem Recentiores quidam Peripatetici cum Cl. P. Hauser. *Met. p.* 2. *Ontol. q.* 7. *Art.* 4. §. 270. in Euchariſtia admittunt *unum* unicum accidens abſolutum, nempe ſolam *quantitatem*, reliqua vero,

quæ

quæ ſtatum immediate *ſenſibilem* Sacramenti conſtituunt, meras eſſe propugnant *modificationes quantitatis*, ſeu *affectiones Mechanicas*, ex diverſa quantitatis *figura*, *textura*, *ſitu*, & *combinatione* particularum quantitatis, earumque *motu*, vel *quiete* provenientes. ſic v. g. *Colorem* hoſtiæ conſecratæ explicant per hoc, quatenus particulæ quantitatis plus minusve reflectunt, aut refringunt lucis radios. *Sonum* ex fractione oriri ſolitum inde evenire dicunt, quia, ſi ſpecies ſacræ fraguntur, *impetus* in quantitate producitur, ſicut produceretur ante conſecrationem, ſi *panis* ipſe fuiſſet fractus, impetus porro iſte *motu tremulo* concitat aërem, cauſatque *ſonum*. Pariformiter quoque explicant *ſaporem*, *odorem*, quatenus nempe per easdem quantitatis particulas, certo modo combinatas, & motas &c., ſic afficiuntur ac immutantur organa ſenſuum, prout ante conſecrationem a *ſubſtantia* panis & vini affici ſolebant. Quin imo exiſtimant, ſtatum *ſenſibilem* cujuscunque ſubſtantiæ conſtitui per ſolam quantitatem diverſimode modificatam, qua naturaliter extra SS. Euchariſtiæ Myſterium gaudet omnis ſubſtantia. Ex his igitur

deducunt 1. quod in hac ipſorum ſententia, tam *ante*, quam *poſt* conſecrationem, maneat *idem* omnino *ſtatus ſenſibilis*, cum ſemper ab eadem *quantitate* habeatur. 2. Quamvis ex pane remaneat *ſola quantitas*, plures tamen, & diverſæ *ſpecies* dari, a SS. Conciliis juxta ipſos bene aſſeritur, quemadmodum plures numerantur, & *diverſi colores*, qui tamen omnes in *diverſa* duntaxat luminis *modificatione* conſiſtunt &c.

Motiva iſtius ſententiæ declarantur.

CLXXXIX. *Scholion* II. Aſſertum vero hocce ſuum iſti Auctores cum citato Cl. P. Hauser *loc. cit.* §. 272. ita probant. Si admittatur *unum* accidens abſolutum, ſalvatur ſufficienter doctrina, quam Peripatetici ex Conciliis & SS. PP. de accidentium abſolutorum exiſtentia eruunt, nullum autem accidens aptius poteſt aſſignari, quam quantitas: ergo. p. M. & m. ſimul. Per ſolam quantitatem ſalvatur 1. quod facta conſecratione *ſtatus ſenſibilis panis & vini* vere maneat, quia, ut mox dictum eſt, a ſola quantitate *ſtatus ſenſibilis* juxta eosdem oritur. 2. Adeſt aliquid *ſeparabile*, & *diſtinctum ab omni ſubjecto ſubſtantiali*, nempe ipſa quantitas,

tas, *(ex hypotheſi)* ſeparabilis ab omni ſubſtantia. 3. Datur *vera converſio*, in qua *manet* aliquid, quod tanquam commune *medium* tranſit a termino a quo, nempe eadem rurſus quantitas modificata: ergo &c. dein cum *quantitas* eodem modo ſe habeat, quo ipſum *Corpus*, in quo recipitur, reliquæ corporum affectiones, e. g. *Color*, *odor*, *ſapor* &c., quas Neoterici per corpuſculorum modificationem explicant, multo convenientius adſcribi poſſunt diverſæ modificationi quantitatis, quin nova miracula adſtruantur, aut ad impreſſiones a Chriſto in ſenſibus noſtris factas debeat fieri recurſus &c. videatur etiam hujus ſententiæ explicatio apud Cl. P. MANGOLD *Ontol. Diſſert. II. Sect.* 3. *Art.* 4. §. 195.

Quid Neoterici ad allatas Peripateticorum de quantitate rationes reſpondeant?

CXC. NEOTERICI ad allata ſuperius (CLXXXVII.) argumenta eodem plane modo reſpondent, quo in *Art. præc.* nempe, nullibi definitum eſſe ab Eccleſia, quod in SS. Euchariſtiæ Myſterio ita remaneat *quantitas panis*, ut *ea*dem ipſa numero entitas, quæ prius aderat in hoſtia non conſecrata, poſt panis conſecrationem ſuperſtes maneat, quia Con-

cilia quidem loquuntur, *manere ſpecies;* neutiquam vero definiunt, quod illæ *ſpecies* ſint *accidentia abſoluta.* Hinc dicunt, quod, ſicut vulgo loqui ſolemus, duo ligna v. g. palmaris longitudinis eſſe *ejusdem quantitatis*, non quia *eadem numero entitas* realis & phyſica in utroque ligno reperitur, ſed ideo ſolum, quia eorum dimenſiones ſunt *æquales;* ſic etiam *eadem* panis *quantitas* in Euchariſtia manere dici queat, non quia *eadem* numero entitativa extenſio ſubſtantiæ panis, facta conſecratione, manèt, ſed quia *ſpecies* panis remanentes (quæcunque demum ſit *phyſica* illarum natura) dimenſiones habent, iis omnino *æquales*, quæ in panis ſubſtantia ante conſecrationem habebantur &c. Nec indecorum eſſe dicunt plura ſimul admittere miracula in eo myſterio, quod eſt MIRACULUM MIRACULORUM, in quo *viſus*, *tactus*, *guſtus fallitur*, *auditu ſolo* (per fidem) *creditur* &c., & in quo totus Chriſtus, non ſolum ut *homo*, ſed etiam ut immenſus & omnipotens, DEUS vere & realiter tamdiu præſens exiſtit, quamdiu *ſenſibiles* manent *ſpecies* hoſtiæ conſecratæ. Quin imo plerique affirmant, quod *unicum* tantum ſit miraculum *principa-*

cipale, nempe quod *Homo-DEUS* in deliciis reputet, TALI MODO *eſſe cum filiis hominum* &c.; ex hoc enim unico cætera, quæcunque fiunt, miracula quaſi *conſectaria* pullulare videntur. Jam vero

CXCI. *Scholion.* Modus loquendi de *quantitate* apud *Neotericos* ſequens eſt. I. *Quantitatis* nomine ſuppreſſo, majoris claritatis cauſa, id, quod Peripatetici *quantitatem* vocant, ipſi *Corporis magnitudinem* appellare ſolent, eamque definiunt, eſſe *id, per quod unum Corpus, ſi alteri comparetur, denominatur illi æquale vel inæquale.* (Log. *fol.* 75.) II. Quia porro duo quælibet corpora ratione *impenetrabilitatis* ita inter ſe convenire poſſunt, ut, ſi penes eam ſolam ſpectentur, *diſcerni* a ſe invicem nullatenus poſſint, inferunt, quod *magnitudo Corporis* non conſiſtat formaliter in *impenetrabilitate*, quomodocunque accepta; ſecus enim duo quælibet corpora, *quomodocunque* in eſſentia ſe haberent, ſemper inter ſe eſſent *æqualia*, quia ſunt æqualiter *impenetrabilia*: III. Econtra, quia *entitativa Corporis extenſio* (*quantitatem internam* Peripatetici vocant) eſt id formaliter, penes quod

Quid ſit quantitas juxta Neotericos?

unum Corpus, ſi comparetur alteri, dicitur illi *æquale*, vel *inæquale*, ideo illam ipſam Corporis magnitudinem in *entitativa* ejusdem Corporis *extenſione* eſſentialiter conſiſtere affirmant. Opinionem vero hanc ſuam hiſce potiſſimum evincere argumentis conantur. 1. Ideo namque duo corpora v. g. palmaris longitudinis, ab omnibus vocantur *æqualia*, quia *eadem* utriusque *extenſio* eſt: vice verſa ideo duo corpora, quorum unum v. g. *palmaris*, alterum vero *tripalmaris* longitudinis exiſtit, *inæqualia* dicuntur, quia eadem utriusque *extenſio* non eſt. 2. Juxta ipſosmet Peripateticos *rarefactio* eſt motus ad *majorem*, & *condenſatio* eſt motus ad *minorem quantitatem*: patet autem, *rarefactionem* eſſe motum ad majorem, & *condenſationem* eſſe motum ad minorem *extenſionem*. 3. Geometria verſatur utique circa *magnitudinem* ſeu *quantitatem Corporum*, veluti circa proprium ſuum objectum: verſatur autem circa corporum *extenſionem*, ut omnibus notum eſt: ergo. 4. Concordat denique ipſum nomen *quantitatis*, ejusdemque vis ſignificandi; nam ſi quæritur v. g. *quantum* ſit hoc vel illud Corpus? Reſpondetur, eſſe

eſſe *magnum* vel *parvum*, hoc eſt, eſſe *multum vel parum extenſum.* IV. Acriter vero Petipateticos *Neoterici* ex eo perſtringi poſſe putant, quod ſine cauſa & fundamento quantitatem *internam* ab *externa*, ſeu extenſionem *entitativam* a *locali* diſtinguere ament, (CLXXXVI.) nec ſe capere poſſe dicunt iſti, quomodo una ſine altera concipi queat? quin potius ex hoc ipſo ſequi aſſerunt, quod jam non amplius *quantitatis eſſentia* a *ſubſtantia materiali* (hoc eſt *præciſa quantitate externa*, in ſenſu Peripateticorum, conſiderata) ullo pacto differat; nam (inquiunt iidem) *ſubſtantia materialis* reduplicative ſumpta, hoc eſt, ſola quantitate *interna* prædita, habet ex natura ſua partes extra partes *in ordine ad ſe*, ſeu *entitative extenſas*, & per hoc diſtinguitur a *quantitate externa*, quæ habet partes extra partes in ordine *ad locum*, ſeu *localiter extenſas*: atqui per hoc eo ipſo *quantitas ſeu extenſio localis* habet quoque eſſentiam quantitatis ſeu *extenſionis entitativæ*: ergo una ab altera nullatenus diſtinguitur. M. a Peripateticis communiter traditur. m. p. Prorſus implicat, ut quantitas *externa*, etiam reduplicative ſumpta, involvat partes

extra

extra partes in ordine ad *locum*, quin ſimul inferat partes extra partes *in ordine ad ſe*, ſeu *entitative* extenſas, ſicut v. g. non poſſum quoad *extenſionem localem* eſſe *alicubi*, quin etiam ſecundum *entitatem intrinſecam* ibi exiſtam: ergo extenſio *localis* habet quoque eſſentiam quantitatis, ſeu *extenſionis entitativæ*, & conſequenter una ab altera nullatenus diſtinguitur. Inde Neoterici de quantitate *indiſcriminatim* accepta loquuntur, ut ſequens indicat

PROPOSITIO II.

Magnitudo corporis, ſive quantitas, non eſt accidens abſolutum, ab ipſius corporis ſubſtantia realiter diſtinctum. Ita Neoterici.

Quantitas juxta Neotericos non eſt accidens abſolutum.

CXCII. PROBATUR I. Magnitudo corporis, ſive quantitas, in *entitativa* ejusdem corporis *extenſione* eſſentialiter conſiſtit; (n. præc.) *entitativa* autem corporis *extenſio* non eſt accidens abſolutum ab ipſo corpore realiter diſtinctum: ergo nec quantitas. p. m. partes integrales corporis entitative extenſi ſunt *ex natura ſua* (id eſt ſe-

ſecluſo omni accidente abſoluto ſuperaddito) *impenetrabiles*, ita nempe, ut una extra entitatem alterius non ſolum exiſtat, ſed & una alteram a ſe in eodem loco excludat: ergo pariter absque ullo accidente abſoluto inter ſe uniri poſſunt, ut totum *entitative extenſum* inde conſurgat, & conſequenter corpus eſt entitative extenſum *ex ſe* ſine ſuperaddito *accidente abſoluto*. p. A. *Impenetrabilitas* enim ſaltem *radicalis* tam juxta Peripateticos (CLXXXVI.) quam etiam juxta Neotericos, ut alibi declarabitur, eſt *eſſentia* cujusvis entis *corporei*, adeoque *intrinſeca*; (XLVII.) partes autem integrales corporis ſunt utique & ipſæ *corporeæ*: ergo impenetrabilitas (ſaltem *radicalis*) *intrinſece* eis competit, ac ſecluſo omni *accidente abſoluto*, quod illis tantum ab *extrinſeco* adveniret, & conſequenter, ſi partes *ex ſe* ſine quantitate ſuperaddita ſunt *impenetrabiles*, atque entitative *extenſæ*, etiam *totum* corpus eſt tale ſine novo ſibi competente accidente abſoluto, quia *totum* nil aliud eſt, quam ſuæ *partes*, ut paulo poſt dicetur. Conf. I. Ipſimet Peripatetici docent, quod partes integrales quantitatis, ex quibus conſtat, (CLXXXVI. V.) non indi-

geant

geant *accidente abſoluto* diſtincto, ut ex illarum unione *extenſio* habeatur, ſed illas uniri dicunt ex natura ſua, quia ſunt *impenetrabiles ex ſe*: ergo a pari, quia partes integrales ſubſtantiæ corporeæ itidem *impenetrabiles* ſunt *ex ſe*, uniri quoque *ex ſe* ita poterunt, ut ſubſtantia entitative extenſa ex illis conſurgat. Conf. II. *Multitudo* non eſt accidens abſolutum, ab iis realiter diſtinctum, quæ dicuntur *multa*: ergo neque *magnitudo* ſeu *quantitas* eſt tale accidens, ab eo realiter diſtinctum, quod vocatur *magnum* ſeu *extenſum*, ſed potius, ſicut partes integrales ſubſtantiæ corporeæ, ſi *dividantur*, efficiunt *multitudinem* absque ſuperaddito *accidente abſoluto*, ſic eædem ipſæ partes, ſi ſimul *uniantur*, *magnitudinem*, ſive *totum entitative extenſum* ex ſe immediate conſtituunt. Ita Cl. P. Fort. a Brix. *Phyſ. Gen. p.* 1. §. 29.

Probatur II. Quidquid *entitative extenſum* eſt, & *tactui* reſiſtit, *corpus* eſt, & non tantum *accidens*: atqui *quantitas* in ſententia Peripateticorum eſt entitas extenſa quoad ſe, & naturâ ſuâ *impenetrabilis*, adeoque tactui reſiſtens: ergo quantitas eſt *corpus*, &

non

non merum *accidens.* m. patet ex N. CLXXXVI. p. M. Secus enim Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis ex hoc non bene demonſtraſſet, ſe etiam *quoad corpus* e ſepulchro ſurrexiſſe, dum ait *Luc.* 24. *v.* 39. PALPATE, & *videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.* Inde

PROBATUR III. Admiſſo a Peripateticis, quod quantitas habeat partes *entitative extenſas*, atque *impenetrabiles*, (CLXXXVI.) eaque vel ſola in SS. Euchariſtiæ Myſterio, facta conſecratione, de panis ſubſtantia *remaneat*, formalis denuo anſa datur hæreticis impanatoribus ipſum *transſubſtantiationis* dogma cavillandi ac eludendi: atqui hoc admitti non debet: ergo nec id, unde ſequitur. p. ſ. M. Illo enim admiſſo, hæreticis pariter concedi debet, *extenſam* & *impenetrabilem entitatem*, quæ ad *panem* pertineat, etiam poſt conſecrationem haberi in hoc SS. Sacramento: jam vero ſi hoc, tunc dicent illi, in hoc Sacramento vere haberi *ſubſtantiam panis* una cum *corpore Chriſti*, & conſequenter Corpus Chriſti eſſe *impanatum*; dicent quippe, non aliud a ſe intelligi nomine *ſubſtantiæ corporeæ*, niſi

enti-

entitatem ex ipſa natura ſua *extenſam*, & *impenetrabilem*, prout eam ſumpſiſſe videtur S. AUGUSTINUS in multis locis, & plurimi doctores Catholici defacto tuta fide propugnant: ergo (concludent tandem hæretici) negari non poteſt ab ipſismet Catholicis, remanere ſubſtantiam panis in hoc Sacramento; maxime, quia etiam *ſenſibiles* omnes panis *qualitates* in hac ſuperſtite *extenſa* & *ſolida entitate*, tanquam in ſubjecto imediato recipiuntur. (CLXXXVIII.) dicent nempe Heterodoxi, illud totum in hoc Sacramento ſupereſſe, quod ipſi PANEM vocant; manent enim *qualitates* panis ſenſibiles, una cum illa *extenſa* & *impenetrabili* entitate, in qua recipiuntur. Hac de cauſa Cl. PURCHOTIUS *Phyſ. p.* I. *Sect.* I. *cap.* I. *pag.* 77. eloqui non dubitavit, *communem ſcholarum* (de *quantitatis* diſtinctione) *opinionem errore aliquo, ſi minus in verbis, aut in voluntate, certe in percipiendi modo non carere; & aliquid ſubſtantiale, quod prius fuerat, poſt verba conſecrationis in hoſtia conſecrata relinquere, quod contra fidem eſt.*

Nec dici valet, quantitatem, & omne accidens abſolutum eſſe *corpus*, prout

cor-

corpus *in genere* accipitur, & a *ſpiritu* ſecernitur per *partium pluralitatem*, non vero eſſe *corpus completum*; nam *contra eſt*, cum ex arbore Porphyrii, (*Log. fig. I.*) quam Peripatetici pertinaciter defendunt, omne *corpus* ſit *ſubſtantia*, plane nequit ullum accidens abſolutum eſſe *corpus*, quin ſimul ſit *ſubſtantia*, ſicut v. g. nihil poteſt eſſe *animal*, quin ſit *vivens* &c. juxta eandem arborem. (Log. *fol. 66.*) *dein pluralitas partium* ſemper eſt talis, ut partes ipſæ ſint *entitative extenſæ & impenetrabiles*, æque ac ipſum *corpus*; nec a toto corpore, ſi *unitim* illæ ſumantur, ullo pacto diſtinguuntur, ut paulo inferius demonſtrabitur: ergo &c.

CXCIII. *Scholion.* Quod vero iſta *de identitate quantitatis cum ſubſtantia* modo propugnata ſententia ne leviſſime quidem doctrinæ Catholicæ de Ven. Euchariſtiæ Sacramento adverſetur, Philoſophi Neoterici non minus ab *authoritate*, quam plurium virorum, pietate & doctrina conſpicuorum, validum repetunt argumentum, nam 1. Emin. *Petrus de Alliaco* S. R. E. Card. & Epiſcopus Cameracenſis, qui floruit ſæculo XV. *in IV. ſent. q. 6. art.* 3. ad quæ-

Id quoque probant Doctores præſtantiſſimi.

ſtionem, *an quantitas poſſit eſſe ſine ſubjecto?* expreſſe inquit, *hanc opinionem eſſe falſam, & quod nulla ponenda ſit quantitas, a ſubſtantia diſtincta.* 2. Id ipſum docuere *Petrus Aureolus*, *Ockamus*, & alii non pauci tam ex noſtro Seraphico, quam etiam ex aliis religioſis ordinibus, ut ſcribit Cl. P. SUAREZ. *Metaph. Diſp.* 40. *Sect.* 2. hoc enim teſte " communis il-
,, lorum omnium & conſtans opinio
,, fuit, quantitatem molis non eſſe rem
,, diſtinctam a ſubſtantia, & qualitatibus
,, materialibus, ſed unamquamque earum
,, entitatum per ſe ipſam habere hanc
,, molem, & extenſionem partium,
,, quæ eſt in corporibus, ſed illammet
,, entitatem vocari materiam, v. g.
,, quatenus eſt ſubſtantiale ſubjectum,
,, vocari autem quantitatem, quatenus
,, habet partium extenſionem ac di-
,, ſtinctionem. ,, 3. DOCTOR quoque SUBTILIS *in IV. Sent. Diſt.* 10. *q.* 1. *n.* 14. *quantitatem continuam* & permanentem in *extenſione entitativa* conſtituit, ut notat HIQUÆUS Scoti interpres. 4. Cl. denique P. MASTRIUS *Phil. natur. Diſp.* 9. *n.* 9. cum plerisque *Scotiſtis*, *quantitatis* eſſentiam in *principio exigitivo extenſionis impenetrabilis* conſiſtere tradit, quis vero non videt, ſenſuque

ſuque intimo perſpectum non tenet, quod nec *entitativa extenſio*, nec *principium exigitivum* hujus extenſionis a ſubſtantia materiali *ſejungi* poſſit atque diſtingui? (CXCII.) 5. Poſtremo Cl. ANT. GEN. *extenſionem* vocat *modum* aut *attributum ſubſtantiæ. Met. p.* 1. *c.* 9. §. 84. in utroque autem ſenſu habetur *realis identitas* cum *ſubſtantia*: (CX. & LXXI.) ergo.

Hiſce adjungo duos alios præſtantiſſimos Theologos, qui *modum* ſimul explicant, quo circa SS. Euchariſtiæ Myſterium loqui ex hac parte ſolent moderni Philoſophi, ſunt autem Cl. D. HABERT, nec non in hac materia jam ſæpius citatus Cl. P. DROUVEN, quorum *primus*, utut *quoad ſe* in communem Peripateticorum ſententiam magis inclinare videatur, Neotericorum tamen opinionem minime damnans, *T. V. Theol. Dogm. tract. de Euchar. c.* 11. *pag. mibi* 484. ita loquitur: "Philoſo„phi moderni, qui contendunt, nec „extenſionem externam, nec alia ac„cidentia realiter diſtingui a materia, „dicunt, 1. Corpus Chriſti in Eucha„riſtia non eſſe ſine *aliqua extenſione*,

„quæ tamen ita eſt exigua, & parva, „ut ipſum corpus nec dividi, nec „frangi poſſit, cum dividuntur, aut „franguntur ſpecies, ratione quarum „*figurate* dicitur Corpus Chriſti fran„gi, aut dividi. An vero difficilius eſt „Deo Corpus humanum ita redigere, „quam camelum per foramen acûs „transmittere. *Math.* 10. *v.* 26. ? 2. „*Fractâ hoſtiâ* Corpus Chriſti *ſub qua„libet parte* ſpecierum exiſtere, ut ex„preſſe definiit Concil. Trident, *Seſſ.* „13. *Can.* 3. quemadmodum fracto ſpe„culo imago, quæ *una* ante repræſen„tabatur, jam *multiplex* apparet, ſed „utrum *ante ſeparationem* ſit totum in „*qualibet parte hoſtiæ*, Concilium non „explicat. 3. In Euchariſtia remane„re quidem *ſpecies*, ſeu *apparentiam* „panis & vini, ut docent Tridentini „Patres, *cit. Seſſ.* 13. *quantitatem* vero, „& alia *accidentia* minime, utpote quæ „non diſtinguantur *a ſubſtantia* panis & „vini, quæ non ſupereſt, quid autem „ſint illæ *ſpecies*, ſive illa *apparentia*, „non attingunt laudati Patres &c.„

Alter vero in ſuo egregio, nec ſatis laudando opere *de re Sacramentaria. T. I. l. IV. q.* 6. c. 4. §. 2. *pag.* 421. poſtquam ad objectiones, *ratione quantitatis* ſibi

ſibi ab hæreticis factas, juxta principia *Peripateticorum* reſpondit, immediate ſubdit: " Contraria Carteſii, veterum-
,, que & novorum Philoſophorum ſen-
,, tentia eſt, opinantium, corporis phy-
,, ſici naturam ſic in extenſione actua-
,, li conſiſtere, ut ne divinitus quidem
,, poſſit aliquid eſſe corpus, & non
,, habere in longum, latum, & pro-
,, fundum extenſam ſubſtantiam. *Po-*
,, *ſtea addit:* hanc autem ſententiam fa-
,, cile -- cum Euchariſtiæ fide concili-
,, ant, ſupponendo, unum idemque phy-
,, ſice corpus modo arctiori, modo
,, majori ſpatio contineri. Sic enim e. g.
,, in ovi germine pullus eſt integer, & in-
,, tegra in ſemine planta, licet nondum
,, evolutas, & ad competentem extenſio-
,, nem productas habeant partes. Quid-
,, ni vero concedemus, id, quod Deus
,, in natura quotidie facit, in Myſte-
,, rio Euchariſtiæ ejusdem miraculô
,, fieri, ut nimirum integrum ibi cor-
,, pus ſit Chriſti, in brevius quidem,
,, & ſenſus noſtros fugiens, arctatum
,, ſpatium, ſed vere tamen extenſum?
,, opinio hæc *(ulterius addit præfatus Cl.*
,, *Auctor)* utrum ſit alteri (Peripateti-
,, corum) præferenda, aliorum eſto ju-
,, dicium; noſtrum namque non eſt li-

 ,, tes

„ tes Philoſophorum componere; tan-
„ tum MONEMUS, NB. PRÆTERQUAM
„ QUOD RATIONI CONGRUENTIOR ESSE
„ VIDEATUR, NIHIL HABERE FIDEI CON-
„ TRARIUM; nullibi enim nec in ſcri-
„ ptura, nec in traditione legimus,
„ Corpus Chriſti localem in Euchari-
„ ſtia extenſionem abſolute non habe-
„ re. Quin & quod aliquam habeat,
„ aut ſaltem habere defendi poſſit; ca-
„ non Concilii Tridentini inſinuat his
„ verbis conceptus *Seſſ.* 13. *Can.* 3.
„ *ſi quis negaverit, in Ven. Sacramento Eu-*
„ *chariſtiæ ſub unaquaque ſpecie, & ſub*
„ *ſingulis cujusque ſpeciei partibus, ſepa-*
„ *ratione facta, totum Chriſtum contineri,*
„ *anathema ſit.* Itaque de fide non eſt,
„ ante ſeparationem factam totum Chri-
„ ſtum ſub qualibet hoſtiæ particula
„ contineri; atque adeo NB. SALVA FI-
„ DE defendi poteſt, quod habeat Cor-
„ pus ejus ACTUALEM EXTENSIONEM,
„ Quam ſi ante ſeparationem habeat,
„ quidni & poſt *ſeparationem* habebit,
„ cum poſſit in minus minusque in in-
„ finitum ſpatium coarctari? „ Hucusque
cit. Cl. P. DROUVEN, cujus verba ul-
terius ſic urgent NN: juxta omnes
Theologos orthodoxos Corpus Chri-
ſti in Euchariſtia exiſtit vere *ſub ſigno*

SENSIBILI? (eoquod ibi ſit præſens *Sacramentaliter*, Sacramentum autem eſt *ſignum ſenſibile*) jam vero ſi Peripatetici dicere velint, Corpus Chriſti in Euchariſtia adeſſe unacum *quantitate;* nullam tamen *extenſionem* admittant, imo illud non *circumſcriptive*, ſed *definitive* adeſſe per modum *ſpiritûs*, quomodo absque contradictione ſolvent, quod Chriſtus ſub *Signo ſenſibili* ita adſit, ut tamen nullo pacto, quantum illud *ſignum ſenſibile* exigeret, ſit *extenſus?* melius itaque dici poſſe putant, quod in Euchariſtia non remaneat prior panis vinique *quantitas*, utpote ab ipſorum ſubſtantiis *inſeparabilis*, ſed quod adſit *quantitas*, ſeu *magnitudo ipſius Corporis Chriſti*, itidem ab eo inſeparabilis, attamen (per miraculum) ſub *minima dimenſione* ſeu *extenſione*; nam *major* vel *minor* extenſio de eſſentia *Corporis* non eſt, ut patet v. g. de eodem quoque *corpore humano*, quod in utero materno minimam tenet extenſionem, poſtquam vero in lucem editum eſt, ſenſim magis magisque in mole augetur; ſi hoc *ſucceſſive* fit *naturaliter*, cur non poſt prolata illa arcana conſecrationis verba virtute Divina id contingere queat *in inſtanti?* &c.

Subſtantia extenſa, & quātitas juxta NN. dicunt idē; CXCIV. *Corollaria* I. *Subſtantia* igitur *extenſa*, & *extenſio ſeu quantitas*, *generatim* accepta juxta Cl. P. Fort. a Brix. *Phyſ. Gen. p.* 1. §. 30. aliosque Neotericos, *ſola conſideratione* inter ſe differunt; ſolummodo enim *ſubſtantia extenſa* dicitur *extenſio* in abstracto, quatenus præciſe ſpectatur, ut eſt aliquid *habens partem extra partem*, *diviſibile & figurabile*.

Sicut & Corpus mathematicum ac phyſicum, II. Pari modo corpus *mathematicum* non aliter a corpore *phyſico* diſtinguitur, eadem namque ſubſtantia, inquit cit. Cl. Auctor, dicitur corpus *phyſicum*, ſi conſideretur, quatenus eſt *ſubjectum mutationum ſenſibilium;* dicitur vero *mathematicum*, quatenus præciſe, ut eſt aliquid *entitative extenſum*, ſpectatur; ſub hac enim ratione maxime conſideratur a Geometris.

Quantitas tamen hæc vel illa, in individuo accepta, eſt modus Corporis. III. Quia omnino *contingens* eſt, ut ſubſtantia quævis entitative extenſa, modo *majoris*, modo *minoris* exiſtat *molis* ſive *quantitatis* aut *magnitudinis*, (licet in genere ſemper *aliquam*, attamen *indeterminatam* ex natura ſua habere debeat *extenſionem*, ſeu quantitatem) bene dici poteſt, quod magnitudo corporis, *metaphyſice* ac *indeterminate ſumpta*, ſit ejusdem attributum ſeu *proprietas eſſentialis*, vel etiam ipſa

cor-

corporis eſſentia: econtra vero *certa quælibet* ac *determinata* magnitudo (ſcilicet *hæc* aut *illa in particulari*) dici debet quid *aliud* a re, quæ dicitur *magna*, non *abſolutum* quid tamen, ſed *modale*, hoc eſt *modus* ſubſtantiæ corporeæ.

Dices. Poteſt dari ſpatium imaginarium cum trina *dimenſione*, (ſaltem *per conceptum*) quin detur *Corpus*: ergo *corpus* & *extenſio* non ſunt idem. p. A. Si Deus deſtrueret omnem aërem v. g. ex aliquo hypocauſto, tunc adhuc remaneret *extenſio*, & *dimenſiones* hypocauſti, & tamen (juxta hypotheſin) non daretur ullum corpus in hypocauſto: ergo. R. D. C. Corpus & extenſio *negativa* non ſunt idem. C. c. Corpus & extenſio *poſitiva*, prout *extenſio* hic accipitur N. C. & C. aſt de ſpatio *negativo*, quod juxta Neotericos *locum* conſtituit, alibi tractabitur. (CCCXXIX.) Cæterum ex hucusque dictis fluit quoque

Extenſio negativa differt a Corpore, non vero poſitiva.

PROPOSITIO III.

Sola quantitas diverſimode modificata non ſatisfacit conſtitutis fidei circa SS. Eucharíſtiæ Myſterium.

Sola quãtitas, ut accidens abſolutũ, non ſalvat doctrinam circa SS. Euchar. Myſterium.

CXCV. PROBATUR. *Ex una parte* contraria Neotericorum ſententia, uti hactenus ſufficienter declaratum eſt, longe *melius*, & *rationi congruentius* ſingula ſalvare videtur, quæ in Concilio Tridentino circa SS. Altaris Sacramentum definita ſunt. *Ex altera parte* SS. Concilia, & SS. PP., ac Theologi, quorum *authoritate ſola* ſubnixa ſtat Peripateticorum opinio, (CLXXX.) loquuntur de *pluribus* accidentibus: ergo per *ſolam quantitatem* non ſalvantur. p. A. *quoad* 2. *memb.* Concilia, a Peripateticis in ſententiæ ſuæ teſtimonium adduci ſolita, loquebantur eo modo, quo tunc temporis a Theologis intellectæ ſunt *ſpecies*, vel *accidentia*: atqui certum eſt, tunc a Theologis intellecta fuiſſe accidentia abſoluta *plura*, cum ſemper in *plurali numero* loquantur: ergo.

RDET Cl. P. HAUSER. *Met. p.* 2. *Ontol. q.* 7. *art.* 4. §. 273. I. Quod Concilia non deter-

determinaverint *numerum*, *nec ſpecificam rationem accidentium*, quia, ut inquit, intentio Eccleſiæ non eſt *definire* ea, quæ ſunt inter Doctores Catholicos controverſa, nec pertinent ad ſubſtantiam fidei, prout in hac materia contingit, adeoque ſufficere unum accidens, ſaltem *æquivalenter multiplex*. II. Ait, vere tunc quidem a Theologis, *in ſchola* docentibus, intellecta fuiſſe *plura* accidentia abſoluta, non vero a Theologis, ad rem *in Conciliis* controverſam reſpondentibus, niſi opinione ſolum *privata*, non item per conciliorum canones *definienda* &c. III. Neutiquam item neceſſarium fuiſſe inquit, ut Concilia accommodarent deciſiones ſacras *privatis* doctorum opinionibus, & conſtare inſuper ex *Hiſtoria Concilii Tridentini*, ab Emin. Card. Pallavicino conſcripta, quod illi PP. ſollicite curaverint, ne controverſiis Scholaſticorum, etiam *in materia Theologica*, præjudicarent; abunde autem ſuffeciſſe refellendis heterodoxorum erroribus, ſi ſtatueretur, *manere ſpecies ſine ſubjecto ſubſtantiali*, hoc eſt, *realem & ſenſibilem ſtatum panis & vini*, NB., *in quocunque iſte ſtatus conſiſtat*, adeoque ſolum *in genere* affirmaſſe, quod acciden-

tia

tia maneant; eorum vero naturam *debito examini ac diſcuſſioni*, hoc eſt, *conciliariter* agendis ſubjici non placuiſſe, nec debuiſſe. IV. Denique concedit, quod in ſenſu rigidorum Peripateticorum, qui *plura* admittunt accidentia abſoluta, magis quidem ſalventur verba SS. Conciliorum, *in ſenſu Grammatico* accepta; putat vero, quod nihilominus etiam in ſua ſententia ea ipſa verba ſalventur *in ſenſu a SS. Conciliis intento, & intendibili* &c. Sed

Sed vel *plura*, vel *nullum* omnino accidens abſolutū admitti debet.

Contra eſt. Profecto nemo non a *præjudiciis* alienus perſpicue videt, omnes & ſingulas iſtiusmodi reſponſiones adductas non minus philoſophis quoque *Recentioribus* aperte ſervire, ad neganda *omnia* prorſus accidentia abſoluta, prout in *art. præc.* ſufficienter declaratum eſt: ergo, cum præter illam SS. Concilia & VV. Theologos interpretandi difficultatem, quam cum Neotericis (ſi tamen difficultas illa ſit, quam certe iſti non agnoſcunt,) communem habent, inſuper & alias longe graviſſimas, atque *rationi* contrarias ſequelas (CLXXVIII. CLXXXI. & CXCII.) ſolvere debeant, quid authores hoſce (dicamne *Semi-Peripateticos*,

an

an Semi-Neotericos?) prudenter remorari valeat, quo minus in utramque partem claudicare deſinant, ſeſeque in amplectenda alterutra ſententia vel Peripateticorum, vel Neotericorum partibus adjungant integre? aſt de his in Philoſophia plus quam ſatis!

CXCVI. *Scholion.* De *qualitatibus*, quas Peripatetici poſt *quantitatem* pertractant, & per mera *accidentia abſoluta* explicant, actum aliquo modo jam eſt in Logica: (*fol.* 77. 80. 89. & 90.) agetur quoque de iis in *Pſychologia*, aſt omnium maxime in *phyſica*, quare pluribus hic de illis agere ſupervacaneum eſſe putavi.

SECTIO II.

De Quibusdam adhuc aliis entis ſpeciebus.

ARTICULUS I.

De Ente ſingulari & univerſali.

Ens ſingulare. CXCVII. *Ens ſingulare*, ſive *individuum* communiter dicitur illud, *quod eſt omnimode determinatum*, (Log. *fol.* 59.) *ita, ut de ſe tantum, nec de ullo alio dici queat*. e. g. *hæc arbor*, *hæc roſa*, quam intueor, habet in ſe actu eas omnes *determinationes*, per quas ab omni *alia* arbore vel roſa, quin & ab omni alia re facile *diſcerni*, nec, ut manens *hæc arbor* aut *roſa*, aliter determinari valet; ſecus enim eſſet *hæc*, (per Hypotheſin) & non eſſet *hæc*, quia nondum omnes *determinationes*, ex quibus reſultat *hæcceitas*, (Log. *fol. cit.* & *fol.* 60. *item Metaph. n.* XLIV.) adeſſent, quod eſt contra *principium contradictionis*. (X.)

Ens univerſale. CXCVIII. *Ens univerſale eſt*, *quod omnimode determinatum non eſt*, ſeu *quod*

ob determinationes intrinſecas, *communes pluribus ſingularibus, de pluribus prædicari poteſt.* e. g. *Spiritus* non ſolum de *anima rationali*, ſed etiam de *Angelo*, imo de *Deo* ipſo; *animal* vero de *homine* & *bruto*, *brutum* item, *arbor*, *flos* &c. de pluribus aliis ſub ſe contentis *individuis* ac *ſpeciebus* prædicari valet: (Log. *fol.* 50.) quapropter *univerſale* in ſcholis in quinque ſpecies dividi ſolet, vel, uti vocant, in quinque *prædicabilia*, de quibus itidem in Logica. (*fol.* 54. & *ſeq.*) ubi pariter dictum eſt, aliud eſſe univerſale *in cauſando*, ſeu *operando*, aliud, *in eſſendo*, (quod ſolum ad *Metaphyſicam* ſpectat.) aliud denique *in repræſentando*, (Log. *fol.* 50. & 51.) quibus alii inſuper addunt *univerſale in ſignificando*, quod nempe multa *ſignificat*, uti v. g. vox *homo*, vel *arbor*, quæ *quemlibet* hominem vel arborem indicat., hoc ultimum univerſale dictum fuit *univerſale nominale* a ſtrenuis ejusdem defenſoribus *Nominalibus*, univerſale vero in *repræſentando* vulgo *univerſale Stoicum* cognominatum eſt a *Stoicis*, illius aſſertoribus.

CXCIX. Univerſale *in eſſendo* (quod alio nomine *Peripateticum*, ſeu *Scotiſti-* Univerſale in eſſendo

cum

ſendo,ſeu Scotiſticum. *cum* appellant) receptâ in ſcholis phraſi definitur *unum aptum ineſſe multis*, *& prædicari de illis univoce ac diviſim.* Per *unum aptum* (uti etiam explicat Cl. PURCHOTIUS *Exercit. Ontol. Diſp.* 3. *q.* 5. *concl.* 3.) intelligunt *naturam*, quam concipiunt aptam, ut *inſit* multis, cum nomine abſtracto exprimitur, ſimulque de illis *prædicetur*, cum exprimitur nomine *concreto*, juxta illud axioma: *abſtractorum eſt ineſſe*, *concretorum prædicari*, ut *humanitas* v. g. dicitur *ineſſe* Petro, Paulo &c. *homo* vero de iis *prædicari*: prædicatur autem *univoce*, hoc eſt, *ſecundum idem nomen*, *& eandem ſignificationem*, (Log. *fol.* 102.) prædicatur item *diviſim*, id eſt, cum ſui *diviſione*, & *multiplicatione*, ita ut de *ſingulis* dici poſſit in *ſingulari* numero, & de *pluribus in plurali*: v. g. Petrus eſt *homo*, Paulus eſt *homo*, vel: Petrus & Paulus ſunt *homines* &c.

Nec nomina collectiva, nec Deus eſt ens univerſale. CC. *Corollarium.* Hinc 1. nomina *collectiva*, ut *populus*, *plebs*, *turba* &c, quæ de *ſingulis* individuis dici non poſſunt in ſingulari numero, non ſunt *univerſalia* in hoc ſenſu. 2. Nec etiam nomen *Deus* eſt univerſale, quia non dicitur *diviſim* de multis, quamquam

enim

enim de ſingulis perſonis SS. Trinitatis prædicari poſſit in *ſingulari* numero, non tamen de tribus perſonis dici poteſt in *plurali* numero; non enim Pater & Filius, & Spiritus S. ſunt tres *Dii*, ſed unus *Deus* &c. gravior autem lis agitatur in ſcholis inter *Thomiſtas* & *Scotiſtas*, *an naturæ communes dentur a parte rei?* ſive an revera *nemine* cogitante hic terminus *homo* ſit aliquod *univerſale in eſſendo*? ſententiam *negativam* tuentur priores, *affirmativa* autem a *Scotiſtis* defenditur.

CCI. Per *communitatem* igitur ſeu *univerſalitatem naturæ* Doctoris Subtilis diſcipuli intelligunt *indifferentiam ejusdem naturæ*, quatenus ſcilicet *a parte rei* natura ſit *communis* pluribus, ſive *indifferens*, ut ſit in hoc, vel illo individuo. Adeoque ſtatus quæſtionis, inter utramque ſcholam *Angelicam* & *Subtilem* controverſæ, in eo verſatur, *an a parte rei natura v. g. humana ſit adeo indifferens, ut eadem, quæ nunc eſt in Petro, potuiſſet eſſe in Paulo*, non quidem in ſtatu *phyſico* modernæ exiſtentiæ qua talis, ſed in ſtatu *objectivo*, & *abſtracto*, ſive meræ poſſibilitatis *metaphyſicæ*? Status quæſtionis de univerſali Scotiſtico.

Quædam principia, apud Scotiſtas indubitata.

CCII. Scotiſtæ paſſim aſſertioni ſuæ probandæ ſequentes præmittunt *Hypotheſes*, principiis *de diſtinctione ex natura rei formali* exacte convenientes. I. *a parte rei non dantur tantum ſingularia; ſcientiæ* enim vere dantur a parte rei, de *ſingularibus* autem, utpote mere *contingentibus*, non datur *ſcientia*, ſed ſolum de *neceſſariis*; ſeu *univerſalibus* juxta illud commune: *ſcientiæ verſantur circa univerſalia*; ſicut v. g. *phyſica* agit de corpore naturali, *Geometria* de quantitate ſeu dimenſione, vel etiam de *triangulo*, vel *circulo* in genere, *Jurisprudentia* de contractu, *Theologia moralis* de actibus humanis &c., dogmata *generalia* ſtabiliendo, quæ data occaſione caſui particulari applicari ex poſt facile poſſint & debeant &c. II. *Non eſt contradictio, aliquid eſſe commune, & ſimul a parte rei exiſtere*; nam quod non eſt *ſingulare*, illud eo ipſo eſt *univerſale* ſeu *commune*: atqui non ſola *ſingularia* ſunt a parte rei, ut mox dictum eſt: ergo & *communia* ſive *univerſalia* dantur a parte rei. III. *Singularitas*, quæ alio nomine vocatur *Hæcceitas*, (CXLIV.) *non eſt de conceptu eſſentiali naturæ;* cum enim *natura* ſit ipſa *eſſentia*, tantum alio modo conſiderata;

(XLVIII.)

(XLVIII.) eſſentia vero metaphyſice præſupponatur *hæcceitati*, utpote quæ ab illa primum emanat tanquam *modus intrinſecus*: (CXLIX.) ergo *natura* a parte rei ſine *hæcceitate* concipi poteſt, licet hæcceitas abſque natura intelligi nequeat, utpote cui eſt realiter identificata. IV. *Non implicat, idem eſſe unum, & multa*, quippe non opponuntur ſibi *ſecundum idem* omnis *unitas*, & omnis *multitudo*; ſic enim v. g. duo poſſunt in *prædicatis eſſentialibus convenire*, ſeu habere *unitatem eſſentialem*, ut tamen ſint *multa*, prout v. g. Petrus & Paulus vere conveniunt, ſeu *unum* quid ſunt in τὸ *eſſe animal rationale*, licet, ſint duo *individua*, adeoque non ſervent *unitatem individualem* ſeu *numericam*: item *multitudo plurimarum* partium phyſicarum in homine non obeſt *unitati compoſitionis phyſicæ*, quam ille habet: nec denique partes v. g. ejusdem domûs integrales deſtruunt *unitatem integritatis* &c. (LXXIX.) Hiſce præſuppoſitis a Scotiſtis ponitur ſequens

PROPOSITIO.

Natura communis datur a parte rei, nec tamen unitatem eſſentialem propterea amittit.

Natura communis datur a parte rei.

CCIII. PROBATUR I. PARS. Datur diſtinctio ex natura rei formalis in creatis: (CXXIX.) ergo natura *communis* datur a parte rei. p. c. Juxta principia diſtinctionis ex natura rei formalis verum eſt dicere: *Petrus eſt homo*: *Paulus eſt homo*, (id eſt vere a parte rei conveniunt in *natura humana*) ergo *humanitas* non eſt formaliter *hæc*, ſeu *ſingularis*, & tamen eſt *a parte rei* nemine cogitante, conſequenter erit *univerſalis* a parte rei. CONF. I. Ex dictis de diſtinctione Scotiſtica termini com̃unes ſupponunt *fundamentum* a parte rei, ſive *ſubſtratum actuale*, (LXVIII.) & non tantum fundamentale ſeu *virtuale*, (CXXIII.) nam hoc fundamentum vel eſt *commune* vel *ſingulare*? ſi *primum*: ergo eo ipſo datur *nemine cogitante*: ſi *ſecundum*, dabitur idea *falſa*, quod eſt contra dicta in Logica, (*fol.* 653.) ſicut & ſæpe dictum jam eſt, quod termini *logici* ſolummodo per *intellectus* concipientis

actum

actum exiſtant, *ſubſtrata* autem *metaphyſica* dentur *a parte rei*: (Log. *fol.* 51. & LXVIII.) ergo. Conf. II. Univerſale *in eſſendo*, ſi proprie ſumatur, nihil eſt aliud, quam natura ex ſe *indiviſa* in plures *ſpecies*, & *diviſa* vel diviſibilis in plura *individua*, ſi loquamur de univerſali *ſpecifico;* vel eſt a parte rei natura indiviſa in plura *genera* eſſentialiter diſſimilia, & ſimul diviſa in plures *ſpecies* diſſimiles, ſi loquamur de univerſali *generico*; ad univerſale enim *in eſſendo* non requiritur alia *unitas*, & *indiviſio*, quam illa, qua natura in ſe non eſt diviſa in plures *ſpecies*, vel in plura *genera:* atqui hæc datur *a parte rei* : ergo. p.M. Sic enim vere eſt *unum aptum ineſſe multis*, & *prædicari de illis univoce*, ac *diviſim;* diviſio quippe in *inferiora*, ſcilicet in *individua*, & *in ſpecies* diſſimiles, priori *indiviſioni* ſeu *unitati* non obſtat, quin ſit *una* in genere, vel *una* in ſpecie. Hoc ergo modo *natura humana*, per quam omnes homines in *individuo* ſolum differunt, eſt univerſale metaphyſicum *in ſpecie*, quia eſt diviſibilis in plura *individua* ſimilia. Natura vero *angelica* in ſententia *Thomiſtarum*, in qua omnes angeli *ſpecie* differunt, non eſt uni-

verſale metaphyſicum *in ſpecie*, ſed ſolum *in genere*, quia non eſt diviſibilis in plura *individua* ſimilia, ſed ſolum in *ſpecies diſſimiles. Subſumo.* Hæc autem omnia dantur vere *a parte rei*, non cogitante ullo intellectu humano, utpote a cujus *conceptu* creaturarum *natura interna* minime dependet: ergo.

Servatque unitatem eſſentialē.

PROBATUR II. PARS. Si natura communis amitteret ſuam *unitatem eſſentialem*, tunc eſſet ratio, quia eſſet *multiplicata* in pluribus individuis, aut ſpeciebus: (ex hypotheſi mox dictorum) atqui hæc ratio nulla eſt. p. m. Unitati non obeſt omnis multiplicitas, (CCII. IV.) adeoque τὸ *homo* eſt vere *unus* ſpecie in pluribus individuis, & τὸ *Angelus* in principiis Thomiſtarum manet a parte rei *unus* in pluribus ſpeciebus. CONF. Ad univerſale in eſſendo non requiritur unitas *entitativa*, (cum nec juxta adverſarios adſit alia niſi ſolum *extrinſeca per intellectum*) quia utique Petrus & Paulus non ſunt *entitative* unus *homo*, (ne ſequatur *Myſterium SS. Trinitatis* in creatis) ſed ſufficit unitas *ſimilitudinis eſſentialis* ſeu *fundamentalis*: atqui hæc adæquate habetur, cum tam plures *angeli*, quam plures *homi-*

nes

nes inter ſe *a parte rei* ſervent *unitatem* ejusmodi *ſimilitudinis in eſſentia*: ergo. p. M. Unitas *ſimilitudinis eſſentialis* ſeu *fundamentalis* eſt proprie dicta *unitas*: ergo ſufficit. p. A. Proprie dicta ejusmodi ſimilitudo datur *nemine cogitante*, & non ſolum *per intellectum*, *ſimilia* autem ſunt, *quorum qualitas* (ſive ſubſtantialis, ſive accidentalis) *eſt una*: ergo *unitas qualitatis*, & *ſimilitudo fundamentalis* ſeu *eſſentialis* ſunt idem, & conſequenter ſi datur proprie dicta *ſimilitudo* fundamentalis, etiam datur proprie dicta *unitas qualitatis ſubſtantialis*, ſive *eſſentialis*.

Datur natura communis per indifferentiã, non vero per inexiſtentiam.

CCIV. *Scholion*. Iſtius propoſitionis modo declaratæ pars altera ſolet etiam a Scotiſtis hiſce terminis proponi: *Natura a parte rei eſt communis ſolum negative*, & *per indifferentiam*, *non autem per inexiſtentiam*, per quæ verba formaliter volunt intelligi, non *eandem entitative* naturam exiſtere in Petro, Paulo, Sempronio &c., ne, ut mox dictum eſt, in creatis ſequatur ipſiſſimum SS. Trinitatis Myſterium, ſed eandem *ſpecifice* tantum, hoc eſt, illam ipſam naturam, quæ modo in ſtatu *phyſico*, & actualis *exiſtentiæ*, eſt in Petro, *ſe-*

cundum ſua prædicata intrinſeca generis & differentiæ ſpecificæ, in ſenſu *Metaphyſico* conſiderata (XLVII. & XLVIII.) non dicere repugnantiam, ut pro alio ſtatu (ſcilicet *objectivo*, ſeu *poſſibilitatis internæ*) potuiſſet contrahi ad *Paulum*, vel *Sempronium &c.*, adeoque non eſſe *intrinſece ex ſe* determinatam, ſed tantum per reſultantem ab eſſentia *hæcceitatem*, (CCII. III.) conſequenter *ſecundum ſe*, ſive *intrinſece* & *eſſentialiter*, manere *communem*, quia tamen hanc communitatem exercere modo non poſſit ob eandem *ſingularitatem*, pro ſtatu *exiſtentiæ actualis* ſibi identificatam, ideo dicunt, quod ſit *negative communis*.

Solvuntur Objectiones.

Species & genera dantur a parte rei quoad ſua ſubſtrata metaphyſica.

CCV. OB. 1. *Contra* 1. *p. Propoſitionis.* Species & genera, quæ a Scotiſtis dicuntur *univerſalia*, non dantur a parte rei; ergo ad probandum ab iis adductum illud argumentum eſt ſimile huic: *Gabriel Angelus, & Michael Angelus non ſunt a parte rei diverſi coloris; ergo ſunt ejuſdem coloris;* ita enim Scotiſtarum quoque probatio ſonat: *Petrus & Paulus a parte rei*

non ſunt diverſæ ſpeciei: ergo ſunt ejusdem ſpeciei, & conſequenter æque nullum eſt. R. D. A. Species & genera non dantur a parte rei, in ſenſu mere *logico*, & ſecundo intentionaliter acceptæ, C. A. in ſenſu Metaphyſico, & ſecundum iſtorum terminorum ſubſtrata N. A. & C. (Log. *fol.* 51. & *Met.* LXVIII.) Certe *homo*, ſecundum ſua prædicata eſſentialia ac metaphyſica conſideratus, *ſpecie* differt a *Leone*, etſi nemo hominum per intellectum cogitet, eumque abſtrahat ab *individuatione* humana, itemque Petrus & Paulus nemine cogitante in *ſpecie* conveniunt: ergo datur *ſpecies* a parte rei: econtra nullus in Angelis, utpote incorporeis, datur *color*, nec vere in illis concipi poteſt &c.

Inſt. 1. Illa *ſpecies* eſt ſolum fundamentalis, non formalis: ergo. R. D. A. id eſt, datur tantum a parte rei ſecundum ſuum *ſubſtratum*, & non mere ſecundum terminos *ſecundæ intentionis* C. A. in alio ſenſu N. A. & C. Profecto ſi adverſæ ſententiæ Patroni *rem* ſedulo conſiderent, forſan non adeo rurſum a Scotiſtis differrent, etſi quoad *terminos* cum ipſis non conveniant.

Inſt. 2. Quæ ſunt *a parte rei*, ſunt entia creata: atqui quæ ſunt entia creata, ſunt contingentia, ſeu *ſingularia*: ergo natura communis non datur a parte rei. R. D. m. Sunt contingentia, ſeu ſingularia, pro ſtatu metaphyſicæ *eſſentiæ* ſuæ conſiderata. N. m. pro ſtatu phyſico *exiſtentiæ*, Subd. ſunt ſingularia per *hæcceitatem* tanquam modum intrinſecum ab eſſentia emanantem, eique metaphyſice ſupperadditum, (CXLIX.) C. m. ſunt ſingularia intrinſece & ex eſſentia ſua. N. m. & C. Eſſentiæ rerum cum ſint abſolute *neceſſariæ*, (LII. & XXVII.) quidni etiam *a parte rei univerſales* exiſtant? nam *univerſale* & *neceſſarium* in ſcientiis æquivalent. (CCII. I.)

Inſt. 3. Quod eſt actualiter a parte rei, habet *exiſtentiam*: atqui exiſtentia datur ſolum circa *ſingularia*: ergo, quod eſt a parte rei, eſt *ſingulare*. Conſequenter *univerſale* a parte rei non datur. R. C. totum, & juxta mox dicta D. *ultimum conſequens*, univerſale in *exiſtendo* non datur C. *in eſſendo* N. c. & c.

Inſt. 4.

Inſt. 4. Natura juxta Scotiſtas a parte rei ſit *hæcceizata*, ut ajunt: ergo eo ipſo ſit etiam intrinſece *ſingularis*, & conſequenter non manet communis. R. D. A. ut prius: ſit *hæcceizata* in ſtatu objectivo & eſſentiali, ſive *in eſſendo* conſiderata N. A. *in ſtatu phyſico*, hoc eſt *in exiſtendo*, Subd. ſit hæcceizata per *hæcceitatem*, naturæ univerſali metaphyſice ſuperadditam, & ab ea formaliter modaliter diſtinctam. C.A. ſit hæcceizata *ex ſe*. N. A. & C.

Inſt. 5. Murus v. g. ab albedine ſit *formaliter* albus: ergo etiam natura ſit formaliter *hæc* per hæcceitatem. p. C. Sicut effectus formalis *albedinis* eſt facere *album*, ita *hæcceitatis* eſt facere, ut compoſitum ſit *hoc*. R. D. A. & tamen *albedo* eſt forma accidentalis, juxta ipſos Peripateticos a muro *realiter diſtincta* C. A. indiſtincta, ſive eſt ipſe murus N. A. ſic autem *paritas* eſt potius pro Scotiſtis, hinc D. C. natura ſit formaliter hæc per hæcceitatem formaliter modaliter a ſe diſtinctam C. indiſtinctam, ita ut natura *intrinſece* ſeu *eſſentialiter* ex ſe ſit *hæc*. N. C. & C.

Inſt. 6.

Inſt. 6. Ergo v. g. mea natura poſſet adhuc a parte rei communicari Paulo. R. D. Ill. in quantum ad *eſſentiam* ſuam metaphyſicam, & in ſtatu *objectivo*, ſeu nondum ſuppoſita *contractione* ad Petrum, conſiderata C. Ill. in quantum *ad exiſtentiam*, & pro ſtatu *phyſico*, ſeu ſuppoſita contractione N. Ill. in ſtatu actualis contractionis ad Petrum per *hæcceitatem* eſt impedita, quo minus pro tunc contrahi poſſit a Paulo, manet tamen ſemper *intrinſece*, ſeu quoad ſua prædicata *eſſentialia*, utrique comūnis, ſeu univerſalis, quia æque Petrus eſt *homo*, ſicut Paulus eſt *homo*, hoc eſt, ſunt a parte rei per *humanitatem* indiſcernibiliter ſimiles.

Inſt. 7. Si ante contractionem mea natura generica potuiſſet eſſe v. g. in bruto, ſequitur, quod etiam mea animalitas potuiſſet ſaltem ſeparari a rationalitate: jam vero, ſi hoc, tunc eo ipſo propter iſtam ſeparabilitatem realiter quoque diſtingueretur a rationalitate, quod eſt contra ipſa Scotiſtarum principia. (CXVI.) R. D. ſ. M. potuiſſet ſeparari, pro mero ſtatu objectivo, & poſſibilitatis conſiderata C. ſ. M. pro ſtatu exiſtentiæ &c. N. ſ. M. Porro, quando dicitur, ea, quæ poſſunt

ſunt *ſeparari*, eſſe res realiter diſtinctas, (CIX.) intelligi ſolum debet de re *actualiter exiſtente*, & actu habente plures partes, in potentia ita ſeparabiles, ut una ſine altera *in rerum natura* exiſtat.

Inſt. 8. Ex hac ſententia ſequitur, eandem omnino naturam fuiſſe in Juda & Chriſto, ac conſequenter eandem quoque ſimul damnatam fuiſſe, atque ſalvatam &c. R. abſurdas ejusmodi ſequelas facile eludunt Scotiſtæ, dicentes, quod non fuerit una natura *entitative*, ſeu per *inexiſtentiam*, ſed ſolum *ſpecifice*, & per *indifferentiam*.

Natura univerſalis manet una in ſpecie, licet multiplicetur numero per individua.

Ob. 2. *Contra* 2. *p. Propoſitionis.* Vel intelligitur a Scotiſtis, naturam ſic eſſe unam in pluribus, ut ſit immultiplicata in ſe, & tamen multiplicata per individua? vel alio modo? non 1*mum*, quia tali modo manifeſte Myſterium SS. Trinitatis verificaretur in creatis, ſcilicet una natura a parte rei multiplex. Non 2*dum*: quia nequit intelligi, quomodo maneat in natura aliqua communitas. R. Quod ſit intelligendum 1*mo modo*. ad p. D. A. ſequeretur &c, ſi etiam natura eſſet *entitative* & *nume-*

rice

rice una ac eadem C. A. ſi tantum *ſpecifice* ac *eſſentialiter* N. A. & C.

Inſt. 1. Unitas, qualiscunque habeatur in univerſali metaphyſico, involvit *pluralitatem*: ergo in eo non manet proprie dicta unitas. R. D. A. Involvit pluralitatem, unitati ſecundum idem non oppoſitam C. A. ſecundum idem oppoſitam. N. A. & C. Unitas *ſimilitudinis*, quæ habetur in univerſali Metaphyſico, (CCIII.) involvit quidem pluralitatem *individualem*: non vero *ſpecificam*, pluralitas porro individualis non opponitur unitati ſpecificæ, ut ſæpe jam dictum eſt.

Inſt. 2. Unitas univerſalis *in eſſendo* debet eſſe indiviſio naturæ in ea, in quæ dividi poteſt, & in quæ per actum prædicationis dividitur: atqui talis unitas non datur a parte rei in natura Petri & Pauli, quia in illis natura humana actu diviſa eſt: ergo a parte rei non datur unitas requiſita ad univerſale in eſſendo. R. N. M. Unitas enim *ſpeciei* (qualis eſt unitas univerſalis in eſſendo) eſt indiviſio in plures *ſpecies* diſſimiles, non in plura *individua* ſimilia.

Inſt. 3.

Inſt. 3. Ex hac ſententia ſequitur, quod ille, qui dicit: *Petrus eſt aliquis homo*, item *Petrus eſt hic homo*, prædicet de Petro naturam *univerſalem*: atqui hoc non: ergo. p. ſ. M. Nam talis prædicat naturam indiviſam in plures ſpecies, conſequenter unam unitate *ſpecifica*, cui non obſtat unitas *individualis* determinata vel *indeterminata*. p. etiam m. quia hoc eſt plane contra *Logicam*, ubi ejusmodi termini vocantur *particulares* aut *ſingulares*. R. 1. N. ſ. M. non enim ſufficit ad prædicationem naturæ univerſalis, ut illa prædicetur indiviſa in plures *ſpecies* vel *genera*, ſed debet etiam prædicari, *ut manens apta ineſſe pluribus*, adeoque ut diviſibilis in plura ſimilia; ſed particulæ *aliquis* & *hic* juxta communem loquendi modum excludunt *diviſibilitatem* naturæ prædicatæ in plura ſimilia; quamvis enim *aliquis homo* quoad *actum enuntiativum* maneat indeterminatus, eſt tamen *in ſe* determinatus, & unus homo indiviſibilis in plura individua humana. Hinc R. 2. D. ſ. M. ſequitur, quod prædicet naturam humanam univerſalem, ex parte naturæ humanæ quoad *eſſentiam* internam acceptæ C. ſ. M.

ex

ex parte *ſigni*, ſeu particularum præfixarum N. I. M. (Log. CLXVIII.) &c.

Inſt. 4. Ut natura dicatur univerſalis, ſufficit ſola *cognitio* mentis: ergo *a parte rei* non eſt univerſalis. R. N. A. Nam ſane cognitio, qua v. g. cognoſcitur individuum, non *facit* unitatem individualem, ſed eam, ut eſt, in objecto *præſupponit*, & a parte rei exprimit: ergo etiam cognitio, qua cognoſcitur *ſpecies* ſine differentiis individuantibus, non *facit* unitatem ſpecificam, ſed eam, ut eſt, in objecto a parte rei exiſtentem exprimit atque enuntiat; cum enim prædicata ſpecifica *formaliter ex natura rei* diſtinguantur a differentiis *individualibus*, ſeu ab *Hæcceitate*, (CXLIX.) etiam a parte rei vere & *actu* ab illis *præſcindent*, & non mere per *intellectum*. Dein ſi unitas univerſalium formaliter conſiſteret in ipſa *cognitione* abſtractiva, & quidem ſolâ, foret tunc *unitas* mere *extrinſeca*; ſicut & diſtinctio *pure formalis* eſt mere extrinſeca, (CXIII.) ſed hoc videtur erroneum; nam repræſentatio prædicatorum individualium non eſt ipſa *unitas individualis*, ſed ſolum ejus *unitatis imago vitalis*, & expreſſio rei, ut

in

in ſe eſt: ergo etiam repræſentatio prædicatorum ſpecificorum non eſt ipſa *unitas ſpecifica*, ſed ſolum ejus *unitatis* (quæ conſiſtit in ipſa indiſcernibilitate intrinſeca) *imago vitalis*, & expreſſio rei, ut in ſe eſt. Ita Cl. P. HABISREUTINGER. *univerſal. prim. princ. p. 2. Dial.* 10.

CCVI. *Scholion* I. Scrupulum hic movet Peripateticis rigidis Cl. ANTONIUS GEN. *Elem. Met. p.* 1. *c.* 8. §. 58. *pag. mihi* 130. de ipſorum ſic dicta *materia prima*, quam *primum rerum omnium ſubjectum* eſſe dicunt, ſimulque defendunt, *illam eſſe unam & eandem in omnibus omnino rebus corporeis:* Inde namque cit. Cl. Auctor deducit, quod per hunc loquendi modum revera eam velint eſſe ita *univerſalem a parte rei*, ut non tantum una *ſpecie*, ſed etiam *entitative una* in ſingulis corporibus exiſtat, adeoque per hoc plus affirmare videantur, quam ipſimet Scotiſtæ in hac ſua ſententia: aſt in hoc quoque gravius eos accuſat, quod propterea ad *Pantheiſmum* ac *Spinoziſmum* viam quaſi apertam ſtraverint: " Itaque (*tandem concludit*) „ erat hæc graviſſima ratio, quam ob „ rem corpuſculares Phyſici ab hac ma-

Materiam primam a Peripateticis defendi ut entitative univerſalem a parte rei, Cl. Antonius Gen. arguit.

abſolute, τὸ *Pater* autem *relative* accipi debet. Inde quoque *denominatio abſoluta* vocatur, quæ rei abſolute, & *quoad ſe* convenit, & *relativa*, qua res *ad aliud* refertur. Cl. Ant. Gen. *Elem. Met. p.* 1. *c.* 2. §. 18. *relationem* vocat qualemcunque *nexum unius rei cum alia, quæ valeat nos unâ cognitâ ad alterius cognitionem ducere*, itemque duo in relationibus diſtinguenda eſſe docet, 1. *ſubjecta*, inter quæ nexus eſt & relatio, 2. relationum *rationem*, ſive ipſum *nexum*.

Denominatio abſoluta & relativa.

fundamentum relationis.

CCIX. In ſcholis in omni relatione tria concurrere dicuntur, (Log. *fol.* 82.) ex quibus *fundamentum*, (quod maxime hujus eſt loci) vocatur id, *quod refertur*, ſive per quod duæ res ſunt proxime *relative denominabiles*, ut v. g. *actio generativa*, qua Petrus denominatur *pater Pauli*, eſt tale *fundamentum*, ex qua cognita determinatur mens, ut Petro tribuat denominationem *Patris*. Ab aliis appellatur quoque *ratio fundandi*, ſive *fundamentum proximum relationis*, quo ſcilicet poſito ſtatim inter ipſos terminos oriri ſuperadditam formam relativam, realiter diſtinctam hoc eſt, *Paternitatem* in Petro, & *filia*-

duplex Philoſophorum de relatione ſententia.

tio-

tionem in Paulo docebant Scotiſtæ veteres plerique, aliis econtrà de ſchola Philoſophis contra illos tuentibus, ad relativam denominationem rebus tribuendam ſolam ſufficere *rationem fundandi*; cui ſententiæ quoque accedit Cl. P. Ferrari *Log. c.* 6. *pag. mihi* 62. in hæc verba loquens: "Relationem „ FUNDAMENTALITER, ut ajunt, accep„ tam realem eſſe fatemur, FORMALI„ TER autem conſideratam, opus eſſe „ dicimus INTELLECTûs noſtri, unum „ ad aliud referentis, juxta illorum „ naturam & affectiones, quæ OCCAS„ SIONEM nobis adminiſtrant ordinem „ illum concipiendi. Inde, licet SUB„ TILIS DOCTOR ex veterum ſententia „ relationes REALES judicaverit, non „ tamen ab illius præſcriptis hac in par„ te recedere nefas eſſe arbitramur; „ ſiquidem multum magnorum viro„ rum judicio credimus, aliquid & no„ ſtro vindicamus." Hæc ille.

CCX. Cæterum præter enumeratas in Logica relationum ſpecies, (Log. *fol.* 81.) adhuc in ſcholis notiſſimæ ſunt ſequentes. 1. *Relatio identitatis* ac *diverſitatis*, *1ma* tunc habetur, quando duo in eſſentia conveniunt, ut v. g. Diviſio varia Relationum.

Inſt. 2. Quæ ſunt *a parte rei*, ſunt entia creata; atqui quæ ſunt entia creata, ſunt contingentia, ſeu *ſingularia*: ergo natura communis non datur a parte rei. R. D. m. Sunt contingentia, ſeu ſingularia, pro ſtatu metaphyſicæ *eſſentiæ* ſuæ conſiderata. N. m. pro ſtatu phyſico *exiſtentiæ*, Subd. ſunt ſingularia per *hæcceitatem* tanquam modum intrinſecum ab eſſentia emanantem, eique metaphyſice ſupperadditum, (CXLIX.) C. m. ſunt ſingularia intrinſece & ex eſſentia ſua. N. m. & C. Eſſentiæ rerum cum ſint abſolute *neceſſariæ*, (LII. & XXVII.) quidni etiam *a parte rei univerſales* exiſtant? nam *univerſale* & *neceſſarium* in ſcientiis æquivalent. (CCII. I.)

Inſt. 3. Quod eſt actualiter a parte rei, habet *exiſtentiam*: atqui exiſtentia datur ſolum circa *ſingularia*: ergo, quod eſt a parte rei, eſt *ſingulare*. Conſequenter *univerſale* a parte rei non datur. R. C. totum, & juxta mox dicta D. *ultimum conſequens*, univerſale in *exiſtendo* non datur C. *in eſſendo* N. c. & c.

Inſt. 4.

Inſt. 4. Natura juxta Scotiſtas a parte rei ſit *hæcceizata*, ut ajunt: ergo eo ipſo ſit etiam intrinſece *ſingularis*, & conſequenter non manet communis. R. D. A. ut prius: ſit *hæcceizata* in ſtatu objectivo & eſſentiali, ſive *in eſſendo* conſiderata N. A. *in ſtatu phyſico*, hoc eſt *in exiſtendo*, Subd. ſit hæcceizata per *hæcceitatem*, naturæ univerſali metaphyſice ſuperadditam, & ab ea formaliter modaliter diſtinctam. C. A. ſit hæcceizata *ex ſe*. N. A. & C.

Inſt. 5. Murus v. g. ab albedine ſit *formaliter* albus: ergo etiam natura ſit formaliter *hæc* per hæcceitatem. p. C. Sicut effectus formalis *albedinis* eſt facere *album*, ita *hæcceitatis* eſt facere, ut compoſitum ſit *hoc*. R. D. A. & tamen *albedo* eſt forma accidentalis, juxta ipſos Peripateticos a muro *realiter diſtincta* C. A. indiſtincta, ſive eſt ipſe murus N. A. ſic autem *paritas* eſt potius pro Scotiſtis, hinc D. C. natura ſit formaliter hæc per hæcceitatem formaliter modaliter a ſe diſtinctam C. indiſtinctam, ita ut natura *intrinſece* ſeu *eſſentialiter* ex ſe ſit *hæc*. N. C. & C.

Inſt. 6.

Inſt. 6. Ergo v. g. mea natura poſſet adhuc a parte rei communicari Paulo. R. D. Ill. in quantum ad *eſſentiam* ſuam metaphyſicam, & in ſtatu *objectivo*, ſeu nondum ſuppoſita *contractione* ad Petrum, conſiderata C. Ill. in quantum *ad exiſtentiam*, & pro ſtatu *phyſico*, ſeu ſuppoſita contractione N. Ill. in ſtatu actualis contractionis ad Petrum per *hæcceitatem* eſt impedita, quo minus pro tunc contrahi poſſit a Paulo, manet tamen ſemper *intrinſece*, ſeu quoad ſua prædicata *eſſentialia*, utrique cōmunis, ſeu univerſalis, quia æque Petrus eſt *homo*, ſicut Paulus eſt *homo*, hoc eſt, ſunt a parte rei per *humanitatem* indiſcernibiliter ſimiles.

Inſt. 7. Si ante contractionem mea natura generica potuiſſet eſſe v. g. in bruto, ſequitur, quod etiam mea animalitas potuiſſet ſaltem ſeparari a rationalitate: jam vero, ſi hoc, tunc eo ipſo propter iſtam ſeparabilitatem realiter quoque diſtingueretur a rationalitate, quod eſt contra ipſa Scotiſtarum principia. (CXVI.) R. D. ſ. M. potuiſſet ſeparari, pro mero ſtatu objectivo, & poſſibilitatis conſiderata C. ſ. M. pro ſtatu exiſtentiæ &c. N. ſ. M. Porro, quando dicitur, ea, quæ poſſunt

ſunt *ſeparari*, eſſe res realiter diſtinctas, (CIX.) intelligi ſolum debet de re *actualiter exiſtente*, & actu habente plures partes, in potentia ita ſeparabiles, ut una ſine altera *in rerum natura* exiſtat.

Inſt. 8. Ex hac ſententia ſequitur, eandem omnino naturam fuiſſe in Juda & Chriſto, ac conſequenter eandem quoque ſimul damnatam fuiſſe, atque ſalvatam &c. R. abſurdas ejusmodi ſequelas facile eludunt Scotiſtæ, dicentes, quod non fuerit una natura *entitative*, ſeu per *inexiſtentiam*, ſed ſolum *ſpecifice*, & per *indifferentiam*.

Natura univerſalis manet una in ſpecie, licet multiplicetur numero per individua.

Ob. 2. *Contra* 2. *p. Propoſitionis.* Vel intelligitur a Scotiſtis, naturam ſic eſſe unam in pluribus, ut ſit immultiplicata in ſe, & tamen multiplicata per individua? vel alio modo? non 1*mum*, quia tali modo manifeſte Myſterium SS. Trinitatis verificaretur in creatis, ſcilicet una natura a parte rei multiplex. Non 2*dum*: quia nequit intelligi, quomodo maneat in natura aliqua communitas. R. Quod ſit intelligendum 1*mo modo.* ad p. D. A. ſequeretur &c, ſi etiam natura eſſet *entitative* & *numerice*

rice

rice una ac eadem C. A. ſi tantum *ſpecifice* ac *eſſentialiter* N. A. & C.

Inſt. 1. Unitas, qualiscunque habeatur in univerſali metaphyſico, involvit *pluralitatem*: ergo in eo non manet proprie dicta unitas. R. D. A. Involvit pluralitatem, unitati ſecundum idem non oppoſitam C. A. ſecundum idem oppoſitam. N. A. & C. Unitas *ſimilitudinis*, quæ habetur in univerſali Metaphyſico, (CCIII.) involvit quidem pluralitatem *individualem*: non vero *ſpecificam*, pluralitas porro individualis non opponitur unitati ſpecificæ, ut ſæpe jam dictum eſt.

Inſt. 2. Unitas univerſalis *in eſſendo* debet eſſe indiviſio naturæ in ea, in quæ dividi poteſt, & in quæ per actum prædicationis dividitur: atqui talis unitas non datur a parte rei in natura Petri & Pauli, quia in illis natura humana actu diviſa eſt: ergo a parte rei non datur unitas requiſita ad univerſale in eſſendo. R. N. M. Unitas enim *ſpeciei* (qualis eſt unitas univerſalis in eſſendo) eſt indiviſio in plures *ſpecies* diſſimiles, non in plura *individua* ſimilia.

Inſt. 3.

Inſt. 3. Ex hac ſententia ſequitur, quod ille, qui dicit: *Petrus eſt aliquis homo*, item *Petrus eſt hic homo*, prædicet de Petro naturam *univerſalem*: atqui hoc non: ergo. p. ſ. M. Nam talis prædicat naturam indiviſam in plures ſpecies, conſequenter unam unitate *ſpecifica*, cui non obſtat unitas *individualis* determinata vel *indeterminata*. p. etiam m. quia hoc eſt plane contra *Logicam*, ubi ejusmodi termini vocantur *particulares* aut *ſingulares*. R. 1. N. ſ. M. non enim ſufficit ad prædicationem naturæ univerſalis, ut illa prædicetur indiviſa in plures *ſpecies* vel *genera*, ſed debet etiam prædicari, *ut manens apta ineſſe pluribus*, adeoque ut diviſibilis in plura ſimilia; ſed particulæ *aliquis* & *hic* juxta communem loquendi modum excludunt *diviſibilitatem* naturæ prædicatæ in plura ſimilia; quamvis enim *aliquis homo* quoad *actum enuntiativum* maneat indeterminatus, eſt tamen *in ſe* determinatus, & unus homo indiviſibilis in plura individua humana. Hinc R. 2. D. ſ. M. ſequitur, quod prædicet naturam humanam univerſalem, ex parte naturæ humanæ quoad *eſſentiam* internam acceptæ C. ſ. M.

ex

ex parte *ſigni*, ſeu particularum præfixarum N. ſ. M. (Log. CLXVIII.) &c.

Inſt. 4. Ut natura dicatur univerſalis, ſufficit ſola *cognitio* mentis: ergo *a parte rei* non eſt univerſalis. R. N. A. Nam ſane cognitio, qua v. g. cognoſcitur individuum, non *facit* unitatem individualem, ſed eam, ut eſt, in objecto *præſupponit*, & a parte rei exprimit: ergo etiam cognitio, qua cognoſcitur *ſpecies* ſine differentiis individuantibus, non *facit* unitatem ſpecificam, ſed eam, ut eſt, in objecto a parte rei exiſtentem exprimit atque enuntiat; cum enim prædicata ſpecifica *formaliter ex natura rei* diſtinguantur a differentiis *individualibus*, ſeu ab *Hæcceitate*, (CXLIX.) etiam a parte rei vere & *actu* ab illis *præſcindent*, & non mere per *intellectum*. Dein ſi unitas univerſalium formaliter conſiſteret in ipſa *cognitione* abſtractiva, & quidem ſolâ, foret tunc *unitas* mere *extrinſeca*; ſicut & diſtinctio *pure formalis* eſt mere extrinſeca, (CXIII.) ſed hoc videtur erroneum; nam repræſentatio prædicatorum individualium non eſt ipſa *unitas individualis*, ſed ſolum ejus *unitatis imago vitalis*, & expreſſio rei, ut

in

in ſe eſt: ergo etiam repræſentatio prædicatorum ſpecificorum non eſt ipſa *unitas ſpecifica*, ſed ſolum ejus *unitatis* (quæ conſiſtit in ipſa indiſcernibilitate intrinſeca) *imago vitalis*, & expreſſio rei, ut in ſe eſt. Ita Cl. P. HABISREUTINGER. *univerſal. prim. princ. p.* 2. *Dial.* 10.

CCVI. *Scholion* I. Scrupulum hic movet Peripateticis rigidis Cl. ANTONIUS GEN. *Elem. Met. p.* 1. *c.* 8. §. 58. *pag. mihi* 130. de ipſorum ſic dicta *materia prima*, quam *primum rerum omnium ſubjectum* eſſe dicunt, ſimulque defendunt, *illam eſſe unam & eandem in omnibus omnino rebus corporeis*: Inde namque elicit Cl. Auctor deducit, quod per hunc loquendi modum revera eam velint eſſe ita *univerſalem a parte rei*, ut non tantum una *ſpecie*, ſed etiam *entitative una* in ſingulis corporibus exiſtat, adeoque per hoc plus affirmare videantur, quam ipſimet Scotiſtæ in hac ſua ſententia: aſt in hoc quoque gravius eos accuſat, quod propterea ad *Pantheiſmum* ac *Spinoziſmum* viam quaſi apertam ſtraverint: "Itaque (*tandem concludit*) „erat hæc graviſſima ratio, quam ob „rem corpuſculares Phyſici ab hac ma- (Materiam primam a Peripateticis defendi ut entitative univerſalem a parte rei, Cl. Antonius Gen. arguit.)

„ tariæ unitate diſcederent; recteque „ animadvertit ſæpe Cudworthus, Phy„ ſicam hanc corpuſcularem accommo„ datiorem eſſe, quam Peripateticam, „ ad Dei adverſus profanum genus cau„ ſam tuendam. „ Verum de hoc in *Phyſica*.

Principiũ identitatis indiſcernibilium Leubnitii an poſſit admitti? CCVII. Scholion II. Putat Leubnitius, dari non poſſe *duo individua, ſibi in omnibus ſimilia*, ita ut in uno non detur, per quod diſcerni poſſit ab altero, illudque demonſtrare nititur *ex principio rationis ſufficientis*: ſi enim, inquit, duo exiſtant individua, in omnibus ſibi ſimilia, nulla tunc adeſſet *ratio ſufficiens*, ex qua poſſet intelligi, cur exiſtant; illa quippe ratio nec *in individuis* exiſteret, cum ob perfectam ſimilitudinem neutrum altero præſtantius ſit, nec *extra individua*, quia ſine ratione ab aliquo agente externo produceretur potius *hoc* quam *illud* individuum; quorum neutrum ab altero differret. Hanc vero opinionem, quam ipſe vocat *principium identitatis indiſcernibilium*, Philoſophi alii rejiciunt, Scotiſtæ autem, ſuis principiis conformiter, negant quidem, dari poſſe in rerum natura duo individua, *unâ & ea*-

dem hæcceitate prædita, quam vocant principium *individuationis intrinſecum*, (CXLIV.) admittunt tamen cum aliis, quod plura ejusmodi in eadem *ſpecie* actu produci atque exiſtere queant *quoad principium individuationis externum*, (Log. *fol.* 59. & 60.) a ſe non omnino diverſa, quis enim DEUM omnipotentem, tanquam cauſam primam, *ad extra* (ut Theologi inquiunt) liberrime agentem prohibeat, quominus v. g. plures homines, quoad *determinationes extrinſecas ſibi* prorſus ſimiles, aut certe *plures ſubſtantias ſimplices* inter ſe omnino convenientes actu in hoc univerſo conſtituat? certe quoad hoc nulla datur contradictio manifeſta: ergo per illum manet poſſibile, *apud quem non eſt impoſſibile omne verbum.*

ARTICULUS II.

De *Ente abſoluto, & relativo.*

CCVIII. Ens *abſolutum* dicitur illud, quod *ſe ſolo* poteſt concipi; ens vero *relativum*, quod non poteſt perfecte intelligi ſine reſpectu ad aliud. (Log. *fol.* 81.) ſic v. g. τὸ *homo* *Ens abſolutum & relativum.*

abſolute, τὸ *Pater* autem *relative* accipi debet. Inde quoque *denominatio abſoluta* vocatur, quæ rei abſolute, & *quoad ſe* convenit, & *relativa*, qua res *ad aliud* refertur. Cl. Ant. Gen. *Elem. Met. p.* 1. *c.* 2. §. 18. *relationem* vocat qualemcunque *nexum unius rei cum alia, quæ valeat nos unâ cognitâ ad alterius cognitionem ducere*, itemque duo in relationibus diſtinguenda eſſe docet, 1. *ſubjecta*, inter quæ nexus eſt & relatio, 2. relationum *rationem*, ſive ipſum *nexum*.

Denominatio abſoluta & relativa.

CCIX. In ſcholis in omni relatione tria concurrere dicuntur, (Log. *fol.* 82.) ex quibus *fundamentum*, (quod maxime hujus eſt loci) vocatur id, *quod refertur*, ſive per quod duæ res ſunt proxime *relative denominabiles*, ut v. g. *actio generativa*, qua Petrus denominatur *pater Pauli*, eſt tale *fundamentum*, ex qua cognita determinatur mens, ut Petro tribuat denominationem *Patris*. Ab aliis appellatur quoque *ratio fundandi*, ſive *fundamentum proximum relationis*, quo ſcilicet poſito ſtatim inter ipſos terminos oriri ſuperadditam formam relativam, realiter diſtinctam hoc eſt, *Paternitatem* in Petro, & *filia-*

fundamentum relationis.

duplex Philoſophorum de relatione ſententia.

tionem in Paulo docebant Scotiſtæ veteres plerique, aliis econtra de ſchola Philoſophis contra illos tuentibus, ad relativam denominationem rebus tribuendam ſolam ſufficere *rationem fundandi*; cui ſententiæ quoque accedit Cl. P. FERRARI *Log. c. 6. pag. mihi 62.* in hæc verba loquens: "Relationem „FUNDAMENTALITER, ut ajunt, acceptam realem eſſe fatemur, FORMALITER autem conſideratam, opus eſſe „dicimus INTELLECTûs noſtri, unum „ad aliud referentis, juxta illorum „naturam & affectiones, quæ OCCAS-„SIONEM nobis adminiſtrant ordinem „illum concipiendi. Inde, licet SUB-„TILIS DOCTOR ex veterum ſententia „relationes REALES judicaverit, non „tamen ab illius præſcriptis hac in par-„te recedere nefas eſſe arbitramur; „ſiquidem multum magnorum viro-„rum judicio credimus, aliquid & no-„ſtro vindicamus.„ Hæc ille.

CCX. Cæterum præter enumeratas in Logica relationum ſpecies, (Log. *fol.* 81.) adhuc in ſcholis notiſſimæ ſunt ſequentes. 1. *Relatio identitatis ac diverſitatis*, 1*ma* tunc habetur, quando duo in eſſentia conveniunt, ut v. g. Diviſio varia Relationum.

Petrus & *Paulus* in τὸ *eſſe hominis.* 2*da* habetur, ſi duorum eſſentiæ ſint *diverſæ*, ſic v. g. *homo* & *brutum* ad ſe invicem tenent *relationem diverſitatis.* II. Relatio *æqualitatis*, & *inæqualitatis.* 1*ma* oritur ex convenientia in magnitudine ſive quantitate, *altera* ex diſconvenientia in eadem: v. g. pannus A duarum ulnarum, & pannus B itidem duarum ulnarum relationem *æqualitatis*; econtra pannus A unius ulnæ, & pannus B duarum ulnarum relationem inæqualitatis dicunt. III. *Relatio ſimilitudinis* aut *diſſimilitudinis* ex *qualitatum* convenientia vel diſconvenientia exurgit. 1*ma* datur inter *duos* muros albos, 2*da* inter murum *album* & *nigrum*, prior dicitur quoque *relatio mutua*, quia *utrumque* extremum dicit invicem reſpectum. IV. *Relatio æquiparantiæ*, aut *diſquiparantiæ*: utraque in *relatione mutua* habetur, & *prima* quidem tunc, quando relatio mutua talis eſt, ut tam fundamento, quam termino competat *idem* nomen: e. g. relatio inter *fratrem* & *fratrem.* 2*da* vero, quando *diverſum* nomen tribuitur e. g. *Domini* & *Servi*, *Patris* & *Filii* &c.

CCXI.

CCXI. Quia relatio communiter dividitur in REALEM, cujus ſcilicet ratio fundandi (prout inquiunt) eſt in ipſa re, actu, & *independenter ab intellectu*, eam cognoſcente, & in *intellectualem*, ſeu RATIONIS, quando videlicet repræſentatur aliquid intellectui per modum *relationis*, quod tamen nullam habet a parte rei, ut eſt v. g. relatio *ſubjecti ad prædicatum*, vel *generis ad ſpeciem* &c., quæ tanquam termini *ſecundæ intentionis* accepta, extra intellectum non exiſtunt: (Log. *fol.* 51. & 114.) Ita tanquam certiſſimum ab omnibus pariter admittitur, dari *a parte rei* ante omnem mentis noſtræ operationem *relationes reales* tam *tranſcendentales*, quam *prædicamentales*; (Loc. *fol.* 81.) non enim a ſola *cognitione* noſtra dependet, ut v. g. detur *dependentia creaturæ a creatore*, relatio *cognitionis ad cognitum* &c., item *nemine quoque cogitante* ovum eſt *ſimile* ovo, murus niger *diſſimilis* albo &c. adeoque vere tenendum eſt, quod *relatio* ratione ſui *objecti* ſeu *fundamenti* inſit rebus ipſis; utut actu *referre unum ad aliud* dependeat *ab intellectu*, prout ſequens explicat

Dantur a parte rei relationes tranſcendentales, & prædicamentales;

PROPOSITIO.

Relatio adæquate conſiſtit in ratione proxima fundandi, ut terminum connotante.

Non tamē ſunt entitates diſtinctæ a fundamēto, terminum cum notante.

CCXII. PROBATUR I. Poſita ratione fundandi, prout *connotat*, vel reſpicit terminum, habetur in rebus, quidquid requiritur, ut, mutua earum facta comparatione, *relativè* denominentur, ſic enim v. g. poſita *albedine unius* parietis, prout alterius muri, tanquam *termini*, albedinem *reſpicit*, habetur tota relatio *ſimilitudinis*, ſeu *relativa denominabilitas*, qua mens determinatur, ut, cum duos muros *albos* inter ſe mutuo comparat, eos *relative formaliter ſimiles* denominet: ergo relatio adæquate conſiſtit in ratione proxima fundandi &c.; nec requiritur forma realiter ſuperaddita, ut termini *relative* per eam actu denominentur, ſed potius ut *axioma notiſſimum*, teſte Cl. ANTON. GENUENSI *Met. p.* 1. *c.* 3. §. 25. tenendum, quod *relatio nihil realis perfectionis enti ſuperaddat.* Prout etiam, inquit mox cit. Cl. P. FERRARI. *Log. c.* 6. *pag. mihi* 62. "Nobis tanta ingenii ſubtilitas minime eſt,

„ qua

„ qua tantam rerum omnium *realem*
„ *mutationem* ad unius muſcæ motum
„ contingere ſimul & intelligere, &
„ affirmare valeamus, quod ipſum *ver-*
„ *botenus* tantum ab illis doceri certo
„ certius tenemus; experientia ipſa id
„ comprobante; *moxque addit*: ſed ea,
„ quæ ſatis minime perſpiciuntur, pro
„ certis & indubitatis proponere, ho-
„ minis eſt intemperanter abutentis &
„ otio, & litteris, -- -- quocirca hæc
„ irridenda potius, quam refutanda
„ merito arbitramur. „

Probatur II. *Ab inductione*. Nulla aſſignari poteſt relatio *in particulari*, quæ dici poſſit *entitas* a fundamento, ut connotante terminum, *realiter diſtincta*: ergo. p. A.

1. *Convenientia* duorum in aliqua ratione non eſt entitas, realiter diſtincta ab illa ipſa *ratione*, in qua conveniunt; nam poſita v. g. *albedine* in duobus muris, uti mox dictum eſt, omni alia entitate etiam repugnante, jam duo illi muri penes albedinem actu *conveniunt*: ergo. p. A. *Convenire duo in aliqua ratione* idem eſt, ac ea eſſe hujusmodi, ut, ſi penes illam rationem ſpectentur, ac inter ſe comparentur, unum eorum ab altero

 di-

diſcerni minime poſſit: atqui duo alba *v. g.* ſic *penes albedinem* ſe habent, ut, ſi inter ſe comparentur, unum ab altero diſcerni actu non poſſit: ergo, *omni alia entitate etiam repugnante*, per ſolam *albedinem*, tanquam *fundamentum*, ut *connotans* terminum, ſeu alium murum; jam actu *conveniunt*, conſequenter &c. pariformiter *a contrario* loquendum de *diſconvenientia*.

2. Nec *ſimilitudo*, aut *diſſimilitudo* ſunt ejusmodi entitates, realiter diſtinctæ a *qualitate*, penes quam, comparatione facta, duo inter ſe mutuo *ſimilia*, aut *diſſimilia* dicuntur; (CCX. III.) nam *ſimilitudo* nil aliud eſt, quam ipſa *convenientia*, qua duo in *qualitate* conveniunt, & *diſſimilitudo* eſt *diſconvenientia*: ergo ſi iſtæ non ſunt ejusmodi *entitates* realiter ſuperadditæ, nec illæ erunt.

3. Nec *æqualitas* aut *inæqualitas* ſunt entitates realiter diſtinctæ a *quantitate* ſeu *magnitudine*, penes quam, facta duorum comparatione, *æqualia* vel *inæqualia* duo inter ſe dicuntur; ipſa enim *æqualitas* quid eſt aliud, quam itidem *convenientia* duorum in *quantitate*; inæqualitas vero *diſconvenientia* &c.?

4. Nec

4. Nec denique datur *relatio cauſæ ad effectum*, quæ ſit entitas realis, diſtincta ab *actione*, per quam effectus ſuam a cauſa exiſtentiam habet; nam Deus eſt vere omnium rerum *cauſa*, nec tamen (juxta omnes Philoſophos;) in eo habetur ejusmodi *entitas*, realiter diſtincta ab illo *actu Divinæ voluntatis*, quo ipſe vult creaturam à parte rei exiſtere, cujus exiſtentiam tanquam *terminum* ille actus *connotat*: ergo nec in creatis habetur talis entitas. p. C. Vel enim denominatio *cauſæ neceſſario* importat talem *entitatem*, realiter ab *actione cauſativa* diſtinctam, vel non? Si 2*dum*: ergo nec *in creaturis* opus eſt tali forma diſtincta. Si 1*mum*: ergo Deus non poſſet vere creaturarum *cauſa* dici, eoquod eſſet *incapax* talis denominationis, *neceſſario* recipiendæ ad hoc, ut ſit vera *cauſa* &c.

CCXIII. *Corollaria.* I. Igitur Relatio, ut ajunt, *fundamentalis*, ſive prout eſt in *rebus*, præſcindendo ab omni *actu comparativo intellectûs*, eſt ipſa terminorum, qui *relative denominari* poſſunt, *referibilitas*, ſeu *denominabilitas relativa*, & hæc dici poteſt *intrinſeca*, & *realis* (CCXI.) II. Relatio autem *formalis* Bene diſtinguendum eſt inter referibilitatem, & relationem.

eſt

eſt ſuperveniens *actus comparativus intellectûs*, quo res inter ſe mutuo *comparantur* penes aliquam *rationem*, per quam re ipſa antecedenter ſunt inter ſe mutuo *referibiles* in *actu primo*. e. g. duo muri albi, propter *albedinem*, ipſis inhærentem (quæ conſtituit *referibilitatem* utrique muro *intrinſecam*) ab intellectu formaliter inter ſe *comparati* ſive *relati*, accipiunt actualem atque *formalem relationem*, (qui tamen *actus comparativus* intellectûs eſt utrique muro, *ut muro*, ſolum quid *extrinſecum*) quia ſine illo *in actu ſecundo* relative denominari non poſſunt; ſed ſolum in *actu primo*, ſeu *fundamentaliter* teſte Cl. P. Ferrario mox citato. (CCIX.) III. Non plus probant ſententiæ oppoſitæ argumenta, ſi probe inſpiciantur, quam quod *actu* quidem detur in relativis relatio *fundamentalis*; (CCXI.) non autem, quod ſine *actu comparativo intellectûs* detur relatio *formalis*, tanquam *entitas* realiter ſuperaddita. IV. Ratio fundandi *connotat* ita eſſentialiter *terminum* relationis, ut eo ſublato maneat ſolum in ipſo *fundamento* relatio proxima *quoad entitatem*, non vero *quoad denominationem*, hoc eſt, *albedo* v. g. in pariete exiſtens actu (& formaliter

Ratio fundandi debet eſſentialiter conotare terminum.

liter

liter non *denominat* illum parietem *ſimilem*, niſi detur adhuc alter paries, qui ſit æque *albus*, adeoque *ſimilitudinis terminus*.

Solvuntur Objectiones.

CCXIV. Ob. I. Admiſimus ſupra (conformiter principiis Scotiſtarum) diſtinctionem *actualem* inter gradus Metaphyſicos: ergo hic pariter cum Scotiſtis relationem *actualem* diſtinctam admittere debemus. p. C. Relatio enim æque datur *actu*, & quidem phyſice, ſicut illi gradus Metaphyſici metaphyſice *actu* exiſtunt: ergo. R. N. C. ad p. D. A. Relatio fundamentalis, ſeu ipſa *referibilitas* datur actu C. A. relatio formalis. N. A & C. dein *inverto arg.* Gradus Metaphyſici dantur *a parte rei*, ſolummodo ut *ſubſtrata* terminorum logicorum generis & differentiæ, (Log. *fol.* 59. *item Metaph.* LXVIII.) ipſi vero illi *termini* ſeu *denominationes Logicæ* habentur pure *per intellectum*: (Log. *fol.* 114.) ergo etiam relationes phyſicæ ſolummodo a parte rei dantur *quoad ſua ſubſtrata ſeu fundamenta phyſica*, non vero quoad ipſas *denominationes formales*, quæ ſolum fiunt *per actum comparativum intellectûs* (CCXIII.)

Negata relatione ſuperaddita nil ſequitur diſtinctioni Scotiſticæ contrarium.

Inſt.

Inſt. Ex dictis (CXXXVII.) Relationes in *divinis* ſunt entitates, ab eſſentia divina tanquam a ſuo fundamento, formaliter ſaltem ex natura rei, diſtinctæ: ergo etiam in *creatis* citra contradictionem in doctrina id negari non poteſt. R. N. C. & *par. diſparitas* enim habetur toto cœlo diverſa inter relationes *in divinis*, & illas, quæ dantur in creatis, nam relationes divinæ ſunt *ſubſtantiales*, & perſonarum divinarum *conſtitutivæ*, (cum per eas perſonæ divinæ vere *producantur*; & numero multiplicentur, non multiplicatâ eſſentiâ) adeoque ſumme *fœcundæ*, ut Theologi loquuntur; alia omnia habentur circa *relationes* in creatis, utpote plane *ſteriles*, & *accidentales*, eoquod perſonas jam conſtitutas *ſupponant*, nec alium quemquam effectum *poſitivum* in rerum natura producant; nam quis v. g. ſibi imaginetur, ad motum *pulicis* (qui per illum motum novam *relationem ubicationis* juxta adverſæ ſententiæ Patronos acquirit) totum mundum *poſitive* immutari, niſi ſolum in *intellectu*, eliciente *actum comparativum* inter pulicem, novamque illius locationem? &c.

Ob. 2.

Art. II. In quo ſenſu verum ſit, quod omnis denominatio requirat novam formam?

Ob. 2. Omnis denominatio nova & realis requirit novam formam: atqui τὸ *eſſe ſimile* v. g. eſt denominatio nova & realis in duobus muris albis: ergo. R. 1. D. M. requirit novam formam vel *logicam*, vel *phyſicam*. C. M. ſemper phyſicam. Subd. ſi denominatio fiat præciſo omni actu intellectûs. C. M. Si tantum fiat per actum comparativum intellectûs N. M. & D. m. eſt nova denominatio realis & phyſica *quoad ſubſtratum materiale*, & phyſicum fundamentum. C. m. Quoad eſſe *formale*, ſive quoad ipſam enuntiationem comparativam unius muri albi cum alio. N. m. & D. C. Requiritur nova forma *logica*; & quoad *prædicari* C. C. quoad *eſſe* N. C. & C. R. 2. *Retorq.* Deus poſt mundum conditum citra ullam in ſe receptam novam *formam* denominatus eſt *creator*; & homo ſine ſui mutatione, aut ullius formæ receptione poteſt alteri fieri *dexter*, vel *ſiniſter*: ergo a pari.

Inſt. 1. Idem non poteſt eſſe ſine ſe ipſo: ergo ſi *fundamentum* nihil eſt diſtinctum a *relatione*, ſemper in ſe habebit *relationem*. R. D. A. Non poteſt eſſe ſine ſe ipſo, quantum ad *entitatem* C. A. quantum ad *connotationem*. N. A.

N. A. & C. *fundamentum* eſt ipſa *relatio*, ſi accipiatur *abſolute*; non vero ſi *connotative* ſumatur, & quoad *denominationem*. (CCXIII. IV.)

Inſt. 2. Iſta connotatio vel eſt quid *reale*, vel quid *fictitium*? R. illam eſſe quid *reale*, non tamen *entitatem* diſtinctam a fundamento, terminum *connotante*; nam ſi eſſet entitas a fundamento *realiter diſtincta*, tunc ipſa ſine fundamento æque exiſtere poſſet, ac fundamentum ſine illa, (CIX.) quod tamen falſiſſimum eſt.

Inſt. 3. Illa realiter diſtinguuntur, quæ diverſas habent definitiones: atqui *relatio* & *fundamentum* diverſas habent definitiones: ergo. R. N. M. abſolute acceptam; una enim, & eadem RES diverſas habere definitiones poteſt, ut patet v. g. in *Juſtitia*, & *Miſericordia divina*, in *animalitate* & *rationalitate* reſpectu ejusdem hominis &c. quæ, licet diverſas habeant definitiones, ſeu conceptibilitates actuales, nihilominus tamen non ſunt *diverſæ res*, ſed *una* tantum, in ſenſu *phyſico*, licet in ſenſu *Metaphyſico* aliter ſit loquendum, (CXXIX. & CXXXVII.) quod rurſum

de

de *relatione* dici nequit, cum inter entitates *metaphyſicas* a nemine numeretur: conſequenter nec *realiter*, nec *formaliter a parte rei* diſtinguitur a ſuo *fundamento*, *connotante terminum*, ſed *logice* ſolum, propter actum comparativum intellectûs.

Inſt. 4. Etiamſi nullus daretur *intellectus*, tamen unus murus albus eſſet adæquate *ſimilis* alteri: ergo ad relationem non requiritur actus intellectûs. R. D. A. eſſet ſimilis fundamentaliter, ſive per indiſtinctam *convenientiam in qualitate*, (CCXII.) C. A. per diſtinctam *entitatem realem* N. A. & D. C. non requiritur ad relationem *fundamentalem* C. C. ad *formalem* N. C. & C.

Ob. 3. Mundi perfectio e. g. dicitur poſita in actuali atque reali omnium entium *ordine*, atque *ſitu*: ergo ille ordo atque *ſitus* eſt *relatio realis*, ab intellectu independens. R. D. A. dicitur poſita in ordine *fundamentaliter* accepto, hoc eſt, in ipſis rebus *abſolutis*, in ſe habentibus aliquam *referibilitatem*, quæ poteſt actu, in *eſſe formalis relationis*, compleri per ſupervenientem *actum comparativum intellectûs*, C. A. in ordi-

Ordo formalis non eſt aliquid reale.

 ne

ne *formaliter* accepto, hoc eſt, in ipſa quadam rerum *habitudine*, tanquam entitate reali ſuperveniente. N. A. & C.

Relatio quomodo poſſit ſeparari a fundamẽto, & termino?

Ob. 4. Relatio poteſt *ſeparari* a fundamento & termino: ergo eſt quid realiter diſtinctum ab utroque. p. A. Poteſt enim v. g. dari murus A, & albedo, quin detur murus B: ergo. R. D. A. Poteſt ſeparari, quantum ad *connotationem*, ſeu actualem *denominationem* C. A. quantum ad *entitatem*. N. A. & C. Cum relatio *ſimilitudinis* unius parietis albi ad alterum parietem album nihil aliud ſit, quam *albedo* unius, ut *connotans* albedinem alterius, hinc, quamdiu murus albus A ſuum terminum, ſeu murum album B non connotat, dici non poteſt *ſimilis*, ſicut v. g. *homo*, quamdiu terminum, ſeu *filium* non connotat, dici nequit *pater*.

Inſt. 1. *Albedo* v. g. poteſt decreſcere in uno muro, quin decreſcat *ſimilitudo*: ergo *relatio* non eſt ipſum fundamentum. R. N. A. albedo enim habet referibilitatem *diverſam* ad diverſos *gradus* alterius albedinis, conſequenter ſi albedo ſit *major*, vel minor, etiam *ſimilitudo* creſcit vel decreſcit.

Inſt. 2.

Inſt. 2. Relatio *creatoris* in Deo ſemper manet, & tamen *ratio fundandi*, ſcilicet ipſa *actio creativa* tranſit: ergo relatio a ratione fundandi diſtinguitur. R. D. A. Actio creativa tranſit phyſice Tr. A. moraliter N. A. eſſe *reſpectivum* creaturæ ſemper refertur ad Deum, ut *conſervatorem;* conſervatio autem a Theologis, & SS. PP. dicitur *continua productio.* Sic etiam aliquis v. g. *Doctor* aut *Magiſter* actu dicitur, qui tamen a multis jam annis ad hunc gradum eſt promotus, reſpiciendo videlicet ad illas cæremonias præteritas, quibus creatus eſt *Doctor.*

Inſt. 3. Relatio ex genere ſuo eſt accidens, & dependet a ſubſtantia, ratio autem fundandi eſt ſubſtantia: ergo relatio diſtinguitur a ratione fundandi. R. D. A. Relatio fundamentalis. N. A. Formalis Subd. eſt accidens logicum C. A. phyſicum. N. A. ſimiliter *Diſt. alterum membrum.* Ratio fundandi eſt ſubſtantia, & ſimul etiam relatio fundamentalis eſt ſubſtantia C. A. non eſt ſubſtantia N. A & C.

Ob. 5. Juxta ſuperius dicta (CXIX.) dantur *modi*, realiter diſtincti a ſub- Modi Recentiorū

Dd 2 ſtan-

quomodo differant a Relationibus? ſtantia: ergo etiam admitti debent *relationes* ita diſtinctæ. R. N. C. *Diſp. eſt*, quia modi faciunt *mutationes* diverſas in rebus, quas varie *modificant*: econtra nil tale producunt *relationes*, utpote, quæ ſunt meræ *denominationes*, plane *ſteriles*, & ex rebus modificatis primum *reſultantes* per *actum comparativum* intellectûs, ut hactenus probatum eſt. Dein non nego abſolute, quod relationes *ullo pacto* diſtinguantur a ſuo fundamento, ſi relationes accipiantur *in ſenſu ſupra aſſignato*, (CXVIII.) videlicet, ut *modi mortui*, tunc enim revera ipſus quoque admitto, poſſe inter eas & rationem fundandi (ſi hæc reduplicative ut *ſubſtantia* conſideretur) diſtinctionem intercedere, quam voco *modalem*, (CXIX.) aſt id continuo negabo, quod *Relatio* ſit *entitas*, a ratione fundandi *ſtricte realiter* (quod tamen adverſæ ſententiæ auctores tam confidenter affirmant) diſtincta; cum diſtinctione enim *modali* adhuc ſtat *realis identitas*, (CX. & CXX.) quæ ſtare nequit, ſi relatio dicatur *alia entitas* a fundamento, bene vero, ſi ejus duntaxat *modus* nominetur. (n. cit.)

Inſt.

Inſt. Hucusque dictum eſt, quod relatio *formalis* ſit purus *actus comparativus intellectûs* &c. hic autem dicitur, quod ſit *modus* a parte rei actu diſtinctus a ſuo fundamento: ergo ſit contradictio. R. Ex hoc, a *modis* deſumpto, argumento patet, utramque ſententiam ſatis probabilem exiſtere, adeoque, ſi utriusque opinionis fundamenta mature inſpiciantur, neutram præ altera omnino contemni debere, nusquam tamen, ut dixi, inde ſequitur, relationem eſſe *entitatem*, a fundamento, ut connotat terminum, *ſtricte realiter* diſtinctam, ut quidam Scotiſtæ, opinantur; nam a *modo mortuo* neutiquam totus mundus, ad motum v. g. pulicis, *immutatur*, ſicut fit per *entitatem realiter ſuperadditam* &c. Et in hoc ſenſu explicari facile queunt textus contrarii, ex *Doctore Subtili* ab adverſæ ſententiæ Patronis quoad hanc ſententiam afferri ſoliti. Cæterum, ex *modo* dictis, negari etiam omnino poteſt, quod modi *mortui*, (CXVIII.) maxime pure *relativi*, modis *phyſicis* annumerandi ſint; quamquam data mox reſponſio mihi *probabilior*, Scotique doctrinæ conformior eſſe videatur,

magisque cohæreat cum ſupra dictis. (CXVIII.)

ARTICULUS III.

De

Ente ſimplici, & compoſito.

Ens ſimplex, CCXV. Ens *eſſentialiter ſimplex* dicitur illud, quod caret partibus phyſicis, a ſe mutuo ſeparabilibus, & realiter diſtinctis: econtra & compoſitum. ens *compoſitum* eſt, quod habet ejusmodi partes phyſicas, ex quibus varia quoque pro diverſitate partium, non ſemper *phyſicarum*, *compoſitio* oritur (LXVII. & LXXVIII.)

CCXVI. Omne ens vel eſt *ſimplex*, vel *compoſitum;* vel enim *pluribus* conſtat, vel non? Si 2*dum*, erit ens ſimplex. Si 1*mum*, tunc vel rurſum conſtat ejusmodi partibus, quarum quælibet habet rationem *totius*, ut v. g. *cumulus lapidum*, vel, quarum una ab altera *perficitur*? in utroque caſu erit compoſitio, nempe in 1*mo* accidentalis, in 2*do* eſſentialis: (LXXVIII.) ſimiliter autem & a Peripateticis præter

ens

ens *ſimplex ſimplicitate compoſitionis*, quod ſimpliciter caret *partibus* quibuscunque, aſſignatur ens ſimplex *ſimplicitate mixtionis*, quod ex partibus entitativis ac integralibus, ſed *homogeneis* ſive *ejusdem rationis*, conſtat, quam ſimplicitatem in ſcholis habere dicuntur *elementa* vulgaria, v. g. *ignis*, *aqua* &c., quæ præter *materiam* & *formam*, quas vocant *partes eſſentiales*, in ſe quoque continent *partes integrales* ejusdem naturæ, ex quibus integrantur: huic ſimplicitati a Peripateticis oppoſita mixtio datur reſpectu *mixti*, ſive compoſiti conſtantis ex partibus *heterogeneis*, hoc eſt, *diverſæ rationis*. Simplicitas compoſitionis, & mixtionis.

CCXVII. *Corollaria*. I. Ens ſimplex non eſt *extenſum*, ad extenſionem enim requiruntur *partes*, quibus caret, & ex hac ipſa ratione caret quoque *magnitudine*, quæ nil aliud eſt, quam *multitudo partium*, (CXCII.) itemque *figurâ* (quæ eſt *limes extenſionis*) ac *diviſibilitate*, nam *dividi* nequit, quod nullam admittit *partium ſolutionem*. II. Si ens ſimplex *abſolute neceſſario* exiſtit, tunc *oriri*, ſive *generari* non poteſt; *oriri* enim dicitur aliquid, quando *exiſtentiam* acquirit, & ſi eâ Quædam affectiones entis ſimplicis.

privatur, *interire*, ſi autem tale ens oriri poſſet, *exiſtere* cæpiſſet, atque adeo aliquando non extitiſſet: atqui ens *abſolute neceſſarium* non poteſt non exiſtere: (XLII.) ergo &c. conſequenter omnia illa entia ſimplicia, quæ oriuntur, ac *generantur*, neceſſaria non ſunt, ſed *contingentia*. III. Ens autem ſimplex, *contingenter* exiſtens, *ex* ente compoſito oriri ſive generari nequit; omnes enim mutationes, quæ fiunt *ex* ente compoſito, oriuntur vel per partium *additionem*, vel per earundem *ſubtractionem*, aut *transpoſitionem*; jam vero per additionem compoſitum fit ſolummodo *majus*, per ſubtractionem *minus*, & per transpoſitionem aliter tantum *figuratum*, & licet ex partium *ſolutione*, paulo diutius continuanda, videri poſſit, oriri ens *ſimplex*, certum tamen eſt, quod illud in eo non primum *fiat*, ſed antea jam *præextiterit*. IV. Sed neque *ex* ente ſimplici oriri poteſt ens ſimplex; *deberet enim unum ab* altero *ſeparari* poſſe, quod fieri iterum nequit, eoquod ens quodlibet ſimplex *diviſibilitate* careat. Dixi, *ex* ente ſimplici &c., nempe ſubintelligendo *tanquam ex materia;* poteſt enim utique fieri *ab* ente ſimplici, ſcilicet *a* Deo, tanquam a *cauſa efficiente*,

quam-

quamvis *ex* Deo produci non valeat. V. Igitur ens ſimplex oriri debet *ex nihilo*, hoc eſt, ex nullo præexiſtente *ſubjecto*, tanquam ex *parte* eſſentiali determinabili, (quod & *nihilum ſubjecti* vulgo dicitur). & quia, antequam producatur, nihil prorſus de ipſo in rerum natura præexiſtit, ex quo intrinſecus componatur, ex *nihilo* quoque *ſui*, ut ajunt. Communius vero in ſcholis *ex nihilo ſubjecti* fieri illud dicitur, quod non dependet a ſubjecto, ad hoc, ut fiat atque exiſtat, ſic v. g. *anima rationalis*, etſi fiat *in* corpore, non tamen producitur *ex* corpore, poſſetque abſolute a Deo *creari*, (hoc eſt, *ex nihilo ſui & ſubjecti produci*) & actu exiſtere, quin neceſſario *in* ſubjecto fiat, in eoque exiſtat. VI. Ens ſimplex, cum *oritur*, debet oriri *in inſtanti*; nam quia *partibus* caret, nequeunt in ejus ortu partes cum partibus *ſucceſſive* conjungi, ut fit, quando entia *compoſita* oriuntur. VII. Itemque ens ſimplex *perire* non valet, niſi per *annihilationem*, quæ fit, quando ens ita perit, tum ut nihil prorſus illius in rerum natura ſuperſit, (quod eſt in *nihilum ſui* abire) tum etiam ut in ejusmodi ſubjecto ipſum non deſtruatur, a quo ex natura ſua dependet.

 (quod

(quod eſt in *nihilum ſubjecti* abire.) *Ratio* autem eſt, quia, ſi aliter periret, tunc quando perit, ita periret, ut ejus aliquid adhuc remaneat, quod fieri nequit, cum ſit *indiviſibile*, & *partibus* careat. VIII. Ens ſimplex, quod *abſolute neceſſarium* eſt, ut Deus, interire nullatenus poteſt; nam ejusmodi ens non poteſt non exiſtere; (XLII.) ſi vero interiret, poſſet non exiſtere: ergo.

Monades quid ſint? CCXVIII. *Scholion.* Quæ modo paſſim appellantur entia *ſimplicia*, ea Pythagoras ejusque aſſeclæ vocarunt *monades*, ſive *unitates*, Epicuræi autem *atomos*, hoc eſt, *inſecabiles*, quæ nomina a modernis Philoſophis, præſertim *Leubnitio* & *Gaſſendo* reſuſcitata, atque a nobis alibi pertractanda ſunt. Obiter ſolum hic de illis notaſſe ſufficiat, dari non poſſe ens *compoſitum*, quin vel detur ens *ſimplex*, vel proceſſus in infinitum in iis admittatur, quæ ipſum ens intrinſecus conſtituunt, (ſicut juxta Arithmeticos *numerus* absque *unitatibus* non coaleſcit) nam, cum omne ens ſit vel *ſimplex*, vel *compoſitum* (CCXVI.) etiam tale erit id omne, ex quo ipſum ens intrinſecus coaleſcit:

ergo

ergo ſi iſtud eſt ens *ſimplex*, dabitur eo ipſo ens *ſimplex* in compoſito; ſi vero eorum quodlibet eſt ens *compoſitum*, quæro de *ſingulis*, qualia ſint? ſicque dabitur *proceſſus in infinitum*, qui repugnat: ergo &c.

CCXIX. De ente *compoſito* ſequentia notari merentur Theoremata. I. Eſſentia entis compoſiti juxta RR. conſiſtit in *modo compoſitionis* earum partium, ex quibus conſtat compoſitum, & per eundem compoſitionis modum diſtinguuntur inter ſe ſingula compoſita. Sic v. g. *turris* & *horologium* ſunt compoſita, a ſe penitus diverſa, propter aliam tantum, aliamve partium connexionem, & *ſtructuram*. II. Ex hoc ipſo compoſitionis modo oritur vulgata illa compoſiti diviſio, in *continuum*, *contiguum*, & *interruptum*. 1*mum* eſt, quando partes in compoſito ita ſunt juxta ſe collocatæ, ut aliæ diverſæ inter eas poni non poſſint, ſic v. g. *lapis*, aut *lamina ferrea* ſunt compoſita continua, 2*dum* eſt, quando non *partes*, ſed ipſa *tota* ſe ita contingunt, ut maneant plura, nec in unum extenſum coaleſcant. e. g. duæ *ſphæræ* aut *vitra*, quorum ſuperficies ſe mutuo tangunt. 3*tium* denique eſt illud,

Theoremata de ente compoſito.

lud, in quo partes ita ſunt collocatæ, ut aliæ diverſæ inter ipſas locum habere poſſint. e. g. *Cribrum*, vel *ſpongia*. III. Quæcunque entia compoſita ſimilem habent *ſtructuram*: ſeu partium combinationem, ea ſunt *ſimilia*, econtra quæ diſſimili gaudent compoſitionis modo, *diſſimilia* appellantur. IV. Omne ens compoſitum debet eſſe *extenſum;* extenſum quippe eſt, quod habet *partes*, quarum unaquæque extra alteram exiſtit, easque inter ſe *unitas*: atqui ens compoſitum conſtat ejusmodi partibus; (I.) Sic v. g. *Menſa* vel *horologium* talem in ſe tenet extenſionem, ut inſpicienti patet. V. Poteſt *fieri* ens compoſitum, quin fiat ex nihilo ſui, poſſunt enim illæ partes, ex quibus conſtat, jam *præextitiſſe*, & poſtea ſolum conjungi. VI. *Interire* quoque poteſt ens compoſitum, quin in ſui nihilum abeat, valent namque partes entis compoſiti remanere, ut v. g. dum *domus* ſolvitur, *lapides* & *ligna* ſupereſſe videntur. VII. Ens compoſitum fieri poteſt, quin *creetur*, & perire, quin *annihiletur*. &c.

AR-

ARTICULUS IV.

De

Toto, & partibus, ac tertia entitate.

CCXX. Totum dicitur, quod ita eſt *unum*, ut in plura tamen reſolvi poſſit; ſive quod conſtat partibus, *partes* vero dicuntur *plura*, quæ ſimul ſumpta conſtituunt *unum* aliquod ens, in quæ iſtud, quando perit, reſolvitur: vel *brevius*: partes ſunt entia *conſtitutiva totius*: (Log. *fol.* 146.) diverſa porro tota pro diverſitate plurium illorum, quæ *unum* conſtituunt, declarata ſunt in *Logica*, (*fol.* 56. 61. 145. & 146.) itemque hic per decurſum. Totum & pars.

CCXXI. Pariter autem & *partes* diverſimode denominantur, ex quibus (ut alias ex terminis notas definitiones taceam) pars *aliquota* eſt, quæ aliquoties repetita toti fit æqualis, e. g. numerus 4. eſt pars aliquota numeri 16, item palmus menſuræ tripalmaris. Pars vero *aliquanta* vocatur, quæ aliquoties repetita non fit toti æqualis, ſed illud excedit, vel ab eo exceditur e. g. numerus 4. reſpectu numeri 14. vel nume- Partes aliquotæ, & aliquãtæ.

merus 7. reſpectu numeri 15. partium denique, totum conſtituentium multitudo, dicitur *magnitudo* ſeu *quantitas.* (CXCI.)

Magnitudo quid ſit?

Theoremata de toto & partibus.

CCXXII. *Corollarium I.* Poſitis omnibus totius *partibus* ponitur ipſum quoque *totum*, & viciſſim poſito *toto* ponuntur omnes illius *partes*; *omnes* enim *partes ſimul ſumptæ ſunt totum*, ut habet *axioma* Mathematicis notiſſimum; ſic v. g. omnes *unitates* in Arithmetica *additæ* ſunt revera ipſa formaliter *ſumma* &c. adeoque II. omne quoque totum eſt *æquale* omnibus partibus ſuis *ſimul* ſumptis, & omnes partes *ſimul* ſumptæ ſunt æquales *toti*; idem enim *quantum* ſibi ipſi eſt æquale. III. Quod continetur in *parte*, continetur etiam in *toto*, ſive pars partis eſt etiam pars totius, hac ipſa nempe de cauſa, quia partes ſunt idem cum toto. IV. Quælibet *pars* totius toto eſt *minor*, & totum eſt majus qualibet ſua parte. Patet hoc ad oculum; majus eſt enim v. g. totum *corpus* humanum, quam ſolus *pes*, aut *manus* hominis. V. *Dimidia* ejusdem totius ſibi ipſis debent eſſe æqualia; nam *dimidia* ſunt, quæ bis ſumpta adæquant totum; ergo ſunt

æqua-

æqualia eidem tertio. *Subſ. quæ* autem *eidem tertio* ſunt æqualia, etiam *inter ſe* æqualia ſunt. (Log. *fol.* 230.)

CCXXIII. *Scholion.* Hæc, quæ in aliis ſcholis ſatis recepta ſunt, à vetuſtioribus quibusdam Scotiſtis nedum in dubium vocata, ſed & multâ argumentorum apparentiâ acriter impugnata ſunt, negabant nempe illi, *totum eſſe idem cum omnibus ſuis partibus ſimul ſumptis*, docentes, omnibus partibus *ſimul* ſumptis addendam eſſe *tertiam aliquam entitatem*, (*modum totalitatis* alii vocabant) ab ipſis realiter diſtinctam, *partium*, ut ajunt, in ordine ad conſtituendum *totum*, *completivam*, hanc tamen moderni Scotiſtæ, cum Cl. P. Fortunato a Brix. ſentientes *Met. p.* 1, *Sect.* 3. §. 235. aperte rejiciunt, ut mox dicetur.

Tertia entitas, ſive modus totalitatis quorundam Scotiſtarum quid ſit?

PRO-

PROPOSITIO I.

Totum non habetur, quando illius partes a ſe mutuo ſeparatæ exiſtunt.

Totum non habetur, ſi partes non ſint conjunctæ.

CCXXIV. Probatur. Totum eſt quid *unum*, (CCXX.) *unitate* ſcilicet *compoſitionis*, partes autem non ſunt quid *unum*, ſi *ſeparatim* exiſtunt, ſed ſunt *plures*: (n. cit.) ergo poſita partium ſeparatione non habetur *totum*. Adeoque etiam illa omnia, ex quibus *totum* componitur, poſſunt actu in rerum natura exiſtere, quin ipſum *totum* exiſtat, ut e. g. facta ſeparatione *animæ* rationalis a *corpore* per mortem, exiſtunt adhuc ambæ illæ partes, non tamen habetur amplius τὸ *homo*, qui ex illis in unum *totum* antea coaluerat.

PROPOSITIO II.

Totum reipſa eſt quid aliud, quam ſingulæ illius partes diviſim acceptæ.

diſtinguitur vero a partibus diviſim ſumptis

CCXXV. Probatur. *Totum* ex natura ſua involvit *plura*, ex quibus intrinſece conſtat, (CCXX.) & fit *unum* unitate compoſitionis: atqui partes ſingulæ *diviſim* acceptæ non ſunt

ſunt quid *unum* unitate *compoſitionis*, eo ipſo, quod ſint *diviſæ* atque *ſeparatæ*: ergo totum eſt quid *aliud*, quam ſingulæ partes *diviſim* acceptæ. p. m. ſic enim v. g. *ſolum* corpus, aut *ſola* anima *hominem* non conſtituit; bene vero ſi ambæ partes eſſentiales *conjungantur*. fere ſicut in Arithmetica v. g. quælibet *unitas* ſeorſim accepta ab altera, *ſummam* non efficit, bene autem ſi *ſimul* atque *conjunctim* accipiantur.

PROPOSITIO III.

Totum re ipſa non eſt quid aliud ab omnibus ſuis partibus, ſimul & conjunctim acceptis.

CCXXVI. PROBATUR: *Totum* & omnes *partes ſimul* ſumptæ a parte rei ſibi poſſunt ſubſtitui: ergo totum non eſt quid *aliud* a partibus ſimul ſumptis, ſed *idem* cum illis (CV.) p. A. *homo* e. g. eſt, ubi *corpus* & *anima* unitim adſunt, & viciſſim. CONF. I. *Identitas* datur, ubi datur vera, abſoluta, & determinata affirmabilitas unius de altero in recto: (CL.) atqui hæc datur inter *totum*, & omnes *partes ſimul* ſumptas: ergo. p. m. Vere nam- Non unitim acceptis.

Œ e que

que affirmari poteſt: *homo eſt corpus, anima & unio ſimul*, ac vice verſa &c. *Sane non video*, inquit Cl. P. Fort. a Brix. *Met.* p. 1. §. 235. *nec videre unquam potui, quomodo totum ſit aliud re ipſa a ſuis partibus ſimul ſumptis, & unitis, ſi, dum concipitur totum, nihil aliud, niſi omnes partes ſimul ſumptæ concipiuntur.* II. Ea, ex quibus ens compoſitum, ſive *totum*, intrinſece conſtat, ſimul ſumpta atque unita ſunt *unum ens unitate compoſitionis*; ſunt enim aliquid, *diviſibile* quidem in plura, ſed re ipſa in ſe *indiviſum*: (ſicut v. g. *ſumma* juxta Arithmeticam eſt quidem *diviſibilis* in plures *unitates* vel *decades* &c. in ſe tamen, & *reduplicative* conſiderata, *indiviſa* exiſtit) ergo ſunt illud ipſum ens, ſeu *totum*, quod ex illis intrinſece coaleſcit. III. Ut *totum*, prout eſt *ens compoſitum*, *deſinat* eſſe, non requiritur, ut entitas aliqua poſitiva deſtruatur, ſed ſufficit, ut ea *ſeparentur* a ſe mutuo, ex quibus conſtat: ergo etiam, ut *oriatur* aliquod totum, exurgere non debet ejusmodi entitas, ſed ſufficit, ut ea, ex quibus tanquam partibus intrinſece conſtat, *ſimul* debita ratione *uniantur*.

CCXXVII.

CCXXVII. *Scholion.* Quod Scotum in hac ſententia concernit, ait Cavellus ejus interpres, quod ipſe *circa diſtinctionem totius a partibus optime pro, & contra diſputet, ſed in partem negantem inclinet*; nam 1. *phyſ. q. 9. n.* 3. & 4. iſta formalia profert: "Si autem capiatur in ſenſu compoſito, tunc ſenſus eſt, quod partes ſimul ſumptæ ſint ipſum totum. Nunc ponitur iſta concluſio: totum eſt ſuæ partes, ita ut omnes partes ſimul ſumptæ ſint ipſum totum." *Vel ſiquis* Doctoris Subtilis libros *phyſicos* inter *apocryphos* numerare velit, (Log. *fol.* 447.) eundem in modum loquitur 8. *Metaph. q.* 4. *cui titulus*: utrum ex materia & forma fiat unum per ſe? ubi circa *hoc punctum ita ſe explicat*: "quando ergo arguitur, in compoſito eſt aliud præter ipſa, ſi intelligatur aliquid, id eſt aliquis reſpectus &c., non poteſt negari conſequentia, nec conſequens eſt inconveniens; ſi autem intelligatur aliquid, id eſt aliqua eſſentia abſoluta, vel in compoſito ut pars eſſentialis ejus, neutrum ſequeretur." In margine vero ibi habetur, *totum non diſtingui a partibus.* Item *in* 3. *ſent. diſt.* 11. *n.* 4. ait: *ſtandum eſt ergo in primo*,

Mens Scoti circa hanc ſententiam.

mo, ſcilicet, quod nullum additum abſolutum ſit in compoſito præter partes eſſentiales, ſcilicet materiam & formam. Imo contraria quorumdam Scotiſtarum de *tertia entitate* ſententia aperte repugnat aliis Scoti principiis; nam 1. ipſe docet *quodlibet* 3. & *in Oxon. l.* 2. *diſt.* 1. *q.* 4. omnia illa, quæ *ſeparari* non poſſunt, eſſe *realiter idem*: atqui clariſſimum eſt, quod partes *unitæ* a toto *ſeparari* non poſſint nec econtra: ergo jam erunt *realiter idem*, *aut errat* Scotus in regula. 2. Denuo 1. *D.* 8. *q.* 3. vult, quod definitio & definitum diſtinguantur tantum *penes conceptus*: at vero definitio eſt explicatio totius per partes: ergo partes ſimul ſumptæ à toto ſolum *penes conceptum*, & non *realiter* juxta Scotum diſtinguuntur &c. plures adhuc & manifeſtas probationes ex *Doctore Subtili* pro opinione *negante* adducit Cl. Baro Scotiſta *Apol.* 9. *in lib. phyſ. act.* 1. *pag.* 103.

Solvuntur Objectiones.

Negata tertia entitas non præjudicat diſtin- CCXXVIII. Ob. I. Gradus Metaphyſici, ut formaliter Scotiſtice diſtinguantur, debent ſubjectari in aliquo toto, a quo metaphy-

ſice

ſice *emanent*: atqui negata tertia enti- tate, tanquam formâ *totius*, non ſub- jectantur in aliquo *toto*: ergo nec ab eo poſſunt emanare, conſequenter nec formaliter ex natura rei diſtingui, quod eſt contra ſuperius dicta. (n. CXXIX.) R. N. m. ipſæ enim partes ſimul & uni- tim ſumptæ ſunt formaliter illud ipſum *totum*, cum ſint unum quid *unitate com- poſitionis*, licet non ſint quid unum *uni- tate ſimplicitatis*, ſive *entitatis*, ut mox dictum eſt, adeoque illi gradus meta- phyſici, dum ex *partibus unitis* emanant, eo ipſo formaliter a *toto* ebulliunt. ctioni Scotiſti- cæ.

Ob. 2. Omnis cauſa realiter diſtin- guitur a ſuo effectu, cum idem nequeat ſe ipſum producere: atqui *materia* & *forma*, ſeu *corpus* & *anima* in homine ſunt veræ cauſæ: (*materialis* ſcilicet & *formalis*) ergo realiter a *toto* diſtinguun- tur, tanquam a ſuo effectu. R. 1. D. M. omnis cauſa *efficiens* & *extrinſeca* C. M. *intrinſeca*, ut ſunt materia & *forma*, hominem intrinſece conſtitu- entes N. M. &c. *diſp.* autem eſt, quia cauſa *efficiens* & extrinſeca eſt *tranſiens*, & actu *ſeparata* a ſuo effectu, econtra cauſæ iſtæ intrinſecæ ſunt *immanentes*, ſive intrinſece *perſeverantes* in ſuo ef- fe-

Nec cau- ſæ intrin- ſecæ ali- quid a ſe realiter diſtinctū efficiunt.

fectu, ab eoque nullo modo *ſeparabiles*, adeoque ſoli cauſæ *efficienti* correſpondet proprie *effectus*: terminus vero cauſæ *formalis* dicitur *formatus*, videlicet ratione *formæ*, quæ juxta modernos Phyſicos eſt tantum *modus materiæ* ſive ſubſtantiæ &c. R. 2. D. m. ſunt cauſæ totius, ſi *diviſim* ſumantur (CCXXIV.) C. m. ſi *conjunctim* & *unitim* N. m. & C. ſi ut *unitim* accipiantur, non *cauſant* compoſitum, ſed *ſunt* ipſum compoſitum, (CCXC.) adeoque ſententiæ contrariæ authores videntur aperte *petere principium*: (Log. *fol.* 282.) dum diſtinctionem *totius* a *partibus ſimul* ſumptis probant ex eo, quod *materia* & *forma*, tanquam partes, ſint *cauſæ*; & rurſum quod partes ſint *cauſæ*, ex eo deducunt, quia totum ab iis *realiter diſtinguitur*.

Inſt. 1. Totum componitur *ex partibus*: atqui nihil componitur *ex ſe*: ergo totum eſt quid aliud a partibus. R. D. M. componitur ex partibus *diviſim* ſumptis C. M. unitim ſumptis N. M. &c. Si partes ſumantur *unitim*, nil componunt, ſed ſunt ipſum *compoſitum*, ſive ſunt ens unum unitate compoſitionis, ac prorſus *indiviſum*.

Inſt. 2.

Inſt. 2. Partes ſunt *plures*, totum vero eſt quid *unum*, item partes ſunt *unitæ*, totum non eſt unitum: ergo a parte rei totum eſt quid aliud a partibus etiam unitis. R. D. A. Si *diviſim* accipiantur C. A. ſi *unitim* N. A. & C. in ſecundo ſenſu etiam *totum* dici poteſt plura, hoc eſt aliquid *unum*, (unitate compoſitionis) in ſe includens *plures partes.*

Inſt. 4. Parentes v. g. dum prolem generant, producunt aliquam entitatem abſolutam ac ſubſtantialem: atqui non producunt *animam*, quæ creatur, nec *corpus*, quod ex materia prima educitur, & jam præexiſtit quoad ſubſtantiam: ergo producunt tertiam aliquam entitatem, a partibus realiter diſtinctam. R. D. m. non producunt *animam* & *corpus*, ut cauſa prima & totalis C. m. ut cauſæ ſecundæ & partiales N. m. & C. ſufficit cauſis ſecundis, (qui titulus omni cauſæ *creatæ* competit) ut actione generativa attingant ſubſtantiam, eamque ſic præparent, ut Deus *vi decreti ſui generalis* animam infundere teneatur: & hinc dici adhuc poteſt, quod parentes vere *totum hominem* producant, quia generant *partes unitas*,

quæ ſunt ipſum *totum*. Porro nonne de fide eſt, quod B. V. vere *genuerit Deum & hominem*, nec tamen in Chriſto produxit tertiam aliquam entitatem, *homini - Deo* ſuperadditam, alias in Chriſto tres aut quatuor omnino ſubſtantiæ, realiter a ſe diſtinctæ fuiſſent, quod eſt contra Symbolum *quicunque*, ubi expreſſe dicitur: *ſicut anima rationalis & caro unus eſt homo*, *ita DEus & homo unus eſt Chriſtus*: quare *ſubſ. Deus & homo* inter ſe *uniti* in Chriſto non produxerunt *tertiam entitatem*, a natura Divina & humana diſtinctam: ergo neque *anima* rationalis & caro, ſeu *corpus*, in homine eandem producet.

Inſt. 4. Partes unitæ vel addunt aliquid ad partes præter *unionem*, vel non? ſi nil addunt, tunc generatio non eſt actio *ſubſtantialis*. Si vero quid addunt: ergo datur manifeſte *tertia entitas*. R. Quod proprie loquendo nil addant, ſed ſint ipſum *totum* ex partibus *unitum*, prout & *mors* teſte S. Dionyſio *l.* 4. *de cœleſti Hyerarch. in nobis non eſt ſubſtantiæ conſumptio*, *ſed unitatum* (ſeu partium) *ſeparatio*. Poteſt tamen etiam dici, quod terminus generationis *ut quo* (ſcilicet *unio*) non

ſit

ſit actio *ſubſtantialis*, bene vero terminus generationis *ut quod*, ſeu ipſæ *partes unitæ*.

Inſt. 5. Si partes ſunt idem ac totum, erunt quoque inter ſe *eædem* ac indiſtinctæ: atqui hoc non: ergo. p. ſ. M. *Quæcunque ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe*: (CCXXX.) atqui partes ſic forent *eædem uni tertio*: (ſcilicet compoſito) ergo eſſent quoque eædem inter ſe. R. N. ſ. M. ad p. D. M. Quæcunque ſunt eadem tam *diviſim*, quam *conjunctim*, C. M. tantum conjunctim N. M. & D. m. partes ſic forent eædem conjunctim C. m. diviſim. N. m. & C.

Partes unitæ idē præſtant, quud totum.

Ob. 3. Subjectum paſſionis v. g. *riſibilitatis* in homine debet eſſe aliquid reale: atqui *totum*, & non *partes* ſunt ejusmodi ſubjectum: ergo. p. m. Nec ſola *anima*, nec ſolum *corpus* ridet: ergo debet admitti aliquod tertium. R. N. m. vel Diſt. ut prius, non partes *diviſim* acceptæ C. m. conjunctim N. m. & C. *Riſibilitas* profecto conſtat partim ex virtute *animæ*, partim ex organo *corporis*, & conſequenter partes iſtæ *unitæ* ſunt *ſubjectum* riſibilitatis, id patet ab exemplo. *Culter* v. g. aut

ſerra habent hanc quaſi *paſſionem*, ut poſſint ſecare ligna; nec tamen ſola *forma* ſeu *figura* hoc habet, quia, ſi ſiant ex alia *materia*, ſimiliter licet figurata, v. g. ex *Butyro*, non ſecabunt, nec etiam ſoli *materiæ* tribuendum illud eſt, quia *ferrum obtuſum* ſine acie itidem non ſecat, nec tamen propterea in cultro aut ſerra, nec in alio quocunque toto *per accidens*, & *artificiali* adſtruitur ab aliquo Scotiſta *tertia entitas*: ergo a pari.

Ob. 4. Si totum eſſentiale ac *per ſe* non diſtinguitur realiter a partibus unitim acceptis, non erit amplius differentia inter illud ipſum totum eſſentiale, & inter totum *per aggregationem*, ac *per accidens*: atqui debet dari differentia: ergo. R. N. ſ. M. *Diſparitas* eſt, quia ex partibus totius *eſſentialis* inter ſe unitis fit ens *unum*, & quidem *ab operante natura intentum*, quod minime fit ex partibus aliorum totorum. (LXXVIII.)

Partes ſolum ut unitæ ſunt ipſū totum.

Ob. 5. Si totum nil aliud eſt, quam ſuæ partes, tunc etiam eæ ipſæ partes ut ſeparatæ manerent totum: atqui hoc non: ergo. R. N. M. (CCXXIV.)

Vel

Vel *Diſt.* ſi totum eſt tantum ſuæ partes *quomodocunque* ſe habentes C. M. ſi ut *taliter* ſe habentes, hoc eſt, ut unitæ. N. M. & ſic D. m. N. C.

Inſt. Illa *ſic ſe habentia* jam eſt aliquid ultra ipſas partes; ergo. R. D. A. eſt aliquid ultra partes *diviſim* acceptas C. *conjunctim* acceptas Subd. eſt aliquid *relativum*, ſive eſt *relatio* reſultans ex partium applicatione *quoad ſitum* C. A. eſt aliquid abſolutum realiter diſtinctum a partibus unitis N. A. & C. Habet ſe illa *ſic ſe habentia* ſicut v. g. combinatio lapidum, cœmenti & lignorum in ſtructura domûs, quæ non eſt aliquid ab ipſis lapidibus & lignis ſtricte realiter diſtinctum; nam certe illa *ſic ſe habentia* in cumulo lapidum nil aliud eſt, quam ipſi *quoad ſitum* ita diſpoſiti lapides, ex quibus, tanquam ex *fundamento & termino*, reſultat *relatio* (ſaltem ex *combinatione in genere*; in *ſpecie* enim hæc vel illa *combinatio determinata* utique dicenda eſt *modus* phyſicus realiter *ſeparabilis*) ſimiliter *albedo* v. g. licet ſit *forma*, murum, tanquam ſubjectum materiale, informans, non tamen producit aliquid *tertium*, realiter diſtinctum a muro, quocum conſtituit

ſtituit *unum per accidens.* Ad quid ergo in totis *eſſentialibus* multiplicentur tot entia ſine neceſſitate? quare continuo *retorqueri* poteſt in ejusmodi tota *per accidens*, quæ a ſuis partibus *juxta omnes Scotiſtas* nullatenus diſtinguuntur, cum tamen par ratio pro illis militaret.

ARTICULUS V.

DE

Ente finito, & infinito.

Ens finitum. Limes. CCXXIX. Ens *finitum* id omne dicitur, quod circumſcriptum *limitibus* eſt, *limes* vero eſt *defectus ulterioris realitatis.* Sic v. g. in panno, aut ligno, ubi partes reales, quæ adſunt, eſſe deſinunt, *limites*, ſeu *fines* incipiunt. Cæterum ſi limites entibus figura, & gradus quomodo differant? *compoſitis* inſunt, oritur inde *figura*, in entibus autem *ſimplicibus gradus* appellantur. e. g. Animæ rationalis *intellectio* actualis, quia nec omnia nec *ſimul* cognoſcere valet, certos habere dicitur *gradus* vel *limites*, quos transgredi nequit: *menſa* vero aut *pannus*, cum finem extenſionis habeant, nec *illimitate* extendantur, certa gaudent *figura* ſecundum

tri-

triplicem extenſionem. Ens econtra *infinitum* eſt, quod limitibus caret. Ens infinitum.

CCXXX. *Corollaria.* I. Nullum datur ens *finitum*, quod ea omnia actu habet, quæ habere poteſt, alias enim non eſſet *limitatum*; ens vero *infinitum* debet omnes realitates, quaſcunque habere *poteſt*, actu poſſidere; ſecus enim, ſi ullius realitatis defectus in ipſo foret reperiendus, *illimitatum* non eſſet. II. Ente *finito* datur aliquid *majus*, aut ſaltem concipi poteſt; poſſunt enim plures *realitates* eidem addi: non vero enti infinito, quo idcirco majus dari nequit. III. Ens *finitum ſucceſſive* alios atque alios ſtatus poteſt habere; nam nondum habet omnia, quæ habere poteſt: non tamen ens infinitum *ſucceſſionem* ullam admittit, habet namque *actu* omnes realitates: ergo aliæ aliæve accedere ſucceſſive non poſſunt. IV. Ex eadem ratione ens *finitum* variarum *mutationum* capax exiſtit, non vero ens *infinitum*. V. Duo entia infinita neque actu in rerum natura dantur, nec dari poſſunt; nam ſi *duo* forent, jam verum non eſſet, quod unum ejusmodi ens infinitum actu poſſideret *omnes* realitates, eoquod etiam alterum

Theoremata de ente finito, & infinito.

rum ſuas realitates, & quidem ab ente primo *independentes* haberet, eo ipſo, quia ſimiliter *infinitum* eſſet, quod repugnat. (X.)

Infinitum juxta Ariſtotelem.

CCXXXI. *Scholion.* Stagyrita 3. *phyſ. text.* 63. *infinitum* vocat *id, cujus ſecundum quantitatem accipientibus ſemper aliquid accipere extra eſt*, hoc eſt, ut in ſcholis vulgo declaratur: *infinitum eſt, quod finitis acceptionibus exhauriri nequit*; ſi enim enti infinito detrahatur in eo genere, in quo *infinitum* eſt, magnitudo aut multitudo partium quæcunque finita, nunquam attingetur finis, ſed remanebit ſemper, quod detrahatur.

CCXXXII. Infinitum varie ſolet dividi, omnes vero illius diviſiones ad ſequentes duas reduci poſſe videntur, videlicet

Infinitum Categorematicum.

I. *Infinitum Categorematicum* (dicitur quoque *infinitum actu*) illud eſt, quod *actu* realitates habet infinitas, ut Deus, qui & dicitur *infinitus per eſſentiam* & *ſimpliciter*, cum in *omni* genere, & per ſe infinitus exiſtat, nec illo majus quid & perfectius excogitari poſſit.

II.

II. *Infinitum Syncategorematicum*, ſeu *in potentia* eſt, quod actu quidem partes ſive realitates habet finitas, ita tamen, ut illæ partes *poſſint* in infinitum augeri, iisdemque ſemper aliæ & aliæ absque numero & fine adjici; adeoque ab illo priore infinito per hoc differt, quod *actu* nondum habeat *omnes* ſuas realitates infinitas; *poſſit* tamen ſucceſſive eas ita acquirere, ut *a parte poſt* (prout ſcholæ loquuntur) illi quodammodo æquivaleat. Ita ſe habet *duratio* animæ rationalis, quæ quidem *a parte ante*, ut ajunt, *æterna* non eſt, cum in tempore creetur, in *potentia* tamen reſpicit omnes dies finitos, non tantum præſentes & præteritos, ſed etiam alios quoscunque, æternitati in infinitum adjicibiles, ac indeterminatos, unde & *finitum indeterminatum* dicitur, & *ſecundum quid*, quia omnes ipſius partes, quas involvit, *actu* & *ſimul* coexiſtere nequeunt, prout fit in infinito *Categorematico*, quapropter *animæ* duratio non dicitur *æternitas*, ſed *ævum*, ut infra dicetur. Syncategorematicum.

CCXXXIII. Quæſtio non levis in ſcholis agitatur, an præter DEUM poſſibile ſit aliud *infinitum Categorematicum* crea- Status quæſtionis de infinito.

creatum? omnes vero ultro fatentur, impoſſibile eſſe, præter Deum, ejusmodi ens, quod in *omni* genere, & *per eſſentiam* infinitum exiſtat: putant tamen nonnulli, non implicare infinitum *ſecundum quid*, (adhuc tamen *Categorematicum*) ſive in *aliquo genere* tantum, nempe 1. vel in *magnitudine*, ſive extenſione, v. g. lineam infinite extenſam, 2. vel in *numero* e. g. atomos infinite multas, 3. vel in *qualitate*, ſeu *perfectione*, ut v. g. creaturam, qua major & melior (in *aliqua* ſaltem perfectione) excogitari non poſſit, vel 4. denique *propter reſpectum*, quem dicat ad aliquod ens actu infinitum, ſic malitia peccati a Theologis *infinita* paſſim dicitur, quatenus attingit ipſum *Deum infinitum*. Sed nemo non videt hunc reſpectum eſſe tantum *relationem*, ſive *actum comparativum intellectûs*, (CCXII.) & conſequenter nihil reale actu. 5. Addunt alii infinitum *in mente Dei*, e. g. creaturas infinitas a Deo cognitas. Hiſce prænotatis ſit

(o)

PRO-

PROPOSITIO I.

Poſſibile eſt infinitum Syncategorematicum.

CCXXXIV. PROBATUR. Ab actu ad potentiam bona eſt argumentatio: atqui actu datur ejusmodi infinitum in *duratione* animæ rationalis: (CCXXXII.) ergo etiam dari poteſt; ſic enim ejusdem quoque animæ & angelorum *cognitiones* per totam æternitatem duraturæ *a parte poſt*, ſeu in *potentia*, & ſyncategorematice infinitæ erunt. CONF. Infinitum Syncategorematicum non implicat 1. ex parte *Dei*, cujus potentia, cum ſit categorematice infinita, terminis circumſcribi nequit. 2. Neque ex parte *creaturæ*; cum utique *finitus* numerus, aut perfectio *finita*, quale eſt in infinito *Syncategorematico*, (CCXXXII.) ſemper poſſit creſcere, & in infinitum augeri: ergo.

Poſſibile eſt infinitum Syncategorematicum;

PROPOSITIO II.

Impoſſibile eſt infinitum Categorematicum in creatis.

Non vero Categorematicum creatum.

CCXXXV. PROBATUR. Non datur aliquid in creatis, cui competere poſſunt ea omnia, quæ de ente infinito declarata ſunt, (CCXXX. præſertim V.) ut conſideranti patet: ergo: CONFIRMATUR. I. Non datur infinitum categorematicum in aliqua *ſpecie creata*, quæ ſit ita perfecta, ut perfectior dari non poſſit: ergo. p. A. Si daretur ejusmodi ſpecies creata, vel eſſet ens *ſimplex*, vel *compoſitum*? non 1*mum*, alias foret *ens ſimpliciſſimum*, & conſequenter DEUS, qui interire non poteſt. (CCXVII. VIII.) Dein hoc ens foret *creatum*: ergo haberet *initium*: & conſequenter eſſet *clauſum terminis*, adeoque *finitum*. Non 2*dum*; vel enim illæ partes eſſent *finitæ*, vel *infinitæ*? non *finitæ*, quia ex finito non fit infinitum; nam ſi v. g. realitates ſinities additæ finito facerent infinitum, tunc illæ ipſæ rurſum ſubtractæ (prout fieri poſſet) *exhaurirent* infinitum: atqui eſſentiæ infiniti repugnat *poſſe exhauriri*: (CCXXXI.) ergo. Si *infinitæ* fo-

Tam in ſpecie creata,

forent illæ partes, tunc unum infinitum eſſet *majus* altero: (cum totum ſit majus ſua parte, & una *pars* v. g. manus excedat partem e. g. *digitum.*) Quod iterum implicat: (CCXXX.) ergo. II. Non datur infinitum *Categorematicum* in *magnitudine*, quia funis v. g. infinitæ *longitudinis*, verſus orientem extenſus, motu locali verſus occidentem totus moveri non poſſet; nam cum *motus* ſit deſertio termini *a quo*, & acquiſitio termini *ad quem:* plane, moveri ſi valeret, eſſet *inter duos terminos*: quod repugnat *infinito*, cum ſic iterum foret *clauſum terminis*, conſequenter moveri non poſſet, quo nil abſurdius. III. Nec poſſibile eſt infinitum categorematicum in *numero;* nam iſte numerus infinitus deberet conſtare ex infinitis *unitatibus*, ex infinitis *decadibus*, ex infinitis *centenariis*, *millenariis* &c. quia quodlibet infinitum eſt *infinites* infinitum; nam ſi v. g. ille numerus infinitus contineret quidem infinitas *unitates* & *decades*, at *centenarios* duntaxat *finitos*, tunc centenarii iſti *finiti* facerent *infinitum*, (ex hypotheſi) & conſequenter per centenarios finitos *exhauriri* poſſet infinitum unitatum: (centum namque unitates faciunt cen-

quam in magnitudine,

aut numero,

 tena-

tenarium) atqui hoc implicat, quia *infinitum finitis acceptionibus exhauriri* non poteſt. (CCXXXI.) ergo. IV. Non datur ejusmodi infinitum in *qualitate* ſeu perfectione aliqua; foret enim illa qualitas *infinite intenſa*. (Log. *fol.* 80.) jam igitur quæro: vel illa qualitas exigeret adhuc magis *intendi* vel non? ſi 1*mum*: ergo eo ipſo non eſſet *infinita in intenſione*, cum exigeret ulteriores terminos. Si 2*dum*: ergo eo ipſo non haberet *eſſentiam qualitatis*. (Log. *fol. cit.*) V. Nec denique dari poteſt *in mente Dei*; illud enim infinitum eſſent v. g. creaturæ omnes poſſibiles, collective ſumptæ, & ſimul cognitæ, quarum quævis eſſet *finita*: atqui ex finito non poteſt exurgere infinitum &c.: ergo. *Dein* iſtæ creaturæ omnes poſſibiles vel eſſent infinita *compoſita*, vel infinita *ſimplicia*? neutrum dici poteſt, ut mox antea probatum eſt: ergo.

aut in qualitate, vel mente DEI.

Infiniti Categorematici proprietates.

CCXXXVI. *Corollaria.* I. Implicat, dari a parte rei *numerum finitum maximum*, ſive talem, quo major finitus dari ſimpliciter nequit; ſi enim ejusmodi numero, qui ponitur eſſe *maximus*, una ſolum unitas a Deo adderetur, (quod Deo impoſſibile non eſt) quæ-

quæro, an manet ille numerus adhuc *finitus*, vel fit *infinitus*? ſi 1*mum*, tunc prædictus numerus propter adjectam ſibi unitatem *major* evadit priore, & ſic eo ipſo non foret *finitus maximus*. Si 2*dum*, tunc numerus finitus per additionem unitatis finitæ auctus fieret *infinitus*, quod denuo repugnat. II. Ex infinito non tantum *finita* plura, & plura poſſunt detrahi, ſed etiam *infinita*: quoniam item quælibet infinitas rurſum eſt *infinities infinita*, facta ideo detractione reſiduum infinitatis eandem adhuc quantitatem ſeu magnitudinem ſervabit, quam habuit integra infinitas, detractione nondum facta. Quare ſi daretur infinitum categorematicum *diviſibile*, ſingulæ illius partes, in quas ſecari poſſet, adæquarent totum; cum ſingulæ eſſent infinities infinitæ. III. Finiti ad infinitum nulla eſt proportio; nam inter illa tantum habetur proportio mutua, quorum unum aliquoties multiplicatum *adæquat* aut *excedit* alterum: atqui *finitum*, quantumcunque multiplicatum, nec *adæquat*, nec *excedit* infinitum: ergo. IV. Si daretur infinita *numeri multitudo*, aut infinita *partium magnitudo*, prior numerari, & poſterior menſurari non poſſet; nam per

menſuram aut *numerum* finitum (quæ ſolæ dantur in hoc orbe menſuræ) neutiquam *finis* attingi poteſt in entibus *infinitis*. V. Etiam Deus ipſemet (ſi ita loqui fas eſt) determinare aut cognoſcere non valet *infiniti medietatem*; non enim datur infiniti *medietas*, cum hæc ſupponat duos terminos, æqualiter a ſe invicem diſtantes, quæ in infinito implicant; adeoque medietas infiniti, imo quælibet ejusdem *pars* eſſet tam magna, quam ipſum *totum*, ut mox dictum eſt.

In hac theſi de infinito caute attendendū eſt ad terminos.

CCXXXVII. *Scholion.* Bene idcirco monet Cl. P. Hauser *Ontol. p. II. q. X. art. III.* controverſiam de infinito arduam eſſe, eoquod res infinita non ſolum ſuperet mentem noſtram finitam, ſed etiam diſputationem omnem implicatam reddat, quia nos rebus *finitis* aſſueti *infinitum* explicando delabimur facile ad *terminos*, quibus res finitas declaraturi utimur, quo fit, ut, dum tacite immutatur verborum ſenſus, contentionum affatim, veritatis autem parum vel nihil diſputantes conſequantur.

Sol-

Solvuntur Objectiones.

CCXXXVIII. **O**B. 1. Deo nihil eſt impoſſibile, cum ejus omnipotentia ſit actu infinita: ergo poteſt producere effectum actu infinitum. R. 1. ſi argumentum ex toto valeret, probaret etiam, quod Deus quoque *chimæram*, quin & *alterum* Deum producere, ipſasque adeo rerum *eſſentias* poſſibiles immutare poſſet, quod tamen implicat juxtà omnes. Hinc R. 2. D. A. Deo nihil eſt impoſſibile &c., hoc eſt, Deus poteſt illud omne producere, quod non dicit manifeſtam repugnantiam in terminis C. A. quod dicit. N. A. & C. Eo ipſo, quia *chimæra*, aut *alter Deus* repugnant in terminis, etiam per Deum non poſſunt produci, & ſic *a pari* repugnat quoque infinitas Categorematica, utpote Deo entitative ſimillima: ergo pariformiter a Deo produci non valet. R. 3. D. C. poteſt producere &c. *ad intra*, ut Theologi loquuntur, id eſt, communicando eandem numero naturam perſonis C. *ad extra*, producendo entitatem a ſe realiter diſtinctam N. C. & C. Dein etiam *ad intra* illa productio non

Deus nequit producere infinitum Categorematicum, a ſe realiter diſtinctum.

venit a *Deò*, ut *Deus* eſt, ſed ut *Pater*, aut *Filius* eſt. De quo Theologi.

Inſt. 1. Deus poteſt producere, quidquid poteſt producere: atqui ſi produceret, quidquid poteſt producere, produceret infinitum Categorematicum: ergo. R. D. M. Poteſt producere *diſtributive* C. M. *Collective* N. M. & ſic D. m. N. C. Si Deus collective omnia *ſimul* poſſet producere, plane omnino *exhauriretur* ejus omnipotentia, utpote cui nihil amplius ad producendum relinqueretur. Dein etiam daretur *numerus finitus maximus*, qui prorſus implicat; (CCXXXVI.) adeoque collectio omnium poſſibilium actu exiſtens eſt potius *chimæra*, quam (utpote *impoſſibilem)* Deus nequit facere *poſſibilem*, (XXII.) ſicut v. g. implicat, ut faciat ſeu producat *circulum quadratum*, aut *actum moraliter malum*, etſi de ſe *liberrimus* ſit. Valet adeoque producere infinita *Syncategorematica*, non vero ullum *Categorematicum*.

Inſt. 2. Bene dico: *ſinguli homines ſunt poſſibiles*: ergo etiam *tota collectio* eſt poſſibilis. p. C. Tunc valet argumentatio a ſenſu *diſtributivo* ad *collectivum*,

quan-

quando prædicatum eſt *eſſentiale*: atqui *poſſibilitas* eſt tale prædicatum: ergo. *Subſ.* atqui omne *poſſibile* eſt *producibile*: ergo tota collectio, cum ſit poſſibilis, eſt etiam producibilis. R. N. C. (Log. *fol.* 130.) vel etiam D. m. *ſubſ.* ut prius: omne poſſibile eſt producibile ſucceſſive, ſive eo modo, quo non dicit implicantiam C. C. ſimul & ſemel. N. C. & C.

Inſt. 3. Bona eſt hæc argumentatio: *ſingula ſunt producta*: *ergo etiam tota collectio eſt producta* &c.: ergo etiam valet iſta: *ſingula ſunt diſtributive producibilia: ergo etiam collective.* R. D. A. Ut prius: ſingula *diſtributive* accepta, itemque tota collectio *Syncategorematica* C. A. ſingula collective & ſimul accepta, itemque tota collectio *Categorematica.* N. A. & C. Sicut v. g., quia per conjunctionem unitatum *ſingularum* in Arithmeticis emergeret *numerus finitus maximus*, ſingulæ unitates talis numeri *conjunctim* evaderent *impoſſibiles*, licet *ſeorſim* ſint *poſſibiles*, atque ideo dicendum, quod *ſingulæ* ejusmodi unitates involvant *excluſionem* alterius unitatis, cujus conjunctione emergeret totum aliquod *impoſſibile*, ſic pariter

inferri debet, quod ſingula entia *diſtributive* accepta, & *ſeorſim* poſſibilia exigant *abſentiam* illius entis, cujus acceſſione fieret *collectio impoſſibilis*, ſeu infinitum *Categorematicum*, quia ſcilicet eodem modo per acceſſionem partium *infinitarum* tolleretur prædicatum τὸ *poſſibile*.

Nec a mente Dei cognoſcitur ejusmodi infinitum creatum.

Ob. 2. Deus cognoſcit omnia poſſibilia: ergo, ſicut actu daretur infinitum Categorematicum, ſi omnes creaturæ poſſibiles realiter ſimul exiſterent, ita datur infinitum objectivum *in mente Dei*, ſi omnia poſſibilia inſtar unius *collectionis* a Deo cognoſcuntur: atqui Deus poteſt cognoſcere *totam collectionem*, eo ipſo, quod omnia poſſibilia cognoſcat: ergo. p. m. *ſubſ.* vel enim ultra id, quod cognoſcit, eſt aliquid poſſibile, vel non? ſi 1*mum*: ergo etiam illud jam cognoſcit, eo ipſo, quia eſt poſſibile. Si 2*dum*: ergo omnia collective cognoſcit. R. D. A. Cognoſcit, modo tamen *poſſibili* C. A. *impoſſibili*. N. A. & C. Quia Deus res cognoſcit, ut ſunt *in ſe*, illæ vero ſolum in tantum ſunt in ſe *poſſibiles*, ut ſemper plures & plures ab omnipotentia Divina ſint producibiles, nec unquam

quam ad productionis terminum pervenire queat, ſic etiam Deus *taliter* ſolum cognoſcit, & non aliter. Igitur verum ſolummodo eſt, quod Deus res omnes poſſibiles *ſimul* cognoſcat *ſimultate cognitionis*, (quæ ſcilicet fit *actu unico*) non tamen *ſimultate objecti*; cum iſtud ſe ſemper intra certum terminum (producibilitatis ſine fine) repræſentet. Adeoque creaturæ ejusmodi poſſibiles ex *parte ſua*, ſeu *objective* in mente Dei, ſunt tantum aliquod infinitum *Syncategorematicum;* ſunt enim *in potentia* in infinitum augibiles; quanquam cognitio ipſa *ſubjective*, pro *intellectu Divino* accepta, ſit *Categorematice* infinita, cum ſic ipſi *eſſentiæ Divinæ* identificetur, & conſequenter Deus omnes creaturas poſſibiles ſolum cognoſcit *diſtributive indeterminate*, non autem *collective determinate*, ſicut v. g. dum dicitur: *omnis pars eſt minor ſuo toto*, cognoſcuntur quidem omnes partes *diſtributive* ac *indeterminate* acceptæ, non autem *collective*, quia ſic implicat in terminis, cum partes *ſimul ſumptæ* ſint ipſum totum. (CCXXVI.)

Inſt. 1. In poſſibilibus non datur *ſucceſſio;* nam Anti-Chriſtus v. g. aut Petrus

trus non minus ſunt hodie poſſibiles, quam cras, vel heri: ergo nec in poſſibilibus ſimul ſumptis datur infinitum *in potentia*, ſeu Syncategorematicum, in mente Divina illa cognoſcente, ſed infinitum *actu*, ſeu *Categorematicum*. R. D. A. Non datur ſucceſſio, in quantum una creatura æque ſimul eſt actu *poſſibilis*, quam altera, C. A. in quantum poſſibilitas dicit ordinem ad *productionem*. N. A. & C. Quia taliter aliquid eſt *extrinſece poſſibile*, in quantum eſt *producibile*, (XIX.) neceſſario admitti debet poſſibilitas (non quidem *intrinſeca*, ſed *extrinſeca*) relative *ſucceſſiva*, quatenus ſcilicet conformis eſt productioni, non aliter faciendæ, quam ut ſimpliciter *plures* ſint ſucceſſive, ac *in potentia*, poſſibiles ad hoc, ut producantur.

Inſt. 2. Ergo ſaltem reſpectu *intrinſece* poſſibilium dabitur in mente Dei infinitum Categorematicum; cum illa non dicant reſpectum ad τὸ *produci*. R. N. Ill. Sic enim poſſibilitas eſt ipſa *eſſentia*, (XIX. & XLVII.) ſive *natura*, quæ in abſtracto conſiderata, cum ſit *univerſalis* in ſingulis ſpeciebus reſpectu ſuorum inferiorum, (CCIII.) eo ipſo

ipſo dicit quoque *reſpectum* ad illa, quia eſt ipſis realiter identificata: adeoque etiam Deus (& quidem multo magis, quia non *abſtractive*, ſed *intuitive* omnia cognoſcit) illam ſibi repræſentabit *in ipſis inferioribus*, & conſequenter, cum in inferioribus *producendis* detur ſucceſſio, dabitur hæc quoque in illis *cognoſcendis*, quia Deus omnia cognoſcit, *ut ſunt* &c. & quia non datur numerus *finitus maximus*, nec *cognitio* ejusmodi numeri finiti maximi in Deo reperietur.

Ob. 3. In continuo, uti vocant, materiali partes ſunt ſemper & ſemper diviſibiles in infinitum: ergo ibi datur infinitum Categorematicum. Antec. ſupponitur ex Phyſica. p. C. Diviſibile *in potentia* jam eſt *actu* diſtinctum: ergo illæ partes, cum ſint in potentia diviſibiles, jam ſunt actu diſtinctæ, conſequenter actu in ejusmodi continuo aderunt partes in infinitum diſtinctæ &c. R. 1. N. A. Nam, ut RR. volunt, in continuo materiali quoad *diviſibilitatem* dabitur tandem ſtatus, ſi perveniatur ad *ſubſtantias ſimplices* indiviſibiles, (quo ſaltem *per Deum*, vel *angelum*, veniri poſſe ex *Phyſica* hic ſup-

Nec in continuo reperitur ejusmodi infinitū.

ſupponitur, ne admitti debeat *proceſſus in infinitum)* ex quibus omne compoſitum juxta ipſos conſtat, ſicut v. g. omnis ſumma *compoſita* ex *unitatibus* &c. R. 2. Tr. A. N. C. ad prob. D. A. & illa diſtinctio, tanquam proprietas entis, ſequitur naturam diviſibilitatis C. A. non ſequitur. N. A. & C. nempe ſicut illa *diviſibilitas potentialis* non habet terminum, ita nec *diſtinctio*, ita ut ſemper verum ſit dicere, quod, ſi (ex hypotheſi) darentur plures partes in infinitum diviſibiles, etiam ſic eſſent *diſtinguibiles* in infinitum, non autem quaſi illæ omnes partes poſſibiles ſimul *actu diſtinctæ* jam eſſent.

Nec denique in aliqua perfectione.

Ob: 4. *Viſio* Dei beatifica, item *Maternitas* Dei &c. actu ſunt perfectiſſimæ: ergo ſunt categorematice infinitæ in perfectione. R. D. A. Sunt perfectiſſimæ *terminative*, hoc eſt, reſpectu *termini*, quem reſpiciunt, & qui eſt Deus ipſe *infinitus*, quo perfectius nihil dari poteſt. C. A. *entitative*, & in ſe. N. A. & C. poteſt namque in ſe una *viſio*, aut *generatio* eſſe clarior vel nobilior alterâ. Sed *hoc* ad Theologos.

DIS-

DISSERTATIO III.

De

Activitate entis, ſive de cauſis.

Quoniam nomen *cauſæ*, ſi in genere ſpectetur, eſt ens æque *abſtractum*, ſicut ea, de quibus nunc actum eſt, illudque inſuper enti tam *materiali*, quam *ſpirituali* ex æquo competit; inde non immerito hunc *de cauſis*, ſeu *activitate entis* tractatum (quem græci *αἰτιολογίαν*, a vocibus *ἄιτιον cauſa*, & *λόγοσ ſermo*, appellant) moderni Philoſophi, ad unum fere omnes, locum in *Ontologia* habere volunt, maxime cum iſta *cauſarum* pertractatio aliis quoque ſcientiis, v. g. *Medicinæ*, *Jurisprudentiæ*, *Theologiæ &c.* nedum apprime utilis, ſed & oppido neceſſaria exiſtat, ob multiplicem terminorum ætiologicorum in illis facultatibus recurſum, prout experientia quotidiana demonſtrat. Unde fit Ætiologia.

SE-

SECTIO I.

De Cauſis in genere.

ARTICULUS UNICUS.

Quid, & quotuplex ſit cauſa in genere?

CCXXXIX. Cum nullum detur ens creatum, quod ſit *neceſſarium in exiſtendo*, (LVII.) hinc quodlibet eorum ſuæ exiſtentiæ principium ſeu cauſam habere debet. (XIII.) Eſt igitur *principium* in genere id, quod in ſe rationem continet alterius; ſicut econtra illud, cujus ratio in alio continetur, *principiatum* audit: ſic e.g. quia Pater continet rationem, cur filius exiſtat, *Pater* dicitur principium filii, & *filius* principiatum. Quare I. Inter principium & principiatum nunquam non neceſſaria intercedit *connexio*, nimirum ex ipſo rationis ſufficientis principio. (XIII.) II. Abſolute repugnat, ut unum idemque ens ſit ſimul *principium* & *principiatum*; alias enim eſſet idem & non eſſet, quod implicat. (X.) III. Principium a principiato *realiter* debet *diſtingui*, licet cæteroquin *in eſſentia*

Principium. & principiatum.

tia convenire poſſint. Sic Pater divinus tanquam *principium* filii divini, ab eodem realiter diſtinguitur ut *Pater*, licet ambo eandem omnino *eſſentiam* divinam habeant. IV. Omne denique principiatum eſt aliquo modo *poſterius* ſuo principio, ſaltem in hoc ſenſu, quatenus principiatum neceſſario *dependet* a *principio*, quod habere dicitur *prioritatem originis*, (Log. *fol.* 87.) non tamen propterea principiatum ſemper ac neceſſario dicit *imperfectionem*, licet dicat *dependentiam*; alias enim filius divinus, tanquam *principiatum*, eſſet *imperfectior* Patre &c: ſed tunc ſolum dependentia principiati dicit imperfectionem, ſi non conveniat *in eſſentia* cum principio.

CCXL. Principium dividi ſolet in principium *eſſendi*, in principium *cognoſcendi*, & in principium *cauſandi*. 1*mum* eſt, quod continet rationem, cur aliquid *eſſe* poſſit, aut ſit *poſſibile*, ſive a quo rei *eſſentia* dependet; & quidem, ſi ab illo rei eſſentia *intrinſece* dependet, dicitur principium eſſendi *intrinſecum*, ut ſunt v. g. *materia* & *forma*, ſive, ut Neoterici loquuntur, *atomi*, & *vires motrices* reſpectu mundi corporei, vel

Principiũ eſſendi, cognoſcẽdi, & cauſandi.

anima & *corpus* reſpectu *hominis*; ſi vero *extrinſece* tantum, tunc principium eſſendi *extrinſecum* appellatur. 2*dum*, ſeu *principium cognoſcendi* eſt, in quo continetur ratio, ex qua alterum *cognoſci* poſſit. Sic illud axioma ſe habet: *impoſſibile eſt idem ſimul eſſe*, & *non eſſe*, cum ſerviat ad plura cognoſcenda, quæ alias nos laterent. 3*tium* Denique ſeu *principium cauſandi* illud denominatur, in quo fundatur ratio, cur aliquid fiat, ac proprie *cauſetur*. Et de hoc in præſens agitur. Itaque

Cauſa in genere quid ſit?

CCXLI. *Cauſa* in genere eſt *principium activum exiſtentiæ alterius a ſe rei*, ut ait *Cl. Ant. Gen. Elem. Met. p.* 1. *c.* 6. §. 51. alii vero dicunt, eſſe *id, quod rationem continet, cur habeatur aliquo modo aliud naturâ, ſaltem entitative diſtinctum, illudque determinans ad exiſtendum.* Quæ poſterior eſt eadem *in re* cum priore. Peripatetici vero *cauſam* æque bene dicunt, quod ſit *principium influens eſſe, in aliud entitative diverſum.* Ex hac porro definitione ſequitur, quod Pater in divinis ſit quidem *principium* filii divini, non tamen *cauſa*; non enim ille a ſuo principiato *naturâ entitative* diſtinguitur, prout ad *cauſam* requiritur,

non

non autem ad *principium*: (CCXXXIX.) econtra omnis pater in creatis eſt vera *cauſa* filii, quia hic ab illo recipit naturam *entitative aliam.* Illud porro, quod a cauſa ſuum eſſe recipit, *effectus* dicitur. *Ratio* autem illa, *propter quam* aliud denominatur *cauſa*, (ſi *active* ſpectetur) aut cur *effectus* vocetur, (ſi *paſſive* ſumatur) *cauſalitas* appellatur. Sic. v. g. ipſa *actio* generativa patris, cum ſit illa *ratio*, cur exiſtat filius, *cauſalitas* Patris in filium dicitur, atque ad prædicamentum *actionis* in ſcholis refertur, (Log. *fol.* 82.) diciturque paſſim *forma denominans aliquid cauſam*, ſi ſcilicet in *actu ſecundo* conſideretur. Cauſalitas.

CCXLII. Virtus ac potentia cauſandi in ſcholis vocatur *cauſalitas in actu primo*, itemque *actus primus remotus*, ut eſt e. g. Virtus comburendi in igne. *Actum* vero *primum proximum* vocant aliquod complexum ex omnibus *diſpoſitionibus*, & conditionibus requiſitis ad hoc v. g. ut ignis *actu* comburat, ſive ut potentia comburendi ſit *completa*, atque ad comburendum *proxime* expedita; *conditio* autem *ſine qua non* dici ſolet id omne, quod *neceſſario* quidem requiritur ad habendum effe- Actus primus remotus, & proximus. Conditio, ſine qua non.

 ctum,

ctum, non tamen ita, ut in eo ipſo ſit *ratio*, cur effectus exiſtat. Sic *approximatio* ignis ad ſtupam eſt talis *conditio* combuſtionis, quia ſine illa haberi nequit, & tamen *ratio*, cur fiat combuſtio, in *approximatione* non eſt, ſed in *igne*.

Cauſarũ in genere multiplex diviſio.

CCXLIII. Cauſarum multiplex a Philoſophis ſtatuitur diviſio. Nam I. Alia eſt *cauſa prima*, & æterna, quæ ſe ipſam movet, nec ab alia dependet, aut determinatur, uti eſt ſolus Deus. II. Alia eſt *cauſa ſecunda*, & *creata*, quæ, cum æterna non ſit, ab altera priore eſſentialiter dependet tam in ſui exiſtentia, quam conſervatione, tales cauſæ ſunt *creaturæ* omnes. III. Alia eſt *immediata*, ſeu *proxima*, inter quam & effectum nulla eſt media *ejusdem* generis, cui effectus poſſit adſcribi, ſic ſe habet *Pater* reſpectu *Filii*. IV. Alia eſt *mediata* ſeu *remota*, inter quam & effectum alia intercedit cauſa, *ejusdem* generis, & nominis. e. g. *Avus* reſpectu *nepotis*. V. Alia *adæquata* & *totalis*, quæ ſola producit effectum, ſive, quæ adeo influit in effectum, ut ipſa in ſuo genere rationem totam contineat, cur ſit effectus. Sic *ignis* eſt cauſa adæqua-

quata *combuſtionis.* VI. Alia *inadæquata* ſeu *partialis*, quæ in ſuo genere totam rationem effectûs non comprehendit. Ita Pater eſt cauſa filii ſolum *inadæquata*, quia *animam* filii ipſe non producit. VII. Alia eſt *phyſica*, quæ actione, ſe in effectum exerente, agit, & vere aliquod *eſſe* effectui tribuit: prout idem *Pater* v. g. ſe habet reſpectu *filii*, quem generat. VIII. Alia denique eſt *moralis*, quæ in effectum *actione* aliqua non influit, ſed ſolum *præcepto*, *conſilio*, aut *exemplo &c.* unde etiam dicitur *alliciens*, *abſterrens*, *ſuadens*, *non impediens*, aut *neglecta*, quatenus ſcilicet vel ad agendum *ſtimulat*, vel ab agendo *retrahit*, vel quidem movere poſſet, hic & nunc tamen *contemnitur.* Sic cauſa moralis alliciens furem ad furandum eſt aurum, *abſterrens* vero eſt ſtrepitus ſubito excitatus: item *neglecta* gratia minor, juxta Aſcetas, eſt cauſa *moralis*, cur peccatori gratiam majorem Deus deneget &c. hæc quandoque etiam ſe habet, aut ſaltem reputatur ut *efficiens.* Sic v. g. qui homicidium *ſuadet*, illud *feciſſe* recte dicitur, prout Nathan ad Davidem dixit: *Uriam Hethæum percuſſiſti gladio.* 2. *Reg.* 12. 9. *item* 3. *Reg.* 21. *v.* 22. de Rege Achab dicitur, quod

peccare fecerit Iſrael, videlicet *exemplo ſuo*, & vitâ ſcandaloſâ. Ad cauſam moralem vulgo etiam reducuntur cauſa *finalis*, & *idealis*, de quibus paulo poſt. Cæterum cauſa *phyſica* mox explicata, etiam ſat notâ diviſione abit in *externam*, & *internam*. IX. Cauſa phyſica *externa* ſeu *extrinſeca* dicitur illa, quæ effectui aliquid confert, quin *ſe ipſam* communicet; & quidem ſi ad productionem effectûs tantum *paſſive* concurrat, ut lignum v. g. *recipit* tum actionem ſculptoris, tum etiam formam productam, dicitur *materialis cauſa extrinſeca*: ſi vero *active* influat, ut ignis A ad producendum ignem B. *cauſa efficiens* nuncupatur. X. Cauſa phyſica *interna* ſeu *intrinſeca* eſt, quæ effectui tribuit *ſe ipſam*, compoſitum ſcilicet per *ſe ipſam* conſtituendo. Quod ſi iſtud conſtituat, tanquam illius pars intrinſeca *determinans*, dicitur cauſa intrinſeca *formalis*: ſi vero ſit pars intrinſeca *determinabilis*, dicitur cauſa intrinſeca *materialis*. Ut ſuo loco magis dilucidabitur.

Cauſa totalis quando-

CCXLIV. *Scholion.* Cauſa *adæquata* ſeu *totalis*, ſi nedum ſe ſola ſufficiens ſit ad effectum producendum, ſed etiam

etiam *actu totum* producat, dicitur totalis *totalitate cauſæ* & *effectûs*, ſi vero quidem *ſufficiens* ſit, ſed tamen *totum* effectum non *ſe ſolâ* producat, appellatur cauſa *partialis, partialitate ſaltem effectûs*, quia ſcilicet tunc in productione effectûs ab alio *adjuvatur*: ut ſe habent v. g. duo equi trahentes eundem currum, dum unus ſufficeret; in eo enim caſu, etſi ſinguli *quoad ſe* ſint cauſæ totales totalitate cauſæ, ſunt tamen *hic & nunc* partiales *partialitate cauſæ* & *effectûs*; ſi vero effectus aliquid habet, quod huic, & aliud, quod alteri cauſæ tribui poſſit, vocantur cauſæ *partiales partialitate effectûs* tantum. Sic juxta Theologos ad perfectam *viſionem Dei beatificam* influunt *intellectus humanus*, & *Lumen gloriæ;* nam a primo habetur, ut viſio beatifica ſit *actus vitalis*, a *ſecundo* autem, ut ſit *ſupernaturalis*.

Art. Unque ſit partialis partialitate cauſæ, & effectûs.

CCXLV. Peripatetici, menti Ariſtotelis 2. *Phyſ. text.* 28. & 29. accuratius inſiſtentes, cauſam in genere ad quatuor claſſes reducunt, ſcilicet ad *efficientem*, *materialem*, *formalem*, & *finalem*. *Efficientem* nominant illud agens, *quod* compoſitum producit, *materialem*, *ex*

Quatuor cauſarum claſſes juxta Ariſtotelem; quinque juxta Platonē.

ex qua iſtud producitur, *formalem*, *per quam* ita conſtituitur compoſitum, ut ſit *tale*, *vel tale*, *finalem* denique *propter quod* agens operatur: Plato vero admiſit etiam quintam, quam vocavit *idealem*, ſive *ideam*, vel *exemplar*, ad quod reſpiciens artifex opus ſuum efficit; hanc tamen Stagyrita ad *cauſam formalem* ſpectare voluit, docens propterea, *cauſam formalem* aliam eſſe *intrinſecam*, ſeu formam compoſiti, aliam *extrinſecam*, ſeu *exemplum* vel *ideam*. Omnes hæ cauſarum ſpecies interveniunt in confectione v. g. alicujus ſtatuæ; nam 1. cauſa *efficiens*, a qua conficitur, eſt artifex. 2. Cauſa *materialis*, ex qua ſtatua conſtat, eſt lignum aut metallum. 3. Cauſa *formalis* eſt ipſa *forma*, quæ illi aptatur. 4. Cauſa *idealis* eſt *exemplar* ſive *idea*, quam præ oculis, aut in mente habet is, qui ſtatuam efficit. 5. Cauſa denique *finalis*, propter quam artifex agit, eſt v. g. *ſpes lucri* &c. aliæ *ſubdiviſiones*, hiſce enumeratis cauſarum generibus correſpondentes, ſequentur ſuis locis.

SE-

SECTIO II.

De Cauſa efficiente.

ARTICULUS I.

Quid, & quotuplex ſit cauſa efficiens?

CCXLVI. *Cauſa efficiens*, quæ, ut inquit Baumeiſterus *Elem. Philoſ. Recent. pag.* 203. *proprie, &* κατ' Ἐξοχὴν *(per excellentiam) cauſa eſt*, nihil eſt aliud, quam id, quod per actionem ſuam continet rationem ſufficientem, cur alterum exiſtat, ſive *quod vi ſua alterum producit.* Nec immerito Ariſtoteles eam vocat *id, a quo motus*, quia ſcilicet ab illa motus omnis & operatio, quæ ſine *motu* haberi non poteſt, proficiſcitur. Sic v. g. artifex eſt *cauſa efficiens* horologii, eoquod in ferro, aliove metallo, hanc partium texturam, ordinem, atque figuram effinxerit, ex qua *motus* oriatur, & ſic de aliis. Quia vero non unâ eâdemque ratione, ſed pluribus, variiſque modis, effectus ab ipſa cauſa producitur, hinc variæ quoque cau- Causa efficiens.

ſarum efficientium ſpecies; pluresque diviſiones rurſus promanant, ex quibus ſequentes præ aliis notari merentur.

Cauſa efficiens principalis. Inſtrumetalis. CCXLVII. I. Cauſa efficiens *principalis* eſt illa, quæ effectum producit *virtute propria*, ut v. g. eſt *artifex* reſpectu horologii, aut *pictor* reſpectu imaginis pictæ &c. II. *Inſtrumentalis* eſt, quæ *vi aliena* effectum producit, ſive quæ alteri principali inſervit, atque ab illa agendi vim recipit, uti ſe habet v. g. *malleus*, aut *penicillus*, quibus utitur artifex vel pictor ad efficiendum horologium, aut picturam. Sic etiam Prophetæ vel Apoſtoli a Theologis vocantur cauſæ *inſtrumentales* S. Scripturæ, Deus vero eſt cauſa ipſius *principalis*. III. *Occaſionalis* eſt, quæ effectum per ſe non producit, ſed ſolum cauſæ efficienti *occaſionem* operandi præbet, ipſamque invitat, & allicit, ſic panis cani, aut nuces puero monſtratæ, ſunt cauſa, cur illi moveantur, atque ad monſtrantem accedant.

Occaſionalis.

IV. Cauſa *per ſe* dicitur, quæ *ex natura ſua* ordinatur ad hunc vel illum effectum producendum, ut v. g. ignis ad com-

Cauſa per ſe.

comburendum. V. Cauſa *per accidens* per accidens. eſt illa, ad quam *præter naturæ ipſius intentionem* ſequitur effectus. Sic Philoſophia, quæ alias eſt cauſa per ſe *bonæ*, & regulis Logicæ convenienter inſtitutæ *ratiocinationis*, poteſt eſſe cauſa *per accidens* opinionum monſtroſarum, & peſtiferarum. Item ille, qui, ut fertur, lethale vulnus alteri ictu gladii inferre parans, ulcus ſub pectore latens, quod alias a nullo medico ſanari potuit, mucrone aperuit, ipſum *per accidens* a morte liberavit. Ad cauſam *per accidens* reducuntur *fatum*, *fortuna*, & *caſus*, de quibus paulo poſt. VI. *Naturalis* eſt, quæ, dum Naturalis. aliquid efficit, *ſecundum ordinarias* & *conſtantes naturæ leges* operatur. VII. *Supernaturalis* econtra talem producit Supernaturalis. effectum, cujus exiſtentiæ in *naturali* rerum ordine non invenitur ratio ſufficiens. De his duabus cauſis itidem paulo inferius recurret ſermo. Hæc ſola hic de iſta notentur, 1. quod, etſi cauſa quæcunque creata non poſſit effectum quemdam producere, ille tamen non ſtatim cenſendus ſit ſupernaturalis, ſi *lege Dei ordinaria* ſic *petat* fieri, nam v. g. creatio animæ rationalis adhuc fit *naturaliter*, ſi materia a

cau-

cauſis ſecundis ſit rite diſpoſita, debiteque organizata, naturalem tunc ſiquidem habet ipſa *exigentiam*, vi cujus Deus ratione decreti ſui generalis, & ut auctor naturæ, *tenetur* infundere animam. 2. Quod effectus

quoad ſubſtantiam, poſſit eſſe ſupernaturalis *quoad ſubſtantiam*, vel *quoad modum tantum*, *prior* eſt, qui in ſe & *abſolute* ſpectatus non habet ullam rationem ſufficientem ſuæ exiſtentiæ in tota rerum creatarum natura, ut eſt v. g. *reſuſcitatio mortui*, diciturque etiam *miraculum primæ claſſis*. *Poſterior* eſt, qui ſolummodo non habet rationem ejusmodi ſufficientem,

& quoad modum, ut *in his*, aut *cum his circumſtantiis* ponatur in rerum natura, talis eſt v. g. *inſtantanea* ſanitatis recuperatio, quæ alias *longam* temporis *moram* exegiſſet.

Cauſa neceſſaria, VIII. Cauſa efficiens *neceſſaria*, ſive *naturalis* (uti etiam hic vocatur) eſt, quæ poſitis omnibus ad agendum requiſitis *non poteſt non* agere, ut ignis ſtupæ approximatus, illam neceſſario

libera. comburit: IX. Cauſa vero *libera* poſitis omnibus ad agendum requiſitis *poteſt* agere vel non agere, e. g. *amare* vel *non amare*, (& ſic dicitur libera *libertate contradictionis*) vel etiam *contrarium* agere e. g. *amare* vel *odiſſe* idem

obje-

objectum (ſicque libera vocatur *libertate contrarietatis.)* X. Cauſa *univoca* effectum *ejusdem naturæ & ſpeciei* producit. e. g. Pater eſt cauſa *univoca* filii, quia hic eſt *ejusdem* cum patre naturæ. Cauſa hæc dicitur quoque *particularis.* XI. Cauſa *æquivoca*, ſeu *generalis* eſt, quæ plurimos effectus, etiam *diverſarum ſpecierum* producit. Sic Deus eſt cauſa *æquivoca* hujus mundi, quia produxit hunc mundum, qui tamen eſt *diverſæ naturæ*, *& ſpeciei.* XII. Cauſa *Metaphyſica* a quibusdam dicitur illa, quæ *phyſice* & *realiter* id quidem non efficit, cujus cauſa dicitur, verum quia aliud ab illa dependet, acſi produxiſſet, concipitur a nobis tanquam cauſa. Sic *intellectio* concipitur tanquam effectus *intellectûs*, licet intellectus tantum ſe habeat *ut quo*, & ſola *anima* ſit proprie cauſa *phyſica* producens *intellectionem*, *ratiocinationem*, *ſenſationem* &c., quas *animalitati*, aut *rationalitati* metaphyſice adſcribimus. Forte etiam dici poteſt, quod cauſa talis *Metaphyſica* ſit propria cujusque rei *eſſentia* reſpectu ſuorum attributorum aut *proprietatum*, ab ipſa metaphyſice emanantium; concipiuntur enim, non ſecus, acſi ab eſſen-

univoca.

æquivoca.

Metaphyſica.

ſentia, unquam a vera ſui cauſa producerentur. Interim nemo non videt, quod cauſa ejusmodi metaphyſica veram *cauſæ* definitionem (CCXLI.) participare nullatenus poſſit.

Theoremata de cauſa efficiente.

CCXLVIII. *Corollaria.* I. Nihil quod eſt *dependens* ab alio, poteſt eſſe cauſa ſui ipſius; *exiſteret* enim ſimul, quia aliquid *produceret*, & ſimul *non exiſteret*, quia *ſe ipſum* primum produceret, quod eſt impoſſibile; (X.) Solus vero Deus, qui a nemine dependet, ſui ipſius cauſa exiſtit. II. Ut cauſa efficiens aliquid producat, debet eſſe *exiſtens*, ſive, ut habet axioma: *operari debet primum ſequi ad eſſe;* nam ſi non exiſteret, tunc eo ipſo effectus ille, qui producitur, haberet rationem ſui ſufficientem *in nihilo*, quod rurſus implicat. (XII.) III. Quidquid habet effectus, id cauſa habere debet, & quidem *formaliter*, ſi ſit cauſa *univoca*, vel *virtualiter*, aut *eminenter*, ſi ſit cauſa *æquivoca*. Si enim non haberet ullo ex his modis effectus ſuam rationem in cauſa, denuo pro ſui ratione ſufficiente haberet ipſum *nihilum*. Dicitur porro in ſcholis effectus *formaliter* contineri in ſua cauſa, ſi jam *quoad*

enti-

entitatem ſuam in ea lateat: *virtualiter* vero, ſi cauſa habeat *virtutem*, illum producendi: *eminenter* denique, ſi cauſa effectus longe *excellentiores* producere queat. IV. *Cauſa cauſæ eſt etiam cauſa cauſati.* Sic v. g. *avus*, qui produxit parentem ſui nepotis, eſt pariter in hoc ſenſu cauſa ipſius. Item *nimius potus*, qui eſt cauſa, ut calor naturalis in corpore ſenſim pereat, eſt quoque cauſa præmaturæ mortis, ex defectu caloris naturalis provenientis. V. Cauſa abſolute *eadem contrarios* effectus producere nequit. e. g. Ignis nequit *frigus*, neque nix *calorem* producere; etenim ſi eadem cauſa v. g. ignis poſſet calorem & frigus æque bene & facile producere, tunc ſi producit *calorem*, non eſt ratio, cur non producat *frigus*, & econtra. VI. Eadem virtus cauſæ requiritur ad effectum *conſervandum*, ac quæ requiritur ad primo *producendum; conſervatio* enim, ut Theologi loquuntur, eſt *continuata rei productio;* hinc ſi Deus (qui ſolus uti *creator*, ita & mundi *conſervator* dici poteſt) vel momento tantum res creatas non conſervaret, ſtatim in nihilum abirent. VII. Cauſa *neceſſaria* poſitis omnibus ad agendum requiſi-

tis

tis ſemper agit, *quantum poteſt*, hoc eſt ſecundum totam ſuæ virtutis intenſionem; non enim eſt potior ratio, ut unus activæ virtutis gradus minus agat, quam alter, quia omnis gradus ſupponitur habere requiſita ad agendum: ergo, ne quid contingat ſine ratione ſufficiente, omnes gradus *æqualiter* agere debebunt.

cauſæ neceſſariæ proprietates.

CCXLIX. *Scholion.* De cauſa *neceſſaria* vi poſiti ultimi Corollarii adhuc, quæ ſequuntur, probe notanda ſunt. Nempe 1. Cauſa *neceſſaria*, ad agendum proxime expedita ſemper producit effectum *ſibi æqualem*, ſi tempus æquale; 2. inæqualem vero, ſi etiam tempus inæquale ſit. 3. Si duæ cauſæ neceſſariæ ad agendum expeditæ *æquales* fuerint inter ſe, earum effectus erunt directe *ut tempora;* nam ſi temporibus *æqualibus* agant, effectus erunt æquales, ut mox dictum eſt: ergo inæqualitas ſe habet pro ratione *temporum*, ſi temporibus *inæqualibus* producuntur: 4. econtra ſi ipſæ cauſæ ſint *inæquales*, ſed tempora æqualia, erunt effectus ut *cauſæ;* quilibet enim effectus vim ſuæ cauſæ tunc adæquabit. 5. Denique ſi etiam tempora *inæqualia* fuerint,

rint, effectus erunt directe inter ſe in *ratione compoſita* tum ipſarum *cauſarum*, ſeu virium, tum etiam in ratione *temporum*, quibus agunt; nam in eo caſu valor effectuum tum *a viribus* tum a temporibus dependet: ergo ratio quoque *utriusque* haberi debet, id quod fit per ſolam *rationem compoſitam*, hoc eſt, dum *vires* & *tempora*, valorem conſtituentia, invicem multiplicantur. Exemplo perquam claro id explicat Cl. *P. Fort. a Brix. Met. p.* 1. *Diſſ.* 4. *Sect.* 2. ſit v. g. virtus cauſæ A = 3. & virtus cauſæ B = 4.: tempus item pro cauſa A = 5. pro cauſa B = 2. erit ergo effectus cauſæ A, ad effectum cauſæ B = 15 ad 8, ſive $\frac{15}{8}$, iſta enim ratio $\frac{15}{8}$ componitur ex rationibus $\frac{3}{4}$ & $\frac{5}{2}$ inter ſe multiplicatis. Hinc per Algebram univerſaliter concludi poteſt hoc modo: ſi virtus cauſæ A ponatur = a, & tempus = x; virtus vero cauſæ B = b, & tempus = y. ſemper effectus cauſæ A erit ad effectum cauſæ B = ax ad by. Id quod in materia de *motu* recurret *in Phyſica generali*.

ARTICULUS II.

An creaturæ ſint vere cauſæ efficientes?

Syſtema occaſionaliſtarum.

CCL. Putant Carteſiani, conformiter doctrinæ quorumdam Veterum, Deum eſſe unicam *cauſam efficientem* rerum omnium, creaturas vero eſſe ſolummodo cauſas *occaſionales* (CCXLVII.) eorum effectuum, quos oculis noſtris obſervamus, quatenus nempe Deus ipſe ad præſentiam creaturarum hoc vel illud efficiat, creaturis *occaſionem* tantum præbentibus, *propter legem* ab auctore naturæ ſic inſtitutam; pro certo enim habent hæc tria. 1. Nihil de novo in hoc rerum univerſo (in quantum ad res corporeas) produci, 2. ſed ſolam fieri localis motus diverſam communicationem, 3. & hunc ipſum motum a ſolo Deo effici, eumque propterea motum vocant *efficientem*, ad diſtinctionem alterius, quem motum *formalem*, ſive *translationem* appellant, corporibus vere competentem. *Corpus* igitur, ſicut & omne id, quod corporeum exiſtit, tenent, ex ſe eſſe omnino pigrum, *iners* & *otioſum*, niſi ab extrinſeco principio, ſcilicet Deo, impellatur, omnemque pro-

propterea motum v. g. in colliſione duorum corporum, explicant per hoc, quatenus primus motor, (Deus) ſecundum leges naturæ a ſe ſtatutas, *ex occaſione* utriusque globi, in ſe invicem incurrentis, ſuo modo determinetur, ut ipſemet motum in altero globo producat: inter *ſpiritum* autem & *motum* quia nullam agnoſcere volunt *connexionem*, hinc omnino negant, quod ſpiritus *active* quidquam efficere valeat, niſi ſolummodo, quatenus Deus inter voluntatem animæ v. g. aut angeli, & inter motum corporum, *legem* quamdam pepigerit, ut ad nutum v. g. animæ moveatur pes, aut brachium: & conſequenter non quaſi anima concurrat *effective*, ſed tantum *occaſionaliter*. Hic ergo quæritur, an iſtud Carteſianorum ſyſtema (propter quod etiam *Occaſionaliſtæ* vocantur) rationi conforme ſit? & pro illo refutando ſtatuitur ſequens

Status quæſtionis.

PROPOSITIO.

Cauſæ creatæ ſunt vere ac proprie efficientes.

Cauſas ſecundas eſſe vere efficientes probat Authoritas,

CCLI. PROBATUR I. *Authoritate S. Script. gen.* 1. *v.* 11. dixit DEUS: *germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum, faciens fructum juxta genus ſuum.* item *Luc.* 21. *v.* 29. Chriſtus ſimiliter inquit: *videte ficulneam, & omnes arbores, cum producunt jam ex ſe fructum.* Denique *Concilium Trident. ſeſſ.* 6. *can.* 4. damnat dicentes, liberum arbitrium creatum *nihil omnino agere, mereque paſſive ſe habere.* Id vero contingeret in declarato ſyſtemate *cauſarum occaſionalium*: (n. præc.) ergo cauſæ creatæ ſunt vere, ac proprie efficientes.

CONFIRMATUR. Si cauſæ creatæ non ſunt vere ac proprie agentes, tunc plane non homo, ſed DEUS ad *præſentiam hominis*, actus quoscunque divinæ legi ſuæ contrarios eliceret, *furta* v. g *cædes*, *adulteria* &c., id quod blasphemum eſt dicere, primisque Religioni Chriſtianæ principiis e diametro adverſum: ergo &c. Videant adeoque Occaſio-

caſionaliſtæ, quot *ſcandaloſæ, piarum aurium offenſivæ*, ac (materialiter ſaltem) *erroneæ*, ex hoc ipſorum ſyſtemate, propoſitiones ſequantur! (Log. *fol.* 180. &c.)

Probatur. II. Ex communi omnium hominum perſuaſione, & *ſenſu intimo*, quem vel ipſi etiam Carteſiani maximi pendunt in aſſerenda illa propoſitione ſua: *ego cogito*: *ergo ſum.* (X.) Ex illo nempe ſenſu intimo certiſſime nobis innoteſcit, noſmet ipſos *cogitare*, aves *cantare*, lupos *ululare*, ignem *urere* &c.; non autem ea omnia mere *paſſive* ſe habere. Profecto, qui *manifeſtam* adeo veritatem negare audet, *eget pœnâ vel ſenſu*, inquit Cl. P. *Ferrarius*, & vel exponendus eſt *igni*, ut ſentiat, quantum ille in corpus ſuum agat, vel *fuſte* ipſius dedolandum eſt tergum, ut fateatur, *paſſionem* doloroſam revera a fuſtis *actione* provenire. ſenſus intimus,

Conf. I. Quis credat, quod pilæ v. g. a bellicis tormentis exploſæ nil aliud præſtent, quam ut Deum determinent, ut ipſe ad illarum adventum muros dejiciat, & munimenta proſternat?

nat? ad quid enim tanto in pilis opus eſt impetu, ut determinent Deum? aut nunquid bombardarum fragore excitari a ſomno debet? II. Experientia quotidiana teſtatur, quod cauſæ ſecundæ agentes, v. g. homines, aut equi, tanto frequenter conatu in corpora agant, ea movendo, ut eorum robuſtæ etiam vires præ nimio labore deficiant, aut certe multum laſſentur: atqui plane ridiculum ac incredibile eſt, id ſolum ex eo fieri, quia Deum determinant ad motum huncvel illum, *ex occaſione* efficiendum: ergo.

Et ratio. Probatur. III. Si creaturæ non ſunt cauſæ, vere efficientes, tunc corruit tota Philoſophia: atqui hoc non: ergo. p. ſ. M. Philoſophia juxta Ciceronem *l.* 2. *de offic.* eſt *rerum divinarum, & humanarum, rerumque & cauſarum, quibus hæ res continentur, ſcientia*: (Log. *fol.* 3.) atqui in ſyſtemate *cauſarum occaſionalium* non poſſumus *rerum & cauſarum naturalium ſcientiam* habere: ergo. p. m. Si enim *ſolus Deus* varios illos efficit motus v. g. in igne, ut *urat*, in aqua, ut *refrigeret* &c., tunc non eſt major ratio, cur non ad præſentiam v. g. *ignis*, in nobis producat *frigus* &c.

&

& conſequenter *ignem* ab *aqua*, aut alias res naturales a ſe invicem diſtinguere atque diſcernere ſemper & ubique non amplius poſſemus; conſequenter nec rerum quoque naturalium ſcientiam haberemus, quia Deus quaslibet res poſſet aſſumere, velut *cauſas occaſionales*, etiam reſpectu illorum effectuum, quibus earum rerum paſſiva potentia vel non congruit, vel etiam repugnat. Et ſic pariter neque res amplius *naturales* a *miraculoſis* internoſci poſſent. Conf. Ipſæ rerum creatarum naturæ, & *principia paſſiva*, eo ipſo, quod ſint *paſſiva*, Deum *determinare* nequeunt, ad producendum potius *hunc*, quam *alium* effectum, cum Deus omnia *æqualiter* operetur &c. ergo magis dicendum eſt, quod ipſe *ſinat cauſas ſecundas motus ſuos* agere, ut vetus axioma dicit ex S. Aug. *l.* 7. *de civit. Dei. c.* 30.

Solvuntur Objectiones.

CCLII. Ob. 1. Ipſa S. Scriptura docet, Deum omnia producere, nam *producit in montibus fœnum, & herbam ſervituti hominum Pſ.* 103. *v.* 14. *Omnia opera noſtra opera-* Syſtema cauſarum occaſionalium non probatur ex

S. Scriptura.

tur nobis. Iſ. c. 26. *v.* 12. Item: *ego ſum Dominus, faciens omnia, extendens cœlos ſolus, ſtabiliens terram, & nullus mecum. Iſ.* 44. *v.* 34. Denique Mater Machabæorum ſic filios ſuos allocuta eſt. *Macb.* 2. *c.* 7. *v.* 22. *Neſcio qualiter in utero meo apparuiſtis; neque enim ego ſpiritum & animam donavi vobis, & vitam, & ſingulorum membra non ego ipſa compegi, ſed enim mundi creator &c.* poſtremo 1. *Cor.* 13. Apoſtolus inquit: *Deus operatur omnia in omnibus*: ergo. R.D.A. docet, Deum omnia producere ut cauſam *primam*, & *univerſalem* C. A. ut unicam ac *ſolam* cauſam, ſive cum excluſione conſortii creaturæ cooperantis N. A. & C. Deus creaturas, non quidem ex *neceſſitate*, aut *indigentia*, ſed ex ſola ſua *libertate* ac *bonitate* ſecum cooperari permittit; ad quid enim *plantis*, v. g. & *animalibus* præſertim, tot *organa* conceſſiſſet, ſi nihil omnino producere, vel *agere* poſſent; *Deus enim & natura nil faciunt fruſtra*, poſſetque ipſe ſine illis æque diverſos effectus progignere, cum *libere* agat. Idem ergo ad 1*mum* textum reſpondeo, & ad 2*dum.* ad 3*tium*, utique *ſe ſolo* Deus condidit hanc mundi univerſitatem, ſed nunquid etiam verum eſt il-

lud

lud Aſcetarum effatum: *qui te creavit ſine te, non vult te ſalvare ſine te?* ad 4*tum* iterum verum eſt, quod illa Mater non arte propria, aut cognitione, filiorum ſuorum membra diſpoſuerit, ſed ſolus Deus, qui cauſas naturales *admirabili providentia* ordinat ac dirigit in hominis formatione; ſtupenda enim illa partium varietas & ordo a *creaturis* produci nequit in animalium quorumcunque productione, præſertim cum ex *ovulis*, in quibus omnes partes, & organa, juxta modernos anatomicos, ſubtilibus quibusdam tenuiſſimisque filamentis expreſſa ac delineata reperiuntur, oriri debeant; inde tamen quis ſanæ mentis compos aſſeveret, Matres *active* non concurrere ad filiorum generationem, ſed Deum eſſe, qui ad generandum hominem *occaſionaliter* determinetur? ſimiliter ad 5*tum.* Deus *operatur* quidem *in nobis opera noſtra*, quatenus non ſolum operandi virtutem benígne nobis conceſſit, ſed etiam actu ad quamvis actionem una nobiscum *concurrit*, ut in *Theol. nat.* dicemus: attamen eadem quoque *opera*, quæ facimus, dicuntur *noſtra*, ſive a nobis producta; alioquin auctoritas illa nimis probaret; probaret enim,

ipſam *voluntatem* noſtram nihil efficere, cum Deus *operetur in nobis velle*, & *perficere, ad Phil.* 1. Quod tamen juxta citatum Concil. *Trid. ſeſſ. 6. Can.* 4. defendi nequit. (n. præc.) Denique habentur alii *textus* contrarii, (n. præc.) ex S. Scriptura allati.

Nec dicas. Illi textus priores poſſunt explicari, quod Deus *herbas* v. g. *producat* ad exigentiam terræ, juxta legem a ſe ſtabilitam: ergo. R. N. A. non enim tam facile a ſenſu *litterali* S. Scripturæ absque *manifeſta* cauſa recedendum eſt; (Log. *fol.* 391.) aut ſecus etiam dici poſſet, quod v. g. anima rationalis vere ab homine *generetur* ſicut corpus, eoquod pariformiter *ad exigentiam hominis* a Deo creetur, quod tamen *ſalva fide* nullus tueri poteſt.

Nec ex eo, quod Deus ſit cauſa perfectiſſima.

Ob. 2. Deus eſt cauſa omnium perfectiſſima, quæ agendi vim habet infinitam, quæ omnia operatur, in *qua vivimus, movemur, & ſumus* &c. ergo inutiles ſunt cauſæ ſecundæ agentes. R. 1. N. C. ex *antec.* enim ſolum inferre licet, Deum *nobiliori* & *perfectiori modo* operari, quam creaturæ agunt,

agunt, non vero, quod creaturæ *omnino* agere non poſſint, modo nempe imperfectiori, & cauſis *ſecundis* proprio: fere ſicut ex eo, quod *Deus ſit id, quod eſt. Exod.* 3. *v.* 14. non ſequitur, creaturas *non exiſtere*, ſed ſolum, quod exiſtant *contingenter*, & tanquam entia *finita*: ſic a pari, ſicut creaturæ participant, aliquâ licet tenuiſſimâ ratione, τὸ *eſſe divinum*, ita quoque *vim operandi* divinam *ſuo modo* (ipſis proprio) participare, & conſequenter vere quidquam *efficere* poterunt. Certe ipſemet Carteſius *exiſtentiam* ſui realem per ſenſum intimum ex eo deducit, quod *cogitet*: (X.) ergo τὸ *cogitare* debet dici vera *actio* hominis, aut ſi Deus pro *homine* cogitationis actum eliceret, plane etiam dici poſſet, quod Deus *pro homine exiſteret*, & ſic revera Carteſius de ſui *exiſtentia* ex actu cogitandi certus neutiquam foret. R. 2. D. C. inutiles ſunt cauſæ ſecundæ ad *ſimpliciter* agendum. Tr. C. ad *tali modo*, & ſecundum modernum divinæ providentiæ ordinem, id eſt ad *libere, meritorie, vitaliter* &c. agendum N. C. & C. Si *ſolus* Deus omnia in homine efficeret, quomodo hic *libere* v. g. poſſet

ſet ponere *actum meritorium*, vel *demeritorium*? aut qualis foret differentia v. g. inter motum lapidis *non vitalem*, & inter cantum luſciniæ *vitalem*? ad quid tam varia in animalibus, & plantis *organa*? ad quid tot *diſpoſitiones* ad effectus in ſpecie producendos, v. g. ad hoc, ut ignis lignum comburat, ſi omnes effectus in mundo *proprie* ſoli Deo, & non *cauſis creatis* (utpote mere *occaſionalibus*) adſcribendi ſunt? Profecto juxta hanc ſententiam etiam *vitrum cauſticum* v. g. aut aër dici debebunt *cauſæ propriæ* ignis in objecto producti, ſicque nulla amplius erit differentia inter *cauſam*, & *conditionem*, ſed potius *omnia*, ut Poëta canit, *naturæ præpoſtera legibus ibunt* &c.

Nec ex eo, quod Deus ſit primus motor.

Ob. 3. Nullus effectus produci poteſt, niſi per motum: (omnis quippe mutatio rei, quæcunque illa ſit, ſine motu quodam fieri, aut concipi nequit:) ergo, ſicut nulla eſt creatura, quæ vim movendi *a ſe* habeat, ſed omne, quod movetur, ab alio nobiliori principio, & tandem a *cauſa prima*, moveri debet: ſic nulla creatura *per ſe* operari poterit, ſed operationes omnes a Deo oriri debebunt, R.

D.

D. C. a Deo oriri debebunt tanquam a *cauſa prima*, nedum ſingulis creaturis vim agendi tribuente, ſed & ad ipſum actum cum creaturis concurrente C. C. a *ſolo* Deo, ita ut creaturæ cum Deo concurrente vere non operentur, nec effectus proprios producant. N. C. & C. *Facit enim Deus, ut* faciamus, *præbendo vires efficaciſſimas voluntati*, inquit S. Aug. *de grat.* & *lib. arb. c.* 17. Aſt de hoc plura in *Theologia naturali.*

Inſt. 1. Moveri e loco in locum eſt deſinere eſſe in uno loco, & incipere eſſe in alio loco: atqui hoc nequit ulla creatura: ergo nulla creatura e loco in locum moveri poteſt. p. m. Si hoc poſſet, tunc deberet ſe *annihilare* in uno loco, & ſe rurſum *producere* in alio loco: atqui hoc implicat: ergo. R. D. M. Eſt incipere in alio loco, ſolum quoad *modum relativum* præſentiæ & abſentiæ C. M. quoad modum *exiſtentiæ*, ipſi eſſentiæ ſuperadditum, vi cujus ſe transferat e ſtatu puræ *poſſibilitatis* ad *eſſe actu* extra cauſas in rerum natura, prout argumentum ſupponit. N. M. & ſic D. m, N. C. Modum *exiſtentiæ actualis* creatura utique

que habet a *ſolo Deo*, ubique, & omni momento ſuæ durationis; ſed modum *præſentiæ* cur non poſſit habere, niſi a ſolo Deo? ſicut v. g. eadem creatura, dum fit ex *volente hoc* objectum, *volens aliud* objectum, propterea non debet ſe *annihilare*, & de novo iterum *reproducere*, ſed ſolum ſe aliter *actuando*, vel potius *modificando*, dat novum ſibi eſſe *reſpectivum* & *modale*: ergo a pari de *nova præſentia* dicendum eſt.

Inſt. 2. Si creatura vere poſſet agere, tunc actu in rerum natura aliquid novi produceret, quod prius non erat: ergo eo ipſo *crearet*. R. D. A. Produceret aliquid mere *reſpectivum* C. A. novam aliquam formam abſolutam. N. A. & C. Dum v. g homo *pingit* imaginem, *ſcribit* litteras, vel domum *ædificat*, utique *vere* aliquid efficit, nec tamen e. g. dum *pingit*, facit tabulam, nec colores, neque ullum ens *abſolutum*, ſed tantum transfert, & ordinat pigmenta mediante motu, (inquit Cl. P. Habisreütinger p. 1. *Diſc*. 19.) ex quo reſultat *paſſiva diſpoſitio colorum*, quæ eſt forma imaginis mere *modalis*, & reſpectiva habitudo unius ad alterum. Similiter

acci-

accidit, dum homo *ſcribit* litteras, aut *ædificat* domum. Verum quia nemo dicitur pingere *diſpoſitionem colorum*, ſcribere *diſpoſitionem atramenti*, aut ædificare *diſpoſitionem* cæmenti, lapidum; & lignorum, ideo Ariſtoteles bene ait, *formam non fieri*, *ſed totum*, nimirum produci *imaginem*, *litteras*, vel *domum*; ipſam vero formam eſſe *habitudinem*, ex entibus abſolutis *reſultantem*, non vero (ſaltem in rigore) *productam*.

Inſt. 3. Si corpora ſunt activa ex ſe, quatenus concurrendo cum cauſa prima in *actum* exeunt, ille actus erit aliquis *motus*: ſed quæritur, in quo ergo recipiatur ille motus, an in *movente*, an in *mobili?* R. cum *cit. Cl. Auctore* diverſi ſunt motus: alii dicuntur *immanentes*, alii *tranſeuntes*, illi ſic dicuntur, quia *manent* in ipſa potentia agente, iſti vero *tranſeunt* extra ſuam potentiam: & hinc, ubi motus eſt mere *immanens*, ibi potentia *activa*, eliciens motum, & potentia *paſſiva*, recipiens motum non diſtinguuntur, niſi ad ſummum *virtualiter*, (CXII.) & ſic etiam *actio*, & *paſſio* in eo caſu ſunt *realiter* eædem, & conſequenter mo-

motus recipitur tunc in *movente;* quatenus nimirum *eadem realiter potentia* eſt *determinativa*, & *determinabilis*, activa & paſſiva; ita etiam modalitas motûs, quatenus eſt *ab* hoc, eſt *actio*, & quatenus eſt *in* hoc, eſt *paſſio*. Econtra ubi motus aliquid cauſaliter determinat in ſubjecto *extrinſeco*, tunc *actio*, quæ eſt in agente, realiter diſtinguitur a *paſſione*, quæ eſt in patiente extrinſeco. Cæterum motus pure *immanens* datur in ſolis corporibus vitâ præditis, alter vero ſive *tranſiens*, datur in rebus inanimatis. Plura paulo poſt. (CCLV.)

Inſt. 4. Motus corporum localis non poteſt cauſari, niſi per contactum impulſivum, preſſivum, aut truſivum, provenientem ab alio corpore *impenetrabili;* atqui anima rationalis v. g. & angeli ſunt penetrabiles: ergo ab iis motus corporum localis non poteſt cauſari. R. denuo cum eodem Cl. P. Habisreütinger *loc. cit.* N. M. *impulſus* enim & *contactus*, in ſenſu proprio, ſunt quædam *determinativa conjunctio agentis potentiæ motricis ad paſſum mobile*, *ex qua ſequitur mutatio loci:* atqui non repugnat potentia motrix in-

ter-

terna, cum mobili *penetrata*; nam 1. hoc ipſo eſt magis *conjuncta* mobili, quam ſi foret *externa* & *impenetrabilis.* 2. Spiritus exiſtens totus in toto, & totus in qualibet parte, utique ſe ipſum actu movet, motu incorporeo, de loco in locum: ergo ſic etiam trahere ſecum poteſt *corpus* unitum, eoquod vi unionis cum corpore, ex hoc ipſo nequeat exire. 3. *Corpus* poteſt fieri *penetrabile* in quibusdam circumſtantiis, ſaltem ſupernaturaliter, ut paulo inferius dicetur: ergo etiam *ſpiritus* poteſt fieri *impenetrabilis*, ſaltem in ordine ad aliquas actiones, *ex lege authoris naturæ*, & conſequenter poterit imprimere *impulſum* corpori mobili ſecundum eam partem, ſecundum quam ſe reddit impenetrabilem. 4. Cum Ariſtotele ſentiunt communiter Philoſophi, *quod cœli moveantur ab intelligentiis*, ſive *Angelis*: quis autem dicat, hoc ſolum fieri, quia angeli determinant Deum, volendo, ut corpora cœleſtia in aliis locis creative conſervet? &c. Certe ad hoc Deus non indigeret aſſiſtentiâ Angelorum, ad illa corpora movenda ordinatorum, cum per ſolam *voluntatem* ſuam ea poſſet ita *conſervare*, ſicut ſolo verbo ſuo ex

nihilo ea *produxit.* Dein ſi ſpiritus creatus non poſſet movere corpus, plane etiam dici deberet, quod Deus immediate, & non diabolus, Chriſtum *tranſtulerit* in montem excelſum, & pinnaculum templi. *Math.* 4. item, quod Deus immediate *ad volitionem dæmonis* transferat ſagas per aërem, excitet tempeſtates malignas, diſtorqueat membra obſeſſorum, moveat linguam in verba blasphema, ingerat vitra & cultros in ventrem talium hominum miſerorum &c. dum igitur Carteſiani dicunt, *quod ſpiritus non poſſit agere in corpus*, indeque inferunt, *quod anima non ſit cauſa vere activa*, manifeſte petunt principium; ut enim illud primum ſolide de anima negent, deberet nota eſſe *eſſentia animæ*, darique idea clara, in quo ejus *natura* phyſica conſiſtat? quod tamen dici nequit, ut ex *Pſychologia* (CCCLXVII.) patebit, ubi etiam explicabitur *modus*, quo anima *agit* in *corpus.*

Nec ex paritate de Sacramentis.

Ob. 4. Solus Deus in Sacramentis omnibus, ſecundum leges a ſe ſtatutas, immediate producit effectum Sacramentalem in anima, determinatus per actiones v. g. ablutionis, inunctionis, abſolutionis &c., ut omnes

Theo-

Theologi docent: ergo etiam alios effectus ſolus Deus immediate producit. R. N. C. & *par.* Diſparitas eſt, quia effectus illi Sacramentales (utpote *ſupernaturales*) excedunt vires cujuscunque cauſæ creatæ: econtra effectus, qui produci dicuntur a cauſis creatis (utpote mere *naturales*) neque illarum ordinem, neque naturæ vires excedunt, adeoque ab ipſis optime produci poſſunt.

Nec denique ex eo, quod corpus ſit ſubſtantia iners.

Ob. 5. Corpus ab omnibus Philoſophis dicitur *ſubſtantia iners*: ergo ſe ipſum movere non poteſt; alias actu ſemper quoque moveretur, cum eſſet *cauſa neceſſaria.* R. D. A. Dicitur ſubſtantia *iners*, quatenus præciſe *materia* eſt, C. A. prout *forma* eſt, & *vi motrice* præditum, quæ, etiamſi in aliquibus corporibus ſit *mortua*, excitari tamen valet per aliam alterius corporis impellentis vim *vivam*, N. A. & C. Aſt de hoc plura in *Phyſica.*

ARTICULUS III.

In quo conſiſtat Actio cauſæ efficientis?

Status quæſtionis.

CCLIII. Quid ſit *actio* juxta *Neotericos*, huicque relative oppoſita *paſſio*, equidem dictum eſt ſupra, (CLXIV.) nec minus, quomodo *Scholaſtici* deſuper loqui ſoleant, *ex parte* quoque declaratum fuit: (CCXLI.) aſt, quoniam iſti acriter inter ſe pugnant, tum, utrum *actio* ſit *entitas* ab agente, ſeu cauſa efficiente, *diſtincta?* tum etiam, in quo proprie illa *actio* ſeu *entitas* agentium creaturarum conſiſtat? huic geminæ quæſtioni, a qua plurimæ aliæ dependent materiæ, hic breviter reſpondendum eſſe putavi. Prius tamen adhuc quædam *loquendi formulæ* in ſcholis uſitatæ huc apponendæ ſunt.

Mutari quid ſit?

CCLIV. I. *Mutari ſubjectum* apud Peripateticos dicitur, ſi alia *forma* in illud introducatur ab agente, & quidem ſi introducatur *forma ſubſtantialis*, ut v. g. ignis in ſubjectum ligni, dicitur mutatio *ſubſtantialis*, ſi vero *accidens* ſuperinducatur, e. g. calor in aquam; (*calorem* enim pro *accidente* *abſo-*

abſoluto habent) dicitur mutatio *accidentalis*. Quare etiam in primo caſu *actio ſubſtantialis*, in ſecundo autem *accidentalis* audit. II. Aliam vocant actionem *productivam*, aliam *transmutativam*: *prima* eſt, per quam effectus de novo *producitur*. *2da*, per quam idem ſubjectum ſolummodo alteratur, ſive *mutatur*. III. Thomiſtæ *formæ ſubſtantiali*, quam vocant *principium eſſendi*, (a nobis *eſſentia*, in re non differens a *natura*, dicta eſt. n. XLVII. & XLVIII.) aſſignant *virtutem*, realiter ſuperadditam, tanquam *principium operandi*, quam *accidentalem* eſſe formæ aſſerunt, vocantque aliquod *inſtrumentum*, quo ipſa eſſentia, ſeu forma ſubſtantialis, tanquam principium principale operetur: adeoque formam ſubſtantialem non eſſe *immediate per ſe* operativam tuentur, ſed *mediate* ſolum, id eſt, *mediante tali virtute*, quæ proin virtus *immediate* ſit operativa: inde autem, cum hæc *virtus* juxta ipſos ſit *accidens*, formæ eſſentiali & ſubſtantiali ſuperadditum, accidens *im̃ediate* eſſe productivum *ſubſtantiæ* defendunt. IV. Negant econtra id Scotiſtæ, dicentes, *virtutem* ejuſmodi operativam non eſſe *accidens*, ſed aliquid *ſubſtantiale*,

Actio productiva, & transmutativa.

Sententia Thomiſtarum,

Et Scotiſtarum.

tiale, ſcilicet eſſe ipſam formam *ſubſtantialem*, ſi *phyſice* ſpectetur; ſin autem *metaphyſice* accipiatur, vocant illam virtutem *formalitatem* aliquam, ſeu potentiam ab anima metaphyſice emanantem, & ab ea formaliter ex natura rei diſtinctam, quæ in *anima* vocetur v. g. potentia *intelligendi*, *volendi*, corpus *movendi* &c.; in *organis* vero corporeis dicatur principium *ſentiendi*, *ridendi* &c., & conſequenter docent, ipſam *formam ſubſtantialem*, (quæ in homine eſt *anima rationalis*) realiter ſumptam, eſſe principium *phyſicum immediatum*, iſtas vero *virtutes* eſſe *rationes*, *ſub quibus* effectus ab anima produci dicantur. V. Accidentia autem *phyſica* Scotiſtæ *diſpoſitive* tantum concurrere defendunt, non *efficienter*, e. g. *calorem*, *frigus*, *humiditatem* &c., queis *flamma*, *glacies* &c. tanquam formæ ſubſtantiales e potentia materiæ educantur &c. Longe porro aliter Neoterici in *Phyſica generali* loquuntur, dum *qualitates* omnes corporum *ſenſibiles*, quas Peripatetici *accidentia abſoluta* vocant, non niſi meras *ſubſtantias*, aut ſaltem ſubſtantiales corporum *modificationes*, & *affectiones mechanicas* eſſe affirmant, ut in *Phyſica* dicetur. Pro nunc ſufficiant ſequentes propoſitiones. PRO-

PROPOSITIO I.

Actio non eſt entitas, ab agente & termino realiter diſtincta.

CCLV. PROBATUR. *Actio* nihil aliud eſt, quam ipſum agens, *quatenus agit* in terminum, ſeu objectum, nec poteſt actio, tanquam ejusmodi entitas, ab agente & termino diſtincta concipi. v. g. *Uſtio* in igne nihil aliud eſt, quam *ignis* urens, & res ſeu *objectum*, quod uritur, item *amor boni* eſt ipſamet *voluntas*, quatenus in *bonum* tanquam ſuum *objectum* fertur. Certe quisquis *ideas claras* conſulit, id libenter admittit, inquit *Cl. Purchotius exercit. Ontol. diſp.4. Sect.2. q.3.* ergo &c. Id quod magis patebit ex *prop. ſeq.* in qua *ratio præcipua & unica*, cur *Thomiſtæ* actionem ab agente diſtinguant? enervatur. CONF. Actio *productiva* in cauſis *neceſſariis* eſt ipſa entitas cauſæ, in actu primo proximo conſideratæ; (CCXLII.) nam per actionem *productivam* intelligitur illa, per quam effectus ponitur in rerum natura: (n. præc.) atqui poſita entitate cauſæ in actu primo proximo, neceſſario reſultat effectus: ergo. p. m. poſito v. g. *oculo* aperto, & *objecto* illi approximato neceſſario

Actio non eſt quid realiter diſtinctũ ab agente, & termino.

oritur *viſo*, id quod pariter fit poſito & approximato igne ad ſtupam, item poſita *idea clara* in intellectu &c. In cauſis vero *liberis* actio productiva eſt ipſa *voluntas*, ſe reducens ex innata libertate ad determinationem; hac enim poſita *immediate* habetur effectus, út ex terminis liquet: ergo actio non eſt entitas ab agente & termino realiter diſtincta, ſed potius *abſolute* & *realiter* ac in *ſenſu phyſico* quoad actum *primum* ſpectata, eſt ipſa entitas cauſæ agentis, prout hæc ſuum terminum *reſpicit*, propter quem *reſpectum* reſultat *relatio*, quæ tamen itidem nil reale importat, ſi in ſenſu *formali* accipiatur: (CCXII.) quoad actum *2dum* vero eſt ipſe *effectus* ejusdem cauſæ agentis, ejusve modificatio, ſeu *modus vivus*. (CXVIII.)

Dixi in *ſenſu phyſico*; nam ſi in ſenſu *Metaphyſico* (LXIX.) accipiatur *actio*, bene cum Cl. *Ant. Gen. Met. p.* 1. *c.* 8. §. 66. dici valet *attributum* potentiæ ſeu cauſæ agentis, formaliter ex natura rei ab iſta diſtinctum, (CXXIX.) quia ſcilicet ſic conſideratur tanquam *vis motrix*, cauſæ operanti a Deo conceſſa ad hoc, ut motus ſuos peragere, vereque aliquid efficere queat. (CCLI.)

Por-

Porro ille ipſe cit. Cl. Auctor cum communi Recentiorum ſententia tenet, dari non niſi duo diſtincta actionum genera, *motum* ſcilicet, & *cogitationem*, & quoad hoc ad ſenſum Philoſophorum communem appellat, docetque propterea *loc. cit.* §. 71. tria eſſe prima univerſi principia, *mentem* videlicet, *materiam*, & *vires activas*, quorum primum *æternum* eſſe vult, (ipſum nempe Deum) *extrinſecum* & *activum;* duo vero poſtrema *intrinſeca*, & talia, ut materia principium iners ſit, & *paſſivum*; vires vero *activum*. Aſt de hiſce alibi.

CCLVI. *Corollarium.* Similiter de *paſſione* quoque loquendum eſt, ſcilicet, quod non ſit entitas realiter diſtincta a patiente; ſic enim v. g. *aduſtio* ligni ab igne cauſata, nihil aliud eſt, quam ipſum *lignum*, ab igne *aduſtum*, vel (ut Neotericis placet) eſt ipſe motus particularum ignis, in ligno *receptus*, ipſumque lignum, in quod *actione* ſua, ſeu motu perturbato, agit, *paſſive* immutatum eſſe denuntians, adeoque idem *motus particularum*, prout *active* in poros ligni ingreditur, ejusque partes violenter disrumpit, dicitur *phyſice actio ignis*, & ab igne *agente* Nec paſſio diſtinguitur a patiente.

non diſtinguitur; quatenus vero in poris ligni *recipitur*, lignumque ab eo *patitur*, oritur *paſſio* ligni, a ligno ardente, ſeu *patiente* pariter non diſtincta realiter; ut paulo ante dictum eſt. (CCLII. *in R. ad ob.* 3. *Inſt.* 3.)

PROPOSITIO II.

Actio ſubſtantialis nequit ab accidente effective oriri.

Accidens nequit producere ſubſtantiam.

CCLVII. PROBATUR. Si actio ſubſtantialis poſſet ab accidente effective oriri, tunc vere accidens poſſet producere ſubſtantiam: atqui hoc non: ergo. p. m. Accidens eſt toto genere *imperfectius* ſubſtantiâ: ergo nequit producere ſubſtantiam. (CCXLVIII. III.) p. A. Accidens *dependet* a ſubjecto, cui inhæret: (CLXXIII.) econtra ſubſtantia *per ſe* exiſtit, (CLX. & CLXI.) neque ullam cum ſubſtantia habet accidens convenientiam, imo minorem, quam v. g. *Angelus* & *lapis*; nam iſti ſaltem in *ſubſtantia* conveniunt; *ſubſtantia* vero & *accidens* non niſi remotiſſimam in ratione *entis* convenientiam habent: ergo. CONFIRMATUR. Accidens nec poteſt eſſe cauſa *adæquata*,

ta, nec *inadæquata* ſubſtantiæ: ergo nullo modo poteſt producere ſubſtantiam. p. A. quoad 1*mum*. Imperfectius toto genere non poteſt producere aliquid toto genere perfectius: atqui accidens eſt toto genere imperfectius quam ſubſtantia: (ex mox demonſtratis) ergo. p. A. Quoad 2*dum*: accidentia ſe habent tanquam meræ *diſpoſitiones*, ac *inſtrumenta*, quibus agens utitur ad producendum effectum: e. g. *Calor*, aut *ſiccitas* ſunt illæ *diſpoſitiones*, quas facit *ignis*, ut e ligno flammam educat: (CCLIII. V.) at *inſtrumenta* ſeu *diſpoſitiones*, & *occaſiones* non habent veram rationem *cauſæ*: (CCXLVII.) Ergo.

CCLVIII. *Scholion*. Cæterum Neoterici, ſuis principiis conformiter, (CLXXVIII. & CLXXXI.) hic negant *ſuppoſitum*, quod *calor* aut *humiditas* in ſe ſint *accidentia*, ſed potius dicunt, quod *igniculi*, antea nondum concentrati; ſenſim vero ex materia aliunde adveniente aucti, motuque perturbatiore agitati, aliena quoque corpora ſenſim invadant &c., ſicque *ſubſtantia*, & non *accidens* generet ſubſtan-

Maxime juxta Neotericos.

ſtantiam, ſeu potius, *igniculi ſubſtantiales* aliis corporibus ſeſe communicent, & ſic de aliis, ut *Phyſica* docebit.

Solvuntur Objectiones.

Dei actio eſt independens.

CCLIX. **O**B. I. *Contra I. Prop.* Solus Deus eſt ſua *actio*: ergo actio *in creatis* eſt entitas ab agente diſtincta. R. D. A. Eſt ſua actio *independenter* ab auxilio alterius cauſæ ſuperioris C. A. *dependenter* ab iſto auxilio. N. A. & C. *Actio*, qua agit homo, nihil eſt aliud, quam ipſe *homo*, prout eſt *agens*, etſi agere homo non poſſit, niſi *dependenter* a Deo concurrente.

Inſt. Actio voluntatis humanæ eſt quandoque *ſupernaturalis*: ergo eſt entitas a voluntate, quæ pure *naturalis* eſt, diſtincta. R. N. C. Nam ideo ſolum dicitur *ſupernaturalis*, quia hominis actio non nunquam a ſolius humanæ voluntatis viribus non ita dependet, quin *ſpeciale* & *ſupernaturale* Dei auxilium ad aliquos actus, creaturæ ex natura *indebitos*, requiratur, non tamen propterea ſequitur, quod actio hominis *naturalis* ſit entitas, ab humana voluntate agente diſtincta. (CCLV.)

Ob. 2.

Ob. 2. *Contra II. Prop. cum Thomiſtis.* Virtus operandi in ſubſtantia eſt accidens: per *virtutem* autem illam ſubſtantia producit effectus ſubſtantiales: ergo accidens producit ſubſtantiam. p. M. Illud eſt accidens, quod poteſt adeſſe vel abeſſe: atqui virtus operandi poteſt adeſſe vel abeſſe: ergo. p. m. in cæco e. g. perit *virtus* videndi, in claudo *virtus* ambulandi &c., quæ tamen prius aderant: ergo. R. N. M. (CCLIV. IV.) ad *prob.* Tr. M. alia enim *accidentis phyſici* definitio data eſt ſupra. (CLXXIII.) N. m. Ad hujus *prob.* D. A. perit virtus proxima & relativa, ſcilicet, quæ dicit *ordinem* ad organa corporea (hic & nunc deſtructa, vel ligata) C. A. perit virtus remota & abſoluta, quæ fundatur in *anima*, habente ejusmodi virtutes, dependenter ab organis corporeis in actum reducendas N. A. & C. Dein *Retorq.* Etiam *infantes*, aut perpetuo *amentes* nunquam *actu* ratiocinantur: quis vero illis *potentiam ratiocinandi* denegabit, niſi dicere velit, quod ejusmodi homuli *homines* non ſint? Item *dormiente* v. g. *corpore*, quis affirmabit, quod in ipſo pereat potentia *audiendi*, *videndi*, ſe *movendi* &c.? Nempe fundan-

Virtus operandi non eſt accidens.

tur

tur ejusmodi potentiæ ſeu virtutes in *anima*, & tanquam partes (ſi ita loqui licet) *Metaphyſicæ* adintegrant unam *potentiam ſentiendi*, prout ſuperius de diſtinctione formali Scotiſtica dictum eſt. (CXXX.)

Inſt. Omne, quod eſſentiæ jam conſtitutæ ſupervenit, eſt accidens: atqui virtus operandi ita ſupervenit: ergo. R. D. M. Quod ſupervenit, ut aliquid phyſium C. M. ut reſultans gradus metaphyſicus. N. M. &c. Virtus iſta, ſicut & alii gradus Metaphyſici ſupponunt *eſſentiam phyſicam*, quæ dein Metaphyſice dividitur in varia *principia*, *potentias*, & *virtutes*, quæ ſimul in unum collectæ ipſi τῷ eſſe *phyſico* poſſunt ſubſtitui. (LXXI. & CXXVII.)

Finis habet rationem cauſæ, non vero inſtrumentum.

Ob. 3. Cauſa *finalis* habet veram rationem cauſæ: ergo & accidens tanquam *inſtrumentum*. R. 1. D. A. habet rationem cauſæ *intentionalis*. C. A. realis & efficientis. N. A. & C. R. 2. Tr. A. N. C. *diſpar.* eſt, quia ratio *in* cauſa finali habetur exiſtentiæ alterius a ſe rei: (CCXLI.) at non habetur ratio ejusmodi *in inſtrumento*, ſed tota ratio habetur *in applicante*. (CCXLVII.)

Inſt. 1.

Inſt. 1. Celeritas habet vim maximam ad producendos effectus, ut in materia de *motu* declarari ſolet: ergo etiam inſtrumentum. R. D. A. Et hæc celeritas re ipſa eſt ſubſtantia motu majori agitata &c. C. A. eſt accidens in ſenſu Thomiſtarum. N. A. & C. Profecto non *celeritas lapidis*, tanquam accidens Thomiſticum, ſed ipſe *lapis*, celerrime motus a Davide, Goliam proſtravit, neque defacto mucronis *acies*, tanquam *accidens*, ſed ipſe *mucro acutus* eſt cauſa efficiens, per quam hoſtes in bello necantur &c.

Inſt. 2. Cauſa ſæpe abeſt, neque aliter, niſi per *virtutem* eſt præſens, per quam nihilominus producit effectum: ergo virtus debet eſſe *ſeparabilis* a cauſa, conſequenter &c. R. D. A. non niſi per *virtutem*, hoc eſt, per effluvium ſubſtantiale C. A. per virtutem, quæ ſit accidens N. A. & C. Sed de hoc plura in *art. ſeq.*

Inſt. 3. In generatione plantæ vel animalis adeſt *ſemen*, tanquam *virtus* parientis, quod *immediate* concurrit ad generationem ſubſtantialem: ergo ipſum agens non immediate operatur

per

per formam ſubſtantialem, ſed per *inſtrumentum*, ſeu *virtutem*: conſequenter ipſa *virtus* immediate producit ſubſtantiam. R. D. A. & hæc virtus eſt ſubſtantia C. A eſt accidens N. A. & C. Certe per *accidentia*, utpote nullam entitatem poſitivam habentia, nec *planta* nec *animal* generari unquam poteſt, nec ullus agricola, ſi mera *accidentia* in agro ſuo ſeminaret, meſſem *ſubſtantialem* ſperare poſſet: aut *nunquid de ſpinis colliget* quisquam *uvas?* etſi *ſpinæ* cum *uvis* in *ſubſtantia* conveniant, quod tamen de *ſubſtantia* & *accidente* non item dici poteſt. (CCLVII.) Cæterum de generatione, plantæ, aut animalis diſſerendi locus hic ſat aptus non eſt, Alia vero, quæ adhuc a Thomiſtis ſolent objici, Neoterici per *ſubſtantias* varie *modificatas* longe commodius explicant. (CCLVIII.)

Activitas cauſarum creatarũ explicatur.

CCLX. *Scholion.* Juvat hic pro majori dictorum claritate acquirenda apponere Syſtema Cl. P. Habisreutinger, quod ille de *activitate* cauſarum creatarum erudite profert *in appendice quæſtionum &c. p.* 1. *pag. mihi* 181. ubi ait, ad ideam *activitatis cauſarum creatarum* formandam ſequentia eſſe notan-

tanda. I. Quod Deus, ut cauſa *prima* & univerſalis, ſemper ita influat, ut det rationem *entis*, illud producendo ex nihilo per infinitam ſuam potentiam; cauſa *particularis* econtra in eodem inſtanti ſimul ita influat, ut ens quaſi præexiſtens *modificet*, eique imprimendo certum prædicatum differentiale, *determinet* ad certam ſpeciem; nam Deus cauſam ſecundam permittit ſecum concurrere ad effectum producendum, prout cum aliis Philoſophis expreſſe loquitur Doctor Angelicus *de potentia. q. 3. art. 1. & art. 4.* II. Quod inter cauſas creatas illæ, quæ ſunt liberæ, in agendo *ſe ipſas* determinent; quæ autem ſunt neceſſariæ, determinentur *ab alia*, nec tamen mere *paſſive* ſe habeant, ſed etiam *active* influant. Sic v. g. ſerra determinatur ad motum ab alio, adeoque *paſſive* motum in ſe recipit, nihilominus tamen etiam *active* abradit ſcobem, diſcindit lignum, & concurrit e. g. ad ſcamnum conficiendum, ſicque eſt cauſa etiam *activa*, utut reſpectu *principalis* cauſæ ſit ſolum cauſa *inſtrumentalis*. III. Quod Deus cauſis *neceſſariis* in prima geneſi impreſſerit certum *motum*, *impetum*, & *niſum* ad ſua quaſi centra, eumque creative

ſemper *conſervet*, vi cujus e.g. lapis extra centrum premat deorſum, & gravitet, leviora extrudat loco &c. item v. g. *igniculi* perturbato motu tumultuentur, & alia corpora ad ſimilem motum concitent, partes diſſolvant &c. *Ideæ* denique *ſeminales* (ſeu prima ſtamina) in plantis deliteſcentes nitantur ſe evolvere per motum, impulſum, & niſum, a prima cauſa ſibi inditum, ſecundum leges creatoris &c., in eoque ſenſu vere *agant* ejusmodi cauſæ, quamvis etiam *agantur* a Deo, tanquam primo motore. IV. Quod *virtus activa* ſicut in cauſis *artificialibus*, ita etiam in *naturalibus* conſiſtat non ſolum in *motu*, quem paſſive recipiunt, ſed etiam in aliis prædicatis, cuilibet cauſæ propriis. Sic eadem *ſerra*, ut habeat virtutem, & potentiam ſecandi, debet eſſe *impenetrabilis*, *dura*, *dentata*, &c. lapis pariter, ut premat, loco extrudat, impulſum imprimat, debet ex natura ſua habere *impenetrabilitatem*, & alia prædicata, quæ *lapidem* in ſua ſpecie conſtituunt: item *ignis*, ut poſſit inſtar ſpiculorum poros penetrare, partes ligni diſſolvere &c. debet eſſe *cuſpitatus*, & *tenuitate* partium ad ſimilia peragenda ex natura ſua *diſpoſitus*. Unde nunc

nunc facile capi poteſt, quomodo Deus det cauſis ſecundis certam *virtutem* illis propriam, & illæ cauſæ *ex virtute propria*, quam a Deo conſervante habent, poſſint ſimul cum cauſa prima agere. Sic enim v. g. ſi halitus igneus depurat lutum a particulis humidis, & conſtringit terreas, aliasque remanentes in talem plexum, vi cujus evadit corpus, non malleo ductile, non igne liquabile, ſed *durum*, *grave*, in ſolas arenulas, & ſabulum *contundibile*, tunc dat materiæ *luti* prædicatum differentiale *lapidis*, & determinat *ad ſpeciem entis*, non producendo *lapidem* ipſum in ratione *entis*, ſed in ratione entis *talis*, *qua talis*. Unde cauſæ ſecundæ *concurrunt* cum cauſa prima in eadem productione, per quam Deus effectui dat rationem *entis*, & cauſa ſecunda vi potentiæ, a Deo acceptæ, dat *prædicatum* differentiale per talem & talem introductam *modificationem* aut *configurationem*. De qua ſuo loco.

Medium intercedens inter cauſam agentem, & ſubjectũ.

ctum producere debet, intercedat aliquod *medium* v. g. aër, ignis, aqua &c. inter cauſam agentem & ſubjectum: quodſi iſtud medium ſit *æque capax* recipiendi in ſe actionem cauſæ, ac eſt ipſum ſubjectum, tunc vocant *medium ejusdem rationis*; ſin autem *incapax* ſit, *diverſæ rationis* appellant. Sic e. g. dum ſol illuminat aliquod objectum, ſolis virtus tranſit per *aërem*, qui eſt æque capax paſſivæ illuminationis ſicut objectum, & conſequenter medium *homogeneum* ſive *ejusdem rationis*: e converſo, ſi e. g. unus Angelus, ab altero milliari diſtans, cogitationem illi ſuam manifeſtet, hæc actio, utpote *ſpiritualis*, cum non poſſit recipi in *aëre* intermedio materiali, hoc medium, per quod locutio tranſit, eſt *diverſæ rationis*, ſive *heterogeneum*; non enim congruit ſubjecto, ſcilicet illi angelo, in cujus intellectu fit mutatio.

Actio in diſtans dari poteſt ſupernaturaliter,

CCLXIII. Quod actio hujusmodi in diſtans dari poſſit *ſupernaturaliter*, plerique concedunt; quis enim hoc denegabit omnipotentiæ Divinæ? niſi quis forte dicere velit, quod in tali caſu non cauſa *ſecunda*, ſed potius *prima* effectum in loco diſtanti *per ſe* pro-

producat, id quod utique verum eſt, ſi *in rigore* loqui velimus, & ex ſuppoſito, quod Deus cauſam ſecundam, loco diſtantem, in partem actionis ſuæ *nolit* accipere, quid autem, ſi *ex beneplacito ſuo ſpeciali* id *velit*? Igitur quæſtio hic ſolummodo agitur, an *viribus naturalibus* & *ordinariis* cauſa qualiscunque creata agere *in diſtans* queat? pro cujus reſolutione ſequitur

PROPOSITIO.

Naturaliter non datur actio ulla in diſtans.

CCLXIV. Probatur I. Juxta commune axioma *operari* ſequitur ad *eſſe*: ergo etiam operari *in aliquo loco* ſequitur ad eſſe *in aliquo loco*, conſequenter cauſa ſecunda *operari* non poteſt in aliquo loco, niſi aliqua ratione *ſit* in illo loco, nimirum vel per præſentiam *ſuppoſiti*, vel per præſentiam *virtutis*; (CCLXII.) adeoque non datur naturaliter ulla actio in diſtans. (*n. cit.*) Confirmatur. Creatura, eo ipſo quod ſit *limitata*, neceſſario debet ſe continere intra certam, ut ajunt, *activitatis ſphæram*, Non vero naturaliter.

 ne-

ſtantiam, ſeu potius, *igniculi ſubſtantiales* aliis corporibus ſeſe communicent, & ſic de aliis, ut *Phyſica* docebit.

Solvuntur Objectiones.

Dei actio eſt independens. CCLIX. OB. 1. *Contra I. Prop.* Solus DEUS eſt ſua *actio*: ergo actio *in creatis* eſt entitas ab agente diſtincta. R. D. A. Eſt ſua actio *independenter* ab auxilio alterius cauſæ ſuperioris C. A. *dependenter* ab iſto auxilio. N. A. & C. *Actio*, qua agit homo, nihil eſt aliud, quam ipſe *homo*, prout eſt *agens*, etſi agere homo non poſſit, niſi *dependenter* a DEO concurrente.

Inſt. Actio voluntatis humanæ eſt quandoque *ſupernaturalis*: ergo eſt entitas a voluntate, quæ pure *naturalis* eſt, diſtincta. R. N. C. Nam ideo ſolum dicitur *ſupernaturalis*, quia hominis actio non nunquam a ſolius humanæ voluntatis viribus non ita dependet, quin *ſpeciale* & *ſupernaturale* DEI auxilium ad aliquos actus, creaturæ ex natura *indebitos*, requiratur, non tamen propterea ſequitur, quod actio hominis *naturalis* ſit entitas, ab humana voluntate agente diſtincta. (CCLV.)

OB. 2.

Ob. 2. *Contra II. Prop. cum Thomiſtis.* Virtus operandi in ſubſtantia eſt accidens: per *virtutem* autem illam ſubſtantia producit effectus ſubſtantiales: ergo accidens producit ſubſtantiam. p. M. Illud eſt accidens, quod poteſt adeſſe vel abeſſe: atqui virtus operandi poteſt adeſſe vel abeſſe: ergo. p. m. in cæco e. g. perit *virtus* videndi, in claudo *virtus* ambulandi &c., quæ tamen prius aderant: ergo. R. N. M. (CCLIV. IV.) ad *prob.* Tr. M. alia enim *accidentis phyſici* definitio data eſt ſupra. (CLXXIII.) N. m. Ad hujus *prob.* D. A. perit virtus proxima & relativa, ſcilicet, quæ dicit *ordinem* ad organa corporea (hic & nunc deſtructa, vel ligata) C. A. perit virtus remota & abſoluta, quæ fundatur in *anima*, habente ejusmodi virtutes, dependenter ab organis corporeis in actum reducendas N. A. & C. Dein *Retorq.* Etiam *infantes*, aut perpetuo *amentes* nunquam *actu* ratiocinantur: quis vero illis *potentiam ratiocinandi* denegabit, niſi dicere velit, quod ejusmodi homuli *homines* non ſint? Item *dormiente* v. g. *corpore*, quis affirmabit, quod in ipſo pereat potentia *audiendi*, *videndi*, ſe *movendi* &c.? Nempe fundantur

Virtus operandi non eſt accidens.

tur ejusmodi potentiæ ſeu virtutes in *anima*, & tanquam partes (ſi ita loqui licet) *Metaphyſicæ* adintegrant unam *potentiam ſentiendi*, prout ſuperius de diſtinctione formali Scotiſtica dictum eſt. (CXXX.)

Inſt. Omne, quod eſſentiæ jam conſtitutæ ſupervenit, eſt accidens: atqui virtus operandi ita ſupervenit: ergo. R. D. M. Quod ſupervenit, ut aliquid phyſium C. M. ut reſultans gradus metaphyſicus. N. M. &c. Virtus iſta, ſicut & alii gradus Metaphyſici ſupponunt *eſſentiam phyſicam*, quæ dein Metaphyſice dividitur in varia *principia*, *potentias*, & *virtutes*, quæ ſimul in unum collectæ ipſi τῷ eſſe *phyſico* poſſunt ſubſtitui. (LXXI. & CXXVII.)

Finis habet rationem cauſæ, non vero inſtrumentum.

Ob. 3. Cauſa *finalis* habet veram rationem cauſæ: ergo & accidens tanquam *inſtrumentum*. R. 1. D. A. habet rationem cauſæ *intentionalis*. C. A. realis & efficientis. N. A. & C. R. 2. Tr. A. N. C. *diſpar.* eſt, quia ratio *in* cauſa finali habetur exiſtentiæ alterius a ſe rei: (CCXLI.) at non habetur ratio ejusmodi *in inſtrumento*, ſed tota ratio habetur *in applicante.* (CCXLVII.)

Inſt. 1.

Inſt. 1. Celeritas habet vim maximam ad producendos effectus, ut in materia de *motu* declarari ſolet: ergo etiam inſtrumentum. R. D. A. Et hæc celeritas re ipſa eſt ſubſtantia motu majori agitata &c. C. A. eſt accidens in ſenſu Thomiſtarum. N. A. & C. Profecto non *celeritas lapidis*, tanquam accidens Thomiſticum, ſed ipſe *lapis*, celerrime motus a Davide, Goliam proſtravit, neque defacto mucronis *acies*, tanquam *accidens*, ſed ipſe *mucro acutus* eſt cauſa efficiens, per quam hoſtes in bello necantur &c.

Inſt. 2. Cauſa ſæpe abeſt, neque aliter, niſi per *virtutem* eſt præſens, per quam nihilominus producit effectum: ergo virtus debet eſſe *ſeparabilis* a cauſa, conſequenter &c. R. D. A. non niſi per *virtutem*, hoc eſt, per effluvium ſubſtantiale C. A. per virtutem, quæ ſit accidens N. A. & C. Sed de hoc plura in *art. ſeq.*

Inſt. 3. In generatione plantæ vel animalis adeſt *ſemen*, tanquam *virtus* parientis, quod *immediate* concurrit ad generationem ſubſtantialem: ergo ipſum agens non immediate operatur

per

per formam ſubſtantialem, ſed per *inſtrumentum*, ſeu *virtutem*: conſequenter ipſa *virtus* immediate producit ſubſtantiam. R. D. A. & hæc virtus eſt ſubſtantia C. A eſt accidens N. A. & C. Certe per *accidentia*, utpote nullam entitatem poſitivam habentia, nec *planta* nec *animal* generari unquam poteſt, nec ullus agricola, ſi mera *accidentia* in agro ſuo ſeminaret, meſſem *ſubſtantialem* ſperare poſſet: aut *nunquid de ſpinis colliget* quisquam *uvas?* etſi *ſpinæ* cum *uvis* in *ſubſtantia* conveniant, quod tamen de *ſubſtantia* & *accidente* non item dici poteſt. (CCLVII.) Cæterum de generatione, plantæ, aut animalis diſſerendi locus hic ſat aptus non eſt, Alia vero, quæ adhuc a Thomiſtis ſolent objici, Neoterici per *ſubſtantias* varie *modificatas* longe commodius explicant. (CCLVIII.)

Activitas cauſarum creatarū explicatur.

CCLX. *Scholion.* Juvat hic pro majori dictorum claritate acquirenda apponere Syſtema Cl. P. Habisreutinger, quod ille de *activitate* cauſarum creatarum erudite profert *in appendice quæſtionum &c. p.* 1. *pag. mihi* 181. ubi ait, ad ideam *activitatis cauſarum creatarum* formandam ſequentia eſſe notan-

tanda. I. Quod Deus, ut cauſa *prima* & univerſalis, ſemper ita influat, ut det rationem *entis*, illud producendo ex nihilo per infinitam ſuam potentiam; cauſa *particularis* econtra in eodem inſtanti ſimul ita influat, ut ens quaſi præexiſtens *modificet*, eique imprimendo certum prædicatum differentiale, *determinet* ad certam ſpeciem; nam Deus cauſam ſecundam permittit ſecum concurrere ad effectum producendum, prout cum aliis Philoſophis expreſſe loquitur Doctor Angelicus *de potentia. q. 3. art. 1. & art. 4.* II. Quod inter cauſas creatas illæ, quæ ſunt liberæ, in agendo *ſe ipſas* determinent; quæ autem ſunt neceſſariæ, determinentur *ab alia*, nec tamen mere *paſſive* ſe habeant, ſed etiam *active* influant. Sic. v. g. ſerra determinatur ad motum ab alio, adeoque *paſſive* motum in ſe recipit, nihilominus tamen etiam *active* abradit ſcobem, diſcindit lignum, & concurrit e. g. ad ſcamnum conficiendum, ſicque eſt cauſa etiam *activa*, utut reſpectu *principalis* cauſæ ſit ſolum cauſa *inſtrumentalis*. III. Quod Deus cauſis *neceſſariis* in prima geneſi impreſſerit certum *motum*, *impetum*, & *niſum* ad ſua quaſi centra, eumque creative

ſemper *conſervet*, vi cujus e.g. lapis extra centrum premat deorſum, & gravitet, leviora extrudat loco &c. item v. g. *igniculi* perturbato motu tumultuentur, & alia corpora ad ſimilem motum concitent, partes diſſolvant &c. *Ideæ* denique *ſeminales* (ſeu prima ſtamina) in plantis deliteſcentes nitantur ſe evolvere per motum, impulſum, & niſum, a prima cauſa ſibi inditum, ſecundum leges creatoris &c., in eoque ſenſu vere *agant* ejusmodi cauſæ, quamvis etiam *agantur* a Deo, tanquam primo motore. IV. Quod *virtus activa* ſicut in cauſis *artificialibus*, ita etiam in *naturalibus* conſiſtat non ſolum in *motu*, quem paſſive recipiunt, ſed etiam in aliis prædicatis, cuilibet cauſæ propriis. Sic eadem *ſerra*, ut habeat virtutem, & potentiam ſecandi, debet eſſe *impenetrabilis*, *dura*, *dentata*, &c. lapis pariter, ut premat, loco extrudat, impulſum imprimat, debet ex natura ſua habere *impenetrabilitatem*, & alia prædicata, quæ *lapidem* in ſua ſpecie conſtituunt: item *ignis*, ut poſſit inſtar ſpiculorum poros penetrare, partes ligni diſſolvere &c. debet eſſe *cuſpitatus*, & *tenuitate* partium ad ſimilia peragenda ex natura ſua *diſpoſitus*. Unde

nunc

nunc facile capi poteſt, quomodo Deus det cauſis ſecundis certam *virtutem* illis propriam, & illæ cauſæ *ex virtute propria*, quam a Deo conſervante habent, poſſint ſimul cum cauſa prima agere. Sic enim v. g. ſi halitus igneus depurat lutum a particulis humidis, & conſtringit terreas, aliasque remanentes in talem plexum, vi cujus evadit corpus, non malleo ductile, non igne liquabile, ſed *durum*, *grave*, in ſolas arenulas, & ſabulum *contundibile*, tunc dat materiæ *luti* prædicatum differentiale *lapidis*, & determinat *ad ſpeciem entis*, non producendo *lapidem* ipſum in ratione *entis*, ſed in ratione entis *talis*, *qua talis*. Unde cauſæ ſecundæ *concurrunt* cum cauſa prima in eadem productione, per quam Deus effectui dat rationem *entis*, & cauſa ſecunda vi potentiæ, a Deo acceptæ, dat *prædicatum* differentiale per talem & talem introductam *modificationem* aut *configurationem*. De qua ſuo loco.

ARTICULUS IV.

An cauſa efficiens poſſit agere in diſtans?

Cauſæ creatæ non poſſunt agere, niſi cum certis conditionibus.

CCLXI. Cum cauſæ creatæ omnes ſint *finitæ* ac limitatæ, hinc certis quibusdam in agendo egent *conditionibus*, & quidem, præter *influxum* Dei *ſimultaneum*, de quo inferius, multa requiruntur, pro varia *loci*, *temporis*, & *ſubjecti* ratione, in quibus cauſæ creatæ operantur, experientia teſtante, cauſas ſecundas operari non poſſe, niſi in aliqua *materia*, ſeu ſubjecto, niſi certo quodam *tempore*, & *loco*, per quod a cauſa prima infinitâ ac illimitatâ differunt: cæteras autem inter ejusmodi conditiones, ſine quibus cauſæ ſecundæ operari nequeunt, ea præſertim recenſetur, ut illud ſubjectum, in quo fit operatio, ſit iisdem aliqua ratione *præſens*. Eam porro *præſentiam* cum negent non nulli eſſe requiſitum quoddam generale ad actiones creaturarum, dicentes, quod dari etiam poſſit in creaturis quædam *actio in diſtans*: hinc de ea hic nobis ſermo erit.

CCLXII.

CCLXII. Definitur ergo famoſa illa *actio in diſtans*, quod ſit *exercitium potentiæ, ſeu cauſæ, quin ſit immediate, aut mediate applicata, ſive approximata ipſi termino, in quo producit effectum.* Cæterum cauſa tunc *immediate* dicitur applicata, quando ſubjecto ita eſt præſens, ut illi *ſecundum* ſubſtantiam *ſuam* adhæreat. e. g. Cum *manus* lapidem, quem tangit, projicit: hæc applicatio in ſcholis etiam vocatur *immediata immediatione ſuppoſiti: Mediate* econtra applicata dicitur cauſa, quando a ſubjecto quidem ſecundum ſuam ſubſtantiam diſtat, ſed tamen ejus *virtus* ad ſubjectum ipſum diffunditur, ac in ipſo recipitur. (CCLIV. IV.) Sic *magnes* trahit ferrum, *ſol* terram calefacit, *oculus* percipit objecta corporea &c., licet oculus ab objecto, ſol a terra, magnes a ferro diſtet &c., quia *virtus* quædam (*ſubſtantiale effluvium* Neoterici vocant) a magnete in ferrum, atque a ſole in terram, itemque ab objecto in oculum diffunditur, quapropter illa cauſa a Peripateticis dicitur agere immediate *immediatione virtutis* tantum, non *ſuppoſiti.* Ad actionem in diſtans inſuper requirunt ejus Patroni, ut, dum cauſa diſtat a ſubjecto, in quo effe-

Actio in diſtans quid ſit?

Applicatio ſuppoſiti, & virtutis.

Medium intercedens inter cauſam agentem, & ſubjectũ.

ctum producere debet, intercedat aliquod *medium* v. g. aër, ignis, aqua &c. inter cauſam agentem & ſubjectum: quodſi iſtud medium ſit *æque capax* recipiendi in ſe actionem cauſæ, ac eſt ipſum ſubjectum, tunc vocant *medium ejusdem rationis*; ſin autem *incapax* ſit, *diverſæ rationis* appellant. Sic e. g. dum ſol illuminat aliquod objectum, ſolis virtus tranſit per *aërem*, qui eſt æque capax paſſivæ illuminationis ſicut objectum, & conſequenter medium *homogeneum* ſive *ejusdem rationis*: e converſo, ſi e. g. unus Angelus, ab altero milliari diſtans, cogitationem illi ſuam manifeſtet, hæc actio, utpote *ſpiritualis*, cum non poſſit recipi in *aëre* intermedio materiali, hoc medium, per quod locutio tranſit, eſt *diverſæ rationis*, ſive *heterogeneum;* non enim congruit ſubjecto, ſcilicet illi angelo, in cujus intellectu fit mutatio.

Actio in diſtans dari poteſt ſupernaturaliter,

CCLXIII. Quod actio hujusmodi in diſtans dari poſſit *ſupernaturaliter*, plerique concedunt, quis enim hoc denegabit omnipotentiæ Divinæ? niſi quis forte dicere velit, quod in tali caſu non cauſa *ſecunda*, ſed potius *prima* effectum in loco diſtanti *per ſe* pro-

producat, id quod utique verum eſt, ſi *in rigore* loqui velimus, & ex ſuppoſito, quod Deus cauſam ſecundam, loco diſtantem, in partem actionis ſuæ *nolit* accipere, quid autem, ſi *ex beneplacito ſuo ſpeciali* id *velit*? Igitur quæſtio hic ſolummodo agitur, an *viribus naturalibus* & *ordinariis* cauſa qualiscunque creata agere *in diſtans* queat? pro cujus reſolutione ſequitur

PROPOSITIO.

Naturaliter non datur actio ulla in diſtans.

CCLXIV. Probatur I. Juxta commune axioma *operari* ſequitur ad *eſſe*: ergo etiam operari *in aliquo loco* ſequitur ad eſſe *in aliquo loco*, conſequenter cauſa ſecunda *operari* non poteſt in aliquo loco, niſi aliqua ratione *ſit* in illo loco, nimirum vel per præſentiam *ſuppoſiti*, vel per præſentiam *virtutis*; (CCLXII.) adeoque non datur naturaliter ulla actio in diſtans. (*n. cit.*) Confirmatur. Creatura, eo ipſo quod ſit *limitata*, neceſſario debet ſe continere intra certam, ut ajunt, *activitatis ſphæram*, ne-

Non vero naturaliter.

neque actionem ſuam *ultra* illam diffundere valet. Sic ignis v. g. non poteſt ad *quamlibet* diſtantiam calefacere, ſed ad *certam* tantum, & determinatam: atqui ſi daretur actio naturalis in diſtans, nulla daretur *activitatis ſphæra*, & non minus calefacere poſſet ignis ad *mille* paſſus, quam ad *unum* aut alterum pedem: aut quis illum *limitibus* coerceret, cum nullum tunc haberet? ergo nulla datur actio naturalis in diſtans.

Probatur II. Si daretur actio in diſtans, tunc 1. nulla daretur regula diſcernendi effectus *magicos*, aut *ſuperſtitioſos* ab effectibus *naturalibus*: atqui hoc dici nequit: ergo nec id, unde ſequitur. p. ſ. M. In omni enim effectu, utut maxime ſuperſtitioſo, v. g. in *Europa* contingente, poſſet dici, exiſtere aliquam cauſam naturalem v. g. in *India*, etſi nobis incognitam, quæ hic & nunc producat talem effectum. 2. Nunquam eſſemus certi de *cauſa* effectûs, quia ſemper poſſemus dubitare, an forte non ſit productus ab alia cauſa, alibi exiſtente, quam non videmus? 3. Per actionem in diſtans minus quoque foret conſultum naturæ;

cum

cum deeſſet tunc medium ſe defendendi ab agentibus creatis, non enim determinari poſſet, quouſque agens ſuam activitatem extendat? quia (ut adverſæ ſententiæ Patroni defendunt) nullum tranſiret medium, adeoque irrita foret ſeſe muniendi ſollicitudo: ergo dici debet, quod nulla cauſa creata producere effectum valeat, niſi ſit illi *contigua*, & *præſens*, aut *per ſe ipſam*, aut mediante quodam *inſtrumento*, vel per emiſſa quædam *effluvia*, ut mox patebit ex ſolutione objectionum. Nec etiam ſufficit ſolus contactus *virtualis*, ſumendo *virtutem* in ſenſu *Thomiſtarum*, (CCLIV. III.) aut in ſenſu pure *metaphyſico*; nam ex eo, quod agens habere a parte rei concipiatur ejuſmodi virtutem, vel potius *formalitatem*, aut *ſubſtratum metaphyſicum*, (LXVIII.) nondum ſequitur, quod in ſubjectum diſtans *phyſice* agat; alias per ſolam *potentiam* v. g. ſive *virtutem volendi* poſſet quis occidere violentum invaſorem, quod eſſet abſurdum dicere: ergo &c.

Solvuntur Objectiones.

Pulvis Sympatheticus nequit absque ſuperſtitione agere in locum nimis diſtantem.

CCLXV. Ob. 1. Pulvis, qui dicitur *Sympatheticus*, ſi applicetur ſanguini hominis vulnerati, etiam per notabile ſpatium *diſtantis*, facit coire vulnus ipſum, illudque ſanat: ſimilem effectum quoque præſtat *unguentum*, ut vocant, *armarium*, ex adipe aut cerebro hominis e patibulo pendentis confectum; ſi enim illo perliniantur arma, queis vulneratus quidam fuit, iſte etiam *abſens* a vulnere curatur ſuo: pariter notiſſimum exiſtit, quod magnes ad magnam diſtantiam ferrum attrahat, & *electrum* feſtucas ac paleas: ergo cauſæ efficientes, utut a ſubjecto plurimum *diſtantes*, vere producunt effectum, & conſequenter debet concedi, quod detur *actio in diſtans*. R. 1. D. C. Cauſa a ſubjecto diſtans diſtantiâ *ſuppoſiti* C. C. diſtantiâ *virtutis* N. C. & C. Sane (ut priora duo experimenta nunc omittam) virtutem aliquam, ſeu *effluvia* ſubſtantialia (cujuscunque *figuræ*, aut *motûs* exiſtant) a *magnete* diffundi, quæ in *ferro*, ceu ſubjecto recipiantur, inde vel maxime patet, quia juxta *medii* diverſitatem, *diverſa* quoque, hoc eſt, modo

Magnes attrahit ferrum per effluvia.

ma-

major, modo minor *attractio* datur; ſic enim, v. g. interpoſitâ tabulâ non ita prompte ferrum ad magnetem accedit, id quod evidens ſignum eſt, quod virtus magnetica, tanquam *ſubſtantiale* ac *impenetrabile* quoddam effluvium, operoſius ac difficilius denſius aliquod medium pervadat, quam rarius. Quod autem *Electrum* paleas & feſtucas attrahere videatur, ratio eſt, quia habet vim continuam, ſi ſit calefactum, motum excitandi in aëre ſibi vicino, eumque rarefaciendi, ideoque vicinæ paleæ moventur verſus Electrum ab aëre exteriore premente, ſicque attolluntur a medio denſiore in rarius, fere ſicut lignum v. g. aquæ immerſum, ab ea ad ſuperficiem attollitur. Jam quantum ad *Antec. R.* 2. quæ de *pulvere Sympathetico*, aliisque *medicamentis*, ad *magnam*, uti dicitur diſtantiam agentibus, a non nullis afferuntur, ea ab aliis pleriſque inter *fabulas* reputantur, aut certe *ſuperſtitioſis* annumerantur; ſi tamen effectus ille activitatis ſphæram, cauſis ſecundis poſitam, non excedat, atque adeo intra *modicam* diſtantiam contingat, ejus vis *naturaliter* quoque explicari, ac in ſolo corpuſculorum *effluvio* collocari

Electrum quomodo attrahat paleas?

Si tamen pulvis Sympath. naturaliter agit in diſtans, explicari

debet per effluvia. cari pariter valet; conficitur enim pulvis ille potiſſimum, ac fere unice, ex *vitriolo*, quod ſimul in ſe continet aliquod *ſal volatile*, vi cujus corpuſcula moveri, atque ad vulnus *avolare* poſſunt, tum etiam *virtutem balſamicam*, quæ vulnus coaleſcere facit.

Unguentum armarium de ſuperſtitione admodum ſuſpectum eſt.

Unguentum porro illud *armarium* de *ſuperſtitione* manifeſta ſuſpectum reddunt multa, nam 1. aliæ medicinæ non agunt in tantam *diſtantiam*, & cum ſimili *applicatione*, etſi, quoad *materiam*, in omnibus aliis prorſus æqualem, aut etiam majorem habeant vim, quam habent partes, unguentum iſtud conſtituentes. 2. *Circumſtantiæ* in applicando hocce unguento plane concurrere videntur, cum effectibus *ſuperſtitioſis*, ac *magicis communes;* arma enim per illud ligantur *certis ritibus*, inungendo ea a cuſpide ad capulum &c., adeoque potius dæmon (uti fit in effectibus magicis) *explicite*, vel ſaltem *implicite*, invocatus, celerrime applicando activa paſſivis, iſtud vulnus curat, ut alibi dicetur. Nec certe Deus præſumendus eſt alligaſſe vim *naturalem* talibus cauſis, & conditionibus, quæ non ſerviunt ad ſpecialem *finem*, ab authore naturæ intentum, imo quæ ſunt con-

nexæ

nexæ cum iis circumſtantiis, quas non eſt conveniens, ut Deus eligat, cum confirment malitiam utentium, qui plerumque homines *peſſimi* ſunt; dedecet vero Deum communicare operibus tenebrarum &c.: Ergo.

Inſt. 1. Virga Coryli, (vulgo *divinatoria* dicitur) ſi manu rite teneatur, inclinat ſe, ubi latens aurum vel argentum eſt: atqui hæc inclinatio nequit *effluviis* adſcribi: ergo datur actio in diſtans. p. m. Aurum & argentum ferme nulla habent effluvia, ut patet ex illo experimento, quo ſcitur, quod aurum, in fornace vitriaria intenſiſſimo calore aduſtum, nihil tamen de pondere priſtino poſt longum tempus amiſerit, uti teſtatur Cl. Boyle: ergo. R. Etiam de hac virga divinatoria magna eſt inter Philoſophos diſceptatio, an ejus effectus ſint *ſuperſtitioſi*, nec ne? primæ ſententiæ cum aliis accedunt Cl. PP. *Kircherus*, *Schottus*, *Fabri* &c. Hoc certum eſſe videtur, illius uſum a ſuperſtitione alienum haud exiſtere, quando adhibetur ad inveſtigandos *homicidas*, aut recuperandas res, *furto* ablatas; nulla ſiquidem habetur naturalis *connexio* inter illa, nec *homicida*,

Virgula divinatoria pariter ſuperſtitione haud vacare videtur.

aut

aut res *furto* ablatæ in *natura* ſua immutantur, cur igitur virgula eas præ aliis manifeſtas reddat, cum *antea* id facere nequiverit? dein etiam *univerſaliter* verum non eſt, illam virgulam in *omnium* hominum manibus ſe ſe inclinare, cum potius experientia teſtetur, eam in *plurimorum* manibus ſine ullo ſucceſſu, & omnino *immobilem* perſiſtere, etiam præſente metallo, & quandoque non niſi *fraude*, a circumſtantibus ſæpe detecta, inclinari. Accedit, quod eadem virgula pro diverſa applicantis *voluntate* incurvari dicatur; nam ſiquis ea ad quærendos *fontes* uti velit, hæc, præſente etiam & in ſuperficie terræ latente *auro*, non inclinatur; econtra ſi quis *aurum* vel aliud *metallum* indagare animo concepit, ad *fontis* latentis præſentiam tunc minime curvatur: quis autem affirmare audeat, ejusmodi effectus a ſola applicantis *intentione* naturaliter pendere, cum *natura*, (utpote cauſa *neceſſaria*, & non *libera*) poſitis *iisdem* circumſtantiis ſemper *uniformiter* operari ſoleat? denique quis credat, quod ſoli *de trivio* homines felices illas manus nacti ſint, in quibus virga exoptato ſuo effectu perfungitur? Nihilominus

ta-

tamen etiam cum aliis omnino non negavero, quod interdum absque ulla fraude, in *quorundam* manibus virgula ſe ſe inclinet, illi autem motus, qui in virgula deprehenduntur, tunc non aquarum, aut metallorum *effluviis* attribui poſſe mihi videntur, ſed aliis potius cauſis *naturalibus*, e. g. manuum, quibus virga tenetur, *calori*, ob quem fibrillæ hujus virgulæ ſuum ſitum mutant, & varie torquentur; unde & pro diverſo *temperamento*, variaque hominum conſtitutione, *diverſi* quoque effectus & motus in eadem fieri dicuntur: & ex hac ipſa ratione *Phyſici* illud experimentum explicant, quo fertur, aves deplumatas, ad ignem virgis Coryli affixas, aſſari, ſuaque ſponte in orbem gyrari.

Regula, per quam naturales effectus internoſcantur a ſuperſtitioſis.

Cæterum ex occaſione hucusque dictorum juvat hic opponere *regulam generalem*, ex qua cognoſcatur, ſitne revera aliquis effectus *naturalis* an *ſuperſtitioſus*? nempe illud omne pro *ſuperſtitione* habendum eſt, quod effectum *infallibiliter* ſibi adſcriptum, neque ex virtute *naturali*, neque ex *ſupernaturali*, ita infallibiliter ac univerſaliter producere valet. An vero aliquid habeat

vim

vim *naturalem*? conſtare poteſt vel *phyſicâ*, vel *morali* certitudine, a rerum phyſicarum peritis petitâ; ſed circa virtutem *ſupernaturalem*, conſuli debent S. Scriptura, traditiones, SS. Concilia &c. Quidquid enim virtute gaudet ſupernaturali, eam poſſidet ſibi collatam vel immediate a *Deo*, ut ſunt ſigna viſibilia externa in collatione SS. Sacramentorum, vel ab *Eccleſia*, prout ſe habent res benedictæ &c. Plura huc pertinentia paulo inferius de effectibus *magicis* videri queunt. (CCCXX.)

Explicantur adhuc variæ experientiæ.

Inſt. 2. *Baſiliſcus* ſolo aſpectu enecat homines, imo ſe ipſum, quando ſibi objicitur in ſpeculo. 2. *Vetulæ* ſolo itidem intuitu faſcinant teneros infantes, ut miſera, lentaque tabe pereant. 3. *Bufo* vivus hiante ore luſciniam ex arbore decidere facit, devoratque delapſam: atqui hæc ſine actione in diſtans naturaliter explicari nequeunt: ergo datur. R. N. m. & ſimul per *effluvia* declaro. Sic enim 1. *Baſiliſcus* per radios ſolares, vel per aerem diffundit particulas venenatas, quæ, ſi ab altero in poros recipiantur, & ſanguinem, mortem haud dubie afferre poſſunt, non minus, ac æger v. g. homini

mini ſano, ſi iſte alterius exhalationes in corpore ſuo excipit. 2. Similiter de illis *vetulis* dicendum, nempe quod earum corpora per aerem ſpargant corruptos halitus, qui tenera *puerorum* corpora lædunt, non autem duriora *virorum*, prout idem quoque aer peſtifer, a duobus ſimiliter in corpore exceptus, unum lædit, non alium, minus diſpoſitum. Vel etiam dici poteſt, quod puerorum phantaſia, ex aſpectu talium vetularum perculſa, non raro tam profunde ſibi imprimat illam adeo ſibi triſtem ideam, ut hæc illi perpetuo inhæreat, puerique ſic contabeſcant. 3. Simili ratione bufo a ſe continuo emittit vapores venenatos, qui, ſi in arborem eleventur, poterit ſane luſcinia, vertigine acta, decidere.

Inſt. 3. Ad ſolum occiſoris aſpectum cadaveris vulnera ebulliunt, atque aperiuntur, ita ut immediate ſanguis ex iis fluere conſpiciatur: atqui hic occiſor neque immediate *imediatione ſuppoſiti*, neque immediatione *virtutis*, cadaveri præſens exiſtit: ergo datur actio in diſtans. R. N. m. In occiſoris enim ejusdem veſtibus probabilius tenuiſſimæ ſanguinis particulæ adhærent, quæ ſi-

miles particulas ſanguinis, in cadavere exiſtentes excitant, cum præſertim particulæ *homogeneæ* facilius, & arctius inter ſe adhæreant, ac invicem conjungantur, unde hujus potius, quam alterius hominis ſuperficiem ambiunt, indeque ad motum concitant. Vel etiam ex *vindicta divina* ſimiles quandoque effectus contingunt.

Inſt. 4. *Bufo arefactus*, ſi ſacculo incluſus pendeat e collo unius de grege, arcere luem a grege dicitur. 2. Aſpectus *lupi*, ut fertur, cauſat raucedinem in conſpiciente. 3. *Torpedo*, quæ eſt parva piſcicula, manum piſcatoris ſtupore afficit, ſicut & alios piſces reddere immobiles narratur, ut eos poſtmodum devorare queat. 4. Alia itidem piſcicula, *remora* nomine, integras naves ſiſtit, & a curſu remoratur ſuo. 5. *Struthio-Camelus* ſolo aſpectu pullos ſuos ovis excludere memoratur. 6. *Lapides* quidam diverſa pollere dicuntur virtute, vel amorem, vel odium in hominibus concitandi. 7. Uno *oſcitante*, patuloque ore hiante, etiam alter ſimili modo oſcitat. 8. *Aqua* denique, in lebete igni admota, præ fervore ſuperius ebulliens, at-

que

que effervefcens, plerumque in fundo remanet adhuc frigida. Id ipſum contingit in oleo, chartæ ſuperfuſo, & igni ſuperimpoſito &c: atqui hæc omnia ſine actione in diſtans explicari apte non poſſunt: ergo datur. R. N. m. & explico. Quoad 1*mum Bufo arefactus* poteſt attrahere, per modum materiæ *alcalicæ*, Chymicis notæ, particulas venenatas aeris, utpote ſibi quodammodo *ſimiles* & *homogeneas*, prout paulo ante dictum eſt, ſicque auferendo cauſam, ſive venenum, auferre etiam effectum inde conſequentem, ſeu luem. Ad 2*dum lupus* mere *per accidens* raucedinem cauſat, & (ſi tamen quandoque ejusmodi effectus excitantur) id oritur ob concurrentes *ſpeciales* diſpoſitiones, e. g. ob nimium *terrorem*, indeque ſuppreſſos *ſpiritus* vitales, & animales, vel ob diſpoſitionem *aeris* &c. ut proin lupus ſolummodo dici mereatur cauſa *occaſionalis* reſpectu raucedinis. Ad 3*tium*. *Torpedo* piſcatoris manum ſtupefacit *veneno*, ſive *tremore* quodam per hamum vel rete diffuſo: illud nempe effluvium corpuſculorum venenatorum ſubit nervorum oſtiola in manu piſcatoris, eorumque canaliculos replet, ſicque affluxum ſpirituum ani-

malium impediendo, brachium inſtar opii obſtupefacit. Attamen *Cl. Reaumur* illum a torpedine cauſari ſolitum ſtuporem unice per *motum* & *tremorem* explicat, ſi enim manus vel nimium diſtet a piſce, experientia teſte, nullus ſentitur ſtupor, ſed tantum ſi vel manu tangatur piſcis, vel corpus aliquod durum, manum inter & piſcem ſit interjectum; refert igitur præfatus Cl. Auctor, quod in certa torpedinum, a ſe diſſectarum parte, ingentem fibrillarum, inter ſe connexarum congeriem deprehenderit; indeque arguit, quod torpedo in manum piſcatoris, hamum tangentis, agat *per impulſum*, a partibus piſcis valde elaſticis, quo prius contractæ, nunc violenta vi atque celerrime ſeſe reſtituunt, impreſſum: conſequenter nec dolor nec ſtupor ſentitur, quando piſcis muſculos contrahit, ſed quando eosdem dilatat. Ad 4*tum*. Quod de *Remora* dicitur, vel fabula eſt, ut plerique tenent, vel itidem per auctam *motûs* quantitatem explicari debet, nempe ſi ponatur, remoram eſſe piſciculum tantæ velocitatis, ut multis millionibus partium velocitatis in ſuo motu ſuperet alios piſces, aut ſi antecedenter

ad

ad hunc effectum ſupponatur in continuo motu fuiſſe per longiſſimum tempus, v. g. per annum integrum; hoc enim ſuppoſito (quod tamen ægre probari poteſt) *quantitas motûs* in remora eſſet major, quam quantitas motus in navi, ut in *Phyſica generali* patebit, & conſequenter navem ſiſteret, attamen probabilius videtur, illum effectum ab alia cauſa provenire, cui iſte piſciculus *per accidens* conjungitur, e. g. a certa diſpoſitione *ventorum*, *aëris*, *aquæ*, maxime *torrentium*, in fundo maris tranſeuntium, aut alterius materiæ, navis motum retardantis: nempe ſicut in mari dantur quidam piſces & animalia, quæ tunc ſolum videnda ſe præbent, ſi quando v. g. tempeſtas pluvia, aut turbo mari imminet; ita pariter contingere poteſt, ut etiam *remora* non niſi *in tali circumſtantia* prope navem conſpiciatur. Ad 5*tum*. *Struthio-Camelus* ſimiliter ova ſua ſolo aſpectu non excludit, utpote quæ potius excluduntur vel calore in ipſis jam latente, vel ab aëre vicino aut ſole proveniente, ipſe ergo tantum exſpectat, usque dum excludantur, eaque cuſtodit, ne rapiantur. Ad 6*tum*. Etiam tales *lapides*

poſſunt a ſe emittere quædam effluvia, cor vel dilatantia, vel contrahentia, vel omnino ad motum perturbatum commoventia, ſicut & *Muſica* motu vicino aëris concitat ad liberiorem motum, & agitat ſpiritus ſibi analogos, ut teſte S. Scriptura expertus eſt *Saul* per Cytharam *Davidis*, frequenter tamen quoad hosce lapides etiam intercedit *ſuperſtitio*. Ad 7*timum*. *Oſcitans*, *tuſſiens*, *ridens*, aut *plorans* alios ad ſimiles paſſiones & actus excitat ex data mox ratione; ſic enim & nervus lyræ, aut chelis alium ſibi *ſimilem* movet ex tremore, per aërem intermedium propagato; nam *ſonus*, ut ex *Phyſica* ſuppono, eſt aëris tremor, & undulatio, hæc autem illis præſertim corporibus communicari valet, quæ facilius *eundem* vibrationis motum recipere queunt, & conſequenter, cum nervus lyræ ponatur eſſe *uniſonus* cum alio, tremor unius, per aërem propagatus, alium ſine difficultate commovet. Vel etiam dici poteſt, quod ſimiles *actus* & *paſſiones* contingant per *ideas*, extrinſecus advenientes, quibus ad hos effectus *imaginatio* commovetur, maxime ſi jam habitus, & *conſuetudo* ſit contracta. Ad 8*vum*. Denuo

ex *Phyſica* ſuppono, *calorem* conſiſtere in motu perturbato & expanſivo partium ignitarum, qui dependet tum ab *applicatione* moventis, tum a *diſpoſitione materiæ*, ad motum recipiendum aptæ; & hinc, licet in lebete aut charta *inferiores* partes aquæ vel olei ſint æque *applicatæ* principio *moventi*, ſcilicet igni, tamen illæ partes inferiores non ſunt æque *diſpoſitæ* ad motum, ob propinquitatem corporis *gravioris* incumbentis, dum econtra partes ſuperiores, utpote *leviores*, & quaſi in libero aëre ſitæ, facillime ad motum rapidiſſimum concitari valent.

Inſt. 5. Planetæ (*ſol* præprimis) metalla, v. g. aurum in fodinis terræ producunt, a quibus longiſſime diſtant. Item ab experientia habetur, dum vites in Hiſpannia florent, vinum quoque, ex Hiſpannia in Angliam aſportatum, in cellis vinariis commoveri, & perturbari, cum tamen toto mari Anglia ab Hiſpannia ſejungatur: ergo. R. D. A. Diſtant diſtantiâ ſuppoſiti C. A. diſtantiâ virtutis. N. A. & C. Nam ad *imum*, ſolis utique, & ſyderum *calor*, & ſi qui ſunt influxus alii, a cœlo in terras deſcendere manifeſtum eſt,

aut res *furto* ablatæ in *natura* ſua immutantur, cur igitur virgula eas præ aliis manifeſtas reddat, cum *antea* id facere nequiverit? dein etiam *univerſaliter* verum non eſt, illam virgulam in *omnium* hominum manibus ſe ſe inclinare, cum potius experientia teſtetur, eam in *plurimorum* manibus ſine ullo ſucceſſu, & omnino *immobilem* perſiſtere, etiam præſente metallo, & quandoque non niſi *fraude*, a circumſtantibus ſæpe detecta, inclinari. Accedit, quod eadem virgula pro diverſa applicantis *voluntate* incurvari dicatur; nam ſiquis ea ad quærendos *fontes* uti velit, hæc, præſente etiam & in ſuperficie terræ latente *auro*, non inclinatur; econtra ſi quis *aurum* vel aliud *metallum* indagare animo concepit, ad *fontis* latentis præſentiam tunc minime curvatur: quis autem affirmare audeat, ejusmodi effectus a ſola applicantis *intentione* naturaliter pendere, cum *natura*, (utpote cauſa *neceſſaria*, & non *libera*) poſitis *iisdem* circumſtantiis ſemper *uniformiter* operari ſoleat? denique quis credat, quod ſoli *de trivio* homines felices illas manus nacti ſint, in quibus virga exoptato ſuo effectu perfungitur? Nihilominus

ta-

tamen etiam cum aliis omnino non negavero, quod interdum absque ulla fraude, in *quorundam* manibus virgula ſe ſe inclinet, illi autem motus, qui in virgula deprehenduntur, tunc non aquarum, aut metallorum *effluviis* attribui poſſe mihi videntur, ſed aliis potius cauſis *naturalibus*, e. g. manuum, quibus virga tenetur, *calori*, ob quem fibrillæ hujus virgulæ ſuum ſitum mutant, & varie torquentur; unde & pro diverſo *temperamento*, variaque hominum conſtitutione, *diverſi* quoque effectus & motus in eadem fieri dicuntur: & ex hac ipſa ratione *Phyſici* illud experimentum explicant, quo fertur, aves deplumatas, ad ignem virgis Coryli affixas, aſſari, ſuaque ſponte in orbem gyrari.

Regula, per quam naturales effectus internoſcantur a ſuperſtitioſis.

Cæterum ex occaſione hucusque dictorum juvat hic opponere *regulam generalem*, ex qua cognoſcatur, ſitne revera aliquis effectus *naturalis* an *ſuperſtitioſus*? nempe illud omne pro *ſuperſtitione* habendum eſt, quod effectum *infallibiliter* ſibi adſcriptum, neque ex virtute *naturali*, neque ex *ſupernaturali*, ita infallibiliter ac univerſaliter producere valet. An vero aliquid habeat

vim

vim *naturalem*? conſtare poteſt vel *phyſicâ*, vel *morali* certitudine, a rerum phyſicarum peritis petitâ; ſed circa virtutem *ſupernaturalem*, conſuli debent S. Scriptura, traditiones, SS. Concilia &c. Quidquid enim virtute gaudet ſupernaturali, eam poſſidet ſibi collatam vel immediate a *Deo*, ut ſunt ſigna viſibilia externa in collatione SS. Sacramentorum, vel ab *Eccleſia*, prout ſe habent res benedictæ &c. Plura huc pertinentia paulo inferius de effectibus *magicis* videri queunt. (CCCXX.)

Explicantur adhuc variæ experientiæ.

Inſt. 1. *Baſiliſcus* ſolo aſpectu enecat homines, imo ſe ipſum, quando ſibi objicitur in ſpeculo. 2. *Vetulæ* ſolo itidem intuitu faſcinant teneros infantes, ut miſera, lentaque tabe pereant. 3. *Bufo* vivus hiante ore luſciniam ex arbore decidere facit, devoratque delapſam: atqui hæc ſine actione in diſtans naturaliter explicari nequeunt: ergo datur. R. N. m. & ſimul per *effluvia* declaro. Sic enim 1. *Baſiliſcus* per radios ſolares, vel per aerem diffundit particulas venenatas, quæ, ſi ab altero in poros recipiantur, & ſanguinem, mortem haud dubie afferre poſſunt, non minus, ac æger v. g. homini

mini ſano, ſi iſte alterius exhalationes in corpore ſuo excipit. 2. Similiter de illis *vetulis* dicendum, nempe quod earum corpora per aerem ſpargant corruptos halitus, qui tenera *puerorum* corpora lædunt, non autem duriora *virorum*, prout idem quoque aer peſtifer, a duobus ſimiliter in corpore exceptus, unum lædit, non alium, minus diſpoſitum. Vel etiam dici poteſt, quod puerorum phantaſia, ex aſpectu talium vetularum perculſa, non raro tam profunde ſibi imprimat illam adeo ſibi triſtem ideam, ut hæc illi perpetuo inhæreat, puerique ſic contabeſcant. 3. Simili ratione bufo a ſe continuo emittit vapores venenatos, qui, ſi in arborem eleventur, poterit ſane luſcinia, vertigine acta, decidere.

Inſt. 3. Ad ſolum occiſoris aſpectum cadaveris vulnera ebulliunt, atque aperiuntur, ita ut immediate ſanguis ex iis fluere conſpiciatur: atqui hic occiſor neque immediate *im̃ediatione ſuppoſiti*, neque immediatione *virtutis*, cadaveri præſens exiſtit: ergo datur actio in diſtans. R. N. m. In occiſoris enim ejusdem veſtibus probabilius tenuiſſimæ ſanguinis particulæ adhærent, quæ ſi-

miles particulas ſanguinis, in cadavere exiſtentes excitant, cum præſertim particulæ *homogeneæ* facilius, & arctius inter ſe adhæreant, ac invicem conjungantur, unde hujus potius, quam alterius hominis ſuperficiem ambiunt, indeque ad motum concitant. Vel etiam ex *vindicta divina* ſimiles quandoque effectus contingunt.

Inſt. 4. *Bufo arefactus*, ſi ſacculo incluſus pendeat e collo unius de grege, arcere luem a grege dicitur. 2. Aſpectus *lupi*, ut fertur, cauſat raucedinem in conſpiciente. 3. *Torpedo*, quæ eſt parva piſcicula, manum piſcatoris ſtupore afficit, ſicut & alios piſces reddere immobiles narratur, ut eos poſtmodum devorare queat. 4. Alia itidem piſcicula, *remora* nomine, integras naves ſiſtit, & a curſu remoratur ſuo. 5. *Struthio-Camelus* ſolo aſpectu pullos ſuos ovis excludere memoratur. 6. *Lapides* quidam diverſa pollere dicuntur virtute, vel amorem, vel odium in hominibus concitandi. 7. Uno *oſcitante*, patuloque ore hiante, etiam alter ſimili modo oſcitat. 8. *Aqua* denique, in lebete igni admota, præ fervore ſuperius ebulliens, at-

que

que effervefcens, plerumque in fundo remanet adhuc frigida. Id ipſum contingit in oleo, chartæ ſuperfuſo, & igni ſuperimpoſito &c: atqui hæc omnia ſine actione in diſtans explicari apte non poſſunt: ergo datur. R. N. m. & explico. Quoad 1*mum Bufo arefactus* poteſt attrahere, per modum materiæ *alcalicæ*, Chymicis notæ, particulas venenatas aeris, utpote ſibi quodammodo *ſimiles* & *homogeneas*, prout paulo ante dictum eſt, ſicque auferendo cauſam, ſive venenum, auferre etiam effectum inde conſequentem, ſeu luem. Ad 2*dum lupus* mere *per accidens* raucedinem cauſat, & (ſi tamen quandoque ejuſmodi effectus excitantur) id oritur ob concurrentes *ſpeciales* diſpoſitiones, e. g. ob nimium *terrorem*, indeque ſuppreſſos *ſpiritus* vitales, & animales, vel ob diſpoſitionem *aeris* &c. ut proin lupus ſolummodo dici mereatur cauſa *occaſionalis* reſpectu raucedinis. Ad 3*tium. Torpedo* piſcatoris manum ſtupefacit *veneno*, ſive *tremore* quodam per hamum vel rete diffuſo: illud nempe effluvium corpuſculorum venenatorum ſubit nervorum oſtiola in manu piſcatoris, eorumque canaliculos replet, ſicque affluxum ſpirituum ani-

malium impediendo, brachium inſtar opii obſtupefacit. Attamen *Cl. Reaumur* illum a torpedine cauſari ſolitum ſtuporem unice per *motum* & *tremorem* explicat, ſi enim manus vel nimium diſtet a piſce, experientia teſte, nullus ſentitur ſtupor, ſed tantum ſi vel manu tangatur piſcis, vel corpus aliquod durum, manum inter & piſcem ſit interjectum; refert igitur præfatus Cl. Auctor, quod in certa torpedinum, a ſe diſſectarum parte, ingentem fibrillarum, inter ſe connexarum congeriem deprehenderit; indeque arguit, quod torpedo in manum piſcatoris, hamum tangentis, agat *per impulſum*, a partibus piſcis valde elaſticis, quo prius contractæ, nunc violenta vi atque celerrime ſeſe reſtituunt, impreſſum: conſequenter nec dolor nec ſtupor ſentitur, quando piſcis muſculos contrahit, ſed quando eosdem dilatat. Ad 4*tum*. Quod de *Remora* dicitur, vel fabula eſt, ut plerique tenent, vel itidem per auctam *motûs* quantitatem explicari debet, nempe ſi ponatur, remoram eſſe piſciculum tantæ velocitatis, ut multis millionibus partium velocitatis in ſuo motu ſuperet alios piſces, aut ſi antecedenter

ad

ad hunc effectum ſupponatur in continuo motu fuiſſe per longiſſimum tempus, v. g. per annum integrum; hoc enim ſuppoſito (quod tamen ægre probari poteſt) *quantitas motûs* in remora eſſet major, quam quantitas motus in navi, ut in *Phyſica generali* patebit, & conſequenter navem ſiſteret, attamen probabilius videtur, illum effectum ab alia cauſa provenire, cui iſte piſciculus *per accidens* conjungitur, e. g. a certa diſpoſitione *ventorum*, *aëris*, *aquæ*, maxime *torrentium*, in fundo maris tranſeuntium, aut alterius materiæ, navis motum retardantis: nempe ſicut in mari dantur quidam piſces & animalia, quæ tunc ſolum videnda ſe præbent, ſi quando v. g. tempeſtas pluvia, aut turbo mari imminet; ita pariter contingere poteſt, ut etiam *remora* non niſi *in tali circumſtantia* prope navem conſpiciatur. Ad 5*tum*. *Struthio-Camelus* ſimiliter ova ſua ſolo aſpectu non excludit, utpote quæ potius excluduntur vel calore in ipſis jam latente, vel ab äëre vicino aut ſole proveniente, ipſe ergo tantum exſpectat, usque dum excludantur, eaque cuſtodit, ne rapiantur. Ad 6*tum*. Etiam tales *lapides*

ex *Phyſica* ſuppono, *calorem* conſiſtere in motu perturbato & expanſivo partium ignitarum, qui dependet tum ab *applicatione* moventis, tum a *diſpoſitione materiæ*, ad motum recipiendum aptæ; & hinc, licet in lebete aut charta *inferiores* partes aquæ vel olei ſint æque *applicatæ* principio *moventi*, ſcilicet igni, tamen illæ partes inferiores non ſunt æque *diſpoſitæ* ad motum, ob propinquitatem corporis *gravioris* incumbentis, dum econtra partes ſuperiores, utpote *leviores*, & quaſi in libero aëre ſitæ, facillime ad motum rapidiſſimum concitari valent.

Inſt. 5. Planetæ (*ſol* præprimis) metalla, v. g. aurum in fodinis terræ producunt, a quibus longiſſime diſtant. Item ab experientia habetur, dum vites in Hiſpannia florent, vinum quoque, ex Hiſpannia in Angliam aſportatum, in cellis vinariis commoveri, & perturbari, cum tamen toto mari Anglia ab Hiſpannia ſejungatur: ergo. R. D. A. Diſtant diſtantiâ ſuppoſiti C. A. diſtantiâ virtutis. N. A. & C. Nam ad 1*mum*, ſolis utique, & ſyderum *calor*, & ſi qui ſunt influxus alii, a cœlo in terras deſcendere manifeſtum eſt,

ut alibi quoque dicetur. Ad 2*dum*, probabilius quidem dici debet, eodem tempore, quo vites in Hiſpannia florent, vina quoque licet diſtantia moveri, non a vitibus florentibus, ſed a verno *calore*, quo vites ad florendum, & ſpiritus vini ad hunc motum excitantur. Interim tamen fortaſſis etiam illius effectûs cauſa in ipſa effluvia, a vitibus Hiſpannicis in Angliam diffuſa refundi valet, certiſſimum enim eſt, & alibi pariter declarabitur, ex corporibus omnibus halitus, tenuiſſimasque particulas facillime diffundi, prout e. g. teſte Cl. P. *Corſino Phyſ. gener. Tract.* 2. *c.* 7. odor cadaverum ad quingenta milliaria a vulturibus percipitur &c. Plura in Phyſica de *Sympathia*, & *Antipathia*.

Applicatio cauſæ vel immediata vel mediata neceſſario requiritur.

Ob. 2. Applicatio cauſæ ad effectum non eſt niſi mera *conditio*: ergo ea non ita neceſſario requiritur, ut non etiam naturaliter ſine illa effectus fieri queat. R. N. C. & *Ret.* in alias conditiones, v. g. in *approximationem* reſpectu *ignis*, qui naturaliter ſine illa ſtupam accendere nequit. (CCXLII.)

Ob. 3.

Angeli, dum loquuntur, non agunt in diſtans.

Ob. 3. Angeli juxta omnes Theologos, etſi a ſe longiſſime diſtantes, loquuntur tamen ſecum invicem per mutuos conceptus, nihil producendo in ſubjecto intermedio: ergo agunt in diſtans. R. ad argumentum hocce *Theologicum*, 1. N. *ſuppos.* Quod Angeli loquentes inter ſe *longiſſime* diſtent, nam *inprimis*, cum non ſint *immenſi*, ſicut Deus, hinc etiam intra certam activitatis ſphæram conſiſtere debent, *dein* facillime, per ſuam *voluntatem*, qua loquuntur, ſibi approximari, hoc eſt, *vicini* fieri queunt, propter donum *agilitatis* & *ſubtilitatis*. 2. Dum vero inter ſe determinato ſpatio diſtant, & tamen ſibi invicem colloquuntur, vel eorum locutio ſeu conceptus tranſit per medium, etſi in eo nihil producat, vel 3. dici poteſt, quod ſibi invicem ſuos conceptus manifeſtent per *viſionem intuitivam* Dei, omnibus angelis communem, in qua viſione etiam juxta Theologos Beati in cœlo audiunt preces ſuorum clientum. aſt hæc ſunt altioris fori.

ARTICULUS V.

An, & qualis cauſæ creatæ competat potentia obedientialis?

Potentia obedientialis, CCLXVI. *Potentia obedientialis* in ſcholis dicitur virtus aliqua *naturalis*, *inchoata*, & *partialis* in creatura ad aliquod *ſupernaturale producendum*, vel *recipiendum*, quæ tamen virtus nequeat in actum exire *ſine ſpeciali concurſu Dei.* Ejusmodi potentia *obedientialis* (ſic dicta, quod per eam creatura quaſi *obediat* Deo, *extraordinarie* cum ipſa, & per ipſam operanti) datur in *intellectu* & *voluntate humana*, utpote quæ non ſolum a Deo per *ſpeciale lumen gloriæ* elevari poſſunt ad ipſum

Activa, Deum in viſione beatifica *intuendum*, eoque *active fruendum*, (unde & potentia obedientialis *activa* dicitur) ſed etiam ad *recipiendos* in ſe habitus quosdam *ſupernaturales* fidei, ſpei, charitatis &c., (quæ potentia obedientialis

Paſſiva, *paſſiva* nuncupatur) cum ad ea omnia intellectus & voluntas potentiam habeant *inchoatam*, & *partialem*, ut Theologi declarant.

CCLXVII.

CCLXVII. *Corollarium.* Dari igitur in creaturis potentiam obedientialem nedum *activam*, ſed etiam *paſſivam* ad *quosdam* effectus ſupernaturales producendos ac recipiendos, tum ex dictis de *intellectu* & *voluntate* humana conſtat, tum etiam ex tot, tantisque *miraculis*, quæ innumeri ſancti, ex *ſpeciali* Dei, cum ipſis concurrentis, favore patrarunt, & adhuc patrare non ceſſant, de quibus paulo poſt. Quamquam quoad hæc miracula dici quoque poſſit, ea a ſolo Deo, ex *occaſione* precum a Sanctis ſibi oblatarum, effici, id quod in illis præſertim, quæ *primæ claſſis* miracula vocantur, uſu venire indubitatum eſt.

Datur in creaturis quoad aliquos effectus.

CCLXVIII. Aſt præter duplicem hanc potentiam obedientialem adhuc aliam, quam dixere *quodlibeticam*, admiſere quidam Scholaſtici, de qua *multum* olim *clamoris* in diſputationibus publicis, ſed forte *parum lanæ* fuit, eoquod in definitionibus *nominalibus* altercantes non convenirent; ideoque unus vel omnes, vel certe *plures*, alter vero *pauciores* illi potentiæ effectus tribueret. Secundum nominis porro Etymon illud vocabulum idem ſonare vi-

Potentia obedientialis quodlibetica.

videtur, ac *talis potentia*, *qua* creaturæ, per ſpeciale Dei auxilium, *quoslibet* effectus ſupernaturales, etiam ad quos non habent potentiam *inchoatam*, producere valeant, unde adhucdum docent hujus *potentiæ obedientialis quodlibeticæ* defenſores, ignem infernalem, utut *materialem*, actu tamen ſic a Deo elevari, ut *ſpiritus* damnatos phyſice *urere* poſſit; imo etiam ipſam *creandi* potentiam, alias ſoli Deo debitam, creaturis ſic adjudicant, ut affirment, quod pura creatura per ſpeciale Dei adjutorium elevari poſſit ad alteram *creandam*. Jam quantum ad *ignem infernalem*, qui, ut S. Aug. inquit, *miris ſed veris modis* ſpiritus damnatos cruciat, agunt de eo Theologi *in Tract. de Angelis*. Et nos pauca inferius. (CCCXCIII. *Inſt.*) Quantum vero ad ſecundum aſſertum, ſit

PRO-

PROPOSITIO

Nequit ulla creatura, per potentiam obedientialem quodlibeticam, alteram creare.

CCLXIX. Probatur. Quod eſt ſoli Deo proprium, non poteſt communicari creaturæ: (XLVII.) atqui virtus *creandi* eſt ſoli Deo propria: (cum ipſe ſit eſſentialiter *creator*, non vero *creatura*) ergo virtus *creandi* nequit communicari creaturæ; ſecus enim *eſſet* creatura, & *non eſſet* creatura, *eſſet* enim, (ex hypotheſi) & *non eſſet*, quia ſimul foret *creator* reſpectu illus creaturæ, quam produceret, quod abſolute implicat: (X.) ergo.

Nequit creatura a Deo elevari ad aliquid creandum,

RRent AA. Quod equidem ſoli Deo competat virtus creandi *omnia*, ac *independenter* ab alterius adjutorio, interim tamen, quod etiam creatura poſſit ſaltem *aliquid*, *dependenter* a ſpeciali Dei concurſu creare. Sed

Contra eſt. Si creatura poſſet vel *unum* tantum ejusmodi effectum producere, eo ipſo etiam nequit oſtendi implicantia, quo minus *omnia* poſſet crea-

creare; non enim eſt major difficultas 1. Ex parte *virtutis* ſeu *potentiæ*, utpote quæ in uno *paſſo*, ſive *ſubjecto*, producendo non inveniret majorem *reſiſtentiam*, quam in altero; τὸ *paſſum* namque ſemper eſſet *nihilum*, & quidem *uniforme*, & homogeneum *nihilum*, in uno autem nihilo certe non datur major *reſiſtentia*, quam in altero. 2. Nec ex parte *Dei*, quia hic non minus ad *unum*, quam ad *omnes* effectus, per creationem producendos, *eadem facilitate* cum creatura illa *ſpecialiter* concurrere poſſet: ergo.

Nec dicas. Poteſt intellectus humanus a Deo elevari ad viſionem beatificam ſupernaturalem: ergo etiam creatura ad creandum. p. C. non eſt major ratio de una ſupernaturali elevatione, quam de altera: ergo. R. N. C. ad *prob.* D. A. Si adſit æque potentia *inchoata* C. A. ſecus N. A. & C. Intellectus habet in ſe potentiam *inchoatam* ad viſionem Dei beatificam, eo ipſo, quia eſt principium *vitale* (CCXLIV.) econtra in *nihilo* non eſt ratio ſufficiens, quæ petat produci a principio creato. (XII.)

AR-

ARTICULUS VI.

An idem numero effectus poſſit ſimul, aut diviſim, habere duas cauſas efficientes totales?

CCLXX. Quid, & quotuplex ſit *cauſa totalis*, dictum eſt antea. (CCXLIII. & CCXLIV.) Hic modo quæritur, an ad *eundem* effectum in actu ſecundo producendum, duæ cauſæ ita *ſimul* influere valeant, ut earum *quælibet* dicenda ſit totalis, etiam *totalitate cauſæ*, an vero ſaltem *diviſim* idem effectus *duabus* ejusmodi cauſis totalibus adſcribi valeat? & quidem præſens quæſtio non procedit de cauſis *diverſi ordinis*, ac *generis;* ſine dubio enim tam *Deus*, quam *homo*, (qui ſunt duæ cauſæ efficientes *diverſi ordinis*) nedum ad generandum v. g. eundem hominem, ſed & ad producendos effectus quoscunque naturales actu concurrunt: itemque *ſimul* in eundem effectum a parte rei influunt cauſa *tota efficiens*, cauſa *tota materialis*, *tota formalis*, & *tota finalis* &c. (quæ itidem ſunt cauſæ *diverſi generis*) ſed quæritur de duabus cauſis totalibus *ejusdem ordinis*, *& generis*, v. g. an *idem* effectus Status quæſtionis.

ctus C *ſimul* aut *diviſim* produci *totus* queat tum a cauſa efficiente creata A, tum etiam a cauſa efficiente creata B? quæſtionem reſolvit ſequens

PROPOSITIO.

Nequit idem numero effectus ſimul produci a duabus cauſis efficientibus totalibus; bene vero diviſim.

Nequit idem effectus *ſimul* produci a duabus cauſis totalibus,

CCLXXI. PROBATUR I. *pars.* Cauſa *totalis* in actu *primo* eſt, quæ *ſe ſola poteſt* producere effectum: ergo cauſa totalis in actu *ſecundo* eſt, quæ ſe ſola *producit* effectum. *Subſ.* ſed cauſa, quæ *ſe ſola* producit effectum, excludit omnem *aliam* cauſam: ergo idem numerô effectus nequit *ſimul* produci a duabus cauſis efficientibus totalibus. p. m. *ſubſ.* Sicut enim bene dicitur: *hæc res tota eſt Petri*: *ergo non alterius*, ſic bene dicitur: hoc *eſſe* τȣ̃ effectûs eſt *totum* a cauſa A: ergo nil illius *eſſe*, eſt ſimul a cauſa B. CONF. Si idem effectus poſſet *ſimul* a duabus ejusmodi cauſis produci, tunc revera effectus ille ab una illarum cauſarum ſimul & ſemel in *eſſendo*, ut ajunt, perfe-

fectiſſime *dependeret*, (cum foret cauſa *adæquata*, prout ſupponitur) & ſimul *nullo modo dependeret*; nihil enim ab eo, quoad ſuum *eſſe*, dependet, quo *ſublato* non minus, quam illo *poſito* perfecte exiſtit: atqui *ſublatâ* illâ v. g. cauſa A non minus exiſteret effectus; (ſcilicet a cauſa B.) quam illâ poſitâ: ergo.

Probatur 2. *pars*. Effectus modo productus a cauſa A, potuiſſet *in ſenſu diviſo* (hoc eſt nondum facta illa productione per cauſam A) æque produci per cauſam B, utpote quæ ſupponitur *eandem* habere virtutem cum cauſa A: neque effectus mere *poſſibilis* (prout in *ſenſu diviſo* unice ſpectatur) reſpicit cauſam aliquam *certam* in individuo, ſed ſolum *indeterminate* quamcunque, a qua *poteſt* produci: ergo, cum a *quavis*, ejusdem ordinis ac generis, *antecedenter* ſit producibilis, apte infertur, quod idem numero effectus, *diviſim*, ſeu in ſenſu diviſo ſpectatus, *poſſit* produci a duabus cauſis totalibus, etſi in *actu ſecundo*, ſive in ſenſu *compoſito* id prorſus repugnet. (*juxta* 1. *p*.) Bene vero *diviſim*.

Solvuntur Objectiones.

Solvuntur paritates contrariæ.

CCLXXII. OB. 1. *contra* 1. *partẽ.* Idem locus, ſaltem *ſupernaturaliter*, poteſt habere duo *corpora*, & idem corpus plura *loca* &c. ergo etiam, ſaltem ſupernaturaliter, poteſt idem effectus *ſimul* habere plures cauſas totales. R. D. A. Ita tamen, ut in *primo* caſu ambo ſimul locum impenetrabiliter non repleant C. A. ut repleant. N. A. & C. Tunc nempe naturalis effectus poſitionis corporis in loco, ſcilicet ipſa loci repletio divinitus tollitur, ut expreſſe docet *Doctor Subtilis.* 4. *Sent. diſt.* 49. *q.* 16. §. *ad primum argumentum.* Ad 2*dum diſparitas* eſt, quia corpus non dependet *a loco*, bene vero effectus *eſſentialiter* dependet a *cauſa* ſua. (CCCLI.)

Inſt. 1. Poſſunt *plures faces* ſimul idem cubiculum, vel eandem aeris partem illuminare, præſertim ſi per miraculum compenetratæ ſint, eandemque virtutem *unitæ*, ac *ſejunctæ* retineant. Item *plures Sacerdotes* eandem panis ſubſtantiam in ordinatione ſua ſimul cum Epiſcopo conſecrant: ergo idem effectus poteſt ſimul produci nedum a *dua-*

a *duabus*, ſed etiam a *pluribus* cauſis totalibus. R. ad 1*mum* D. A. Poſſunt idem præſtare plures faces tanquam cauſæ *totales*. N. A. Tanquam cauſæ *partiales* C. A. & N. C. Eadem cauſa, reſpectu *diverſi*, vel etiam ejusdem effectûs, aliquando eſt *totalis*, aliquando vero *partialis*; ſic v. g. alteruter ex duobus equis, ſeorſim ſumptus, reſpectu ejusdem currus trahendi, poteſt eſſe cauſa *totalis*, ſi *ſolus* currum trahere poſſit; ſi tamen uterque equus ad illum trahendum inter ſe jungatur, quilibet eorum non niſi cauſa *partialis* erit: (CCXLIV.) ſic autem alterutra quoque ex duabus facibus, cubile *ſe ſolâ* illuminans, erit cauſa *totalis* iſtius illuminationis; ſin autem duæ ſimul conjungantur, (prout fit in dato caſu,) quælibet ex illis *partialis* evadet: quod exinde patet, quia non idem effectus producitur, ſive non eadem *illuminatio*, ab una, ſicut ab *utraque*, aut *a pluribus*. Sic etiam ſi duo ignes eundem calorem ſimul producunt, *celerius* operantur, ideoque effectus ipſe ab utroque igne, tanquam a duplici cauſa *partiali* producitur. R. ad 2*dum*. Verum quidem eſt, quod in eo caſu plures Sacerdotes hoſtiam conſecrent, ſicque

revera ſint cauſæ *totales*, *totaliter* operantes, ſingulique *eundem* effectum producant; attamen *diſparitas* eſt, tum quia ſolummodo ſunt cauſæ *occaſionales*, aut *inſtrumentales*, quibus utitur Deus, (CCXLVII. & CCLII. *Ob.* 4.) tum quia illi plures in *unica*, eademque *virtute totali* operandi conveniunt, uti obſervat Doctor Angelicus 3. *p. q.* 83. *art.* 2. *ad* 2. & *q.* 53. *art.* 1. & 5.

Inſt. 2. Poteſt fieri idem effectus ex duplici *fine* totali: ergo etiam a duplici cauſa efficiente totali. R. N. A. Uterque enim finis tunc in unum totalem coaleſcit, ita ut alteruter in illa hypotheſi non niſi *partialis* haberi debeat, prout mox dictum eſt de pluribus *facibus*, aut *equis*.

Ad effectum mere poſſibilem non requiritur cauſa determinata in individuo.

Ob. 2. *Contra* 2. *partem.* Quilibet effectus exigit cauſam *determinatam*: ergo non poteſt ullo modo per aliam produci, niſi præciſe per hanc. R. D. A. Exigit cauſam determinatam in ſpecie C. A. in individuo ſubdiſt. ſi ſpectetur *in ſenſu compoſito* actualis productionis C. A. ſi *in ſenſu diviſo*, & prout eſt mere *poſſibilis*, (juxta noſtram *theſin*) N. A. & C.

Inſt. 1.

Inſt. 1. Ergo cauſa in individuo foret tantum cauſa *per accidens*. R. N. Ill. Ab hac enim effectus revera habet ſuum eſſe *in ſenſu compoſito*, licet antecedenter, & *in ſenſu diviſo* potuiſſet ab alia accipere.

Inſt. 2. Si potuiſſet ab alia accipere &c., tunc dependeret effectus eſſentialiter ab hac cauſa, & ſimul non dependeret: atqui hoc non: ergo. R. D. ſ. M. Dependeret ab hac in actu 2do, & ſimul non dependeret *in actu primo*, id eſt, ab alia *potuiſſet* æque dependere in ſenſu diviſo C. S. M. Simul & ſemel in actu 2do dependeret, & non dependeret. N. ſ. M. & ſic D. m. N. C.

Inſt. 3. Ergo etiam hic numerô filius v. g. potuiſſet habere aliòs parentes. R. D. Ill. Antecedenter, & nondum ſuppoſita generatione. C. Ill. Conſequenter, & hac ſuppoſita. N. Ill.

ARTICULUS VII.

Quinam effectus a cauſa efficiente ſupernaturali oriantur, & quomodo de illis judicandum?

Supernaturale Theologicum, CCLXXIII. *Supernaturale*, præter ſuperius dicta, (CCXLVII, VII.) dividitur in ſupernaturale *Theologicum*, & *Philoſophicum*. 1*mum* eſt, quod non ſolum vires omnes creatas excedit, ſed etiam intrinſece ordinatur ad *finem ſupernaturalem*, & *ultimum*, ad viſionem nempe beatificam, ut eſt

Et Philoſophicū. v. g. *gratia ſanctificans*. 2*dum*, huic loco proprium, illud dicitur, quod per ſe non ordinatur ad hujusmodi finem, interim tamen omnes naturæ creatæ vires tranſcendit, (*n. cit.*) e. g. reſuſcitatio mortui: hoc alio, & quidem

Miraculum communi nomine *miraculum* vocatur, ſive *talis eventus*, ut alii loquuntur, *qui neque ex eſſentia, neque ex vi creaturarum, aut ordine mundi, ſecundum ſtatum antecedentem poteſt explicari.*

Juxta Spinozā non eſt poſſibile, CCLXXIV. Miraculorum *poſſibilitatem* impius *Spinoza* impugnavit, negans, curſum naturæ unquam perverti, aut immutari poſſe, eoquod, ut ne-

nefarie loqui non dubitavit, naturæ leges ſint ipſiſſima Dei volentis *decreta*, quæ, ſi unquam mutari valerent, ipſe immutabilis Deus mutaretur. Aſt dum hic ſceleſtus immutabilitatem ſupremi Numinis voluit ſalvare, hoc ipſo ejus *libertatem*, *ſapientiam*, atque *potentiam* evertit: nempe, ut Theologi docent, Deus *ab æterno* jam prævidit, & voluit, ſe facturum, quod modo *in tempore* facit, adeoque ſic inſtituit naturæ curſum, ut tamen præordinaret in æterna ſua voluntate, quod præter curſum iſtum quandoque facturus erat, hinc ſit

PROPOSITIO.

Poteſt DEUS effectus quoscunque *ſupernaturales producere.*

CCLXXV. Probatur. Effectus ſupernaturales ille revera producere valet, cui proprium eſt rerum *nexum* immutare, & quascunque *leges motûs* ſuſpendere: atqui Deo id proprium eſt: ergo. M. eſt definitio. m. exinde patet, quod Deus *libere* hunc rerum *nexum*, & haſce *motûs leges* in univerſo eſſe, atque contin- **Revera tamen a Deo fieri poteſt.**

gere ſtatuerit: ergo etiam *libere* poteſt illas tollere, teſtante Pſalmiſta *Pſ.* 113. *v.* 11. *Omnia, quæcunque voluit, fecit.* Unde & a Philoſophis vocatur *natura naturans*, hoc eſt, auctor & gubernator, atque conſervator, ac abſolutus dominus totius naturæ. Plura Theologi.

Non vero ab Angelis, niſi in certo ſenſu.

CCLXXVI. *Corollaria.* I. *Solus* Deus, adeoque nec ipſi *angeli* miracula patrare queunt. Iſta enim fieri debent *præter ordinem totius naturæ creatæ;* Angeli vero & ipſi ſunt *pars naturæ creatæ:* II. Poſſunt tamen *Angeli* boni miracula a Deo impetrare ſuis precibus, prout & materiam ſua naturali virtute diſponere, ac inſuper Divinæ virtuti inſervire, vel tanquam inſtrumenta, vel etiam ut potentia *obedientiali* præditi. (CCLXVI.) Quid vero Angeli mali per ſagas & maleficos efficere queant? dicetur paulo poſt. Hoc interim (a majori ad minus) pro certo tenendum, quod, etſi per peccatum in *naturalibus* iſti non ſint læſi, ex defectu tamen *gratiæ* ſanctificantis, quam amiſêre, & propter *ſupplicium* culpæ, cui ſine fine ſubjacebunt, adeo ſint infirmi, ut Angelus bonus, etiam minimus,

mus, volente Deo, poſſit cogere ſummum dœmonem, eique cum poteſtate imperare, ut miniſter Dei: unde & legitur in libro *Tobiæ*, quod Archangelus Raphaël *alligaverit dœmonium*, illudque *religaverit in deſerto ſuperioris Ægypti. Tob.* 8. *v.* 3. Nec unquam Deus aſſumpſiſſe legitur dœmones, tanquam *inſtrumenta* vera miraculorum, eisque communicaſſe poteſtatem circa ea, quæ ſunt ſupra facultatem naturæ: quin imo Deus ſæpiſſime naturalem illorum virtutem ſua potentiâ reprimit. III. Affirmat tamen gl. mem. Papa Benedictus XIV. in ſuo incomparabili libro *de ſervorum Dei Beatificatione l.* 4. *p.* 1. *c.* 3. poſſe *Paganos* a Deo aſſumi tanquam *inſtrumenta* in miraculis patrandis, ut per eos aliqua *veritas*, ad *fidem*, aut *mores* pertinens, approbetur; non vero pro confirmando aliquo *errore*, aut *peccato*. Sic narrante Valerio Max. *l.* 8. *c.* 1. Tuccia Virgo *Veſtalis*, in ſuæ integritatis ac virginitatis teſtimonium, hauſtam e Tyberi aquam, cribroque exceptam, ad ædem usque Veſtæ Deæ detulit. Claudia item Romana, teſte Livio *l.* 39. ut impactum ſibi impudicitiæ crimen, cujus rea non erat, elueret, navem val-

Prout etiam Pagani a Deo poſſunt aſſumi ad miracula patranda.

de onuſtam, in vado hærentem, ſolo ſuo cingulo inde facile dimovit, atque ad littus, quod omnibus etiam adhibitis viribus antea præſtari non poterat, levi brachio adduxit &c. Denique etiam ex S. Script. habetur, quod Balaam, Saul, & Caiphas *prophetaverint*, utut omnes eorum *reprobi* fuerint, id quod & de notis illis Ethnicorum Sybillis teſtatum eſt. Ea de cauſa, ut habet idem ille glorioſiſſimus Pontifex, ad omnem erroribus atque illuſionibus præcludendam viam, S. R. Congregatio examen *miraculorum*, in proceſſu de ſervorum Dei beatificatione formando, non admittit, niſi prius de *virtutibus* & *ſanctitate vitæ* ſufficiens habeatur teſtimonium.

Miraculum ſupra naturam,

CCLXXVII. Cæterum inter miracula fieri paſſim ſolet triplex diſtinctio, ita ut vel *ſupra*, vel *contra*, vel *præter naturam* evenire dicantur. Miraculum *ſupra naturam* illud vocatur, quod eſt *ſimpliciter* ſupernaturale, & præter omnem naturæ ordinem, ut *reſuſcitatio mortui*. *Contra naturam* eſt, quando in natura *contraria* effectui diſpoſitio remanet. e. g. Si ignis refrigeret, aut Sol & Luna ad hominis impe-

Contra naturam,

pe-

perium motum ſiſtant &c. Miraculum tandem *præter naturam* nominatur, quando effectus poteſt quidem a natura produci, ſed non eo, quo hic & nunc fit, *modo.* e. g. *Subitanea* curatio infirmi, periculoſe decumbentis, absque inſtrumentis, & medicina &c. & præter naturam.

CCLXXVIII. Ut quis citra erroris periculum de *Miraculis* judicare valeat, ſequentes potiſſimum præ oculis habere debet *canones generales.* I. Antequam pro Miraculo quid habeatur, *disquirendæ ſunt accurate omnes circumſtantiæ*, tam antecedentes, quam concomitantes, & conſequentes, viresque naturæ plene inſpiciendæ; ne alias *miraculum* dicatur, quod ſolum *mirabile* eſt, ſeu quod *raro* quidem contingit, per vires tamen *naturæ*, primo intuitu non ſtatim cognitas; Inde II. *Plebi & imperitis, maxime fœminis, ubi de miraculis narrant, non temere eſt credendum,* ejusmodi enim homines, utpote in ſcientia *naturali* parum verſati, multisque *præjudiciis* (Log. *fol.* 364.) imbuti, naturalia a ſupernaturalibus diſtinguere vel non ſciunt, vel etiam, ſuperſtitioſæ quandoque ſanctitatis larva contecti, non volunt. Mirabilem plane caſum narrat Quomodo de Miraculis ſit judicandum?

ſupra

ſupra citatus æternæ memoriæ Pontifex Benedictus XIV. in prælaudato opere *l.* 4. *p.* 1. *c.* 7. qui Lutetiæ Pariſiorum contigit. Nempe defunctum ibi Diaconum *de Paris* (qui, dum vixit, ad extremum usque vitæ ſuæ halitum S. Romanam, & Apoſtolicam ſedem contempſerat, impiis *Janſeniſtarum* placitis cum ſumma pertinacia addictus) immenſa vix non credulæ plebis turba, ad ejus tumulum in cœmeterio S. Medardi quotidie conveniens, ſummo diu in honore habuit, multaque etiam ab ipſo ſeſe accepiſſe beneficia, totis voluminibus, de *miraculis*, ſub ejus invocatione patratis, typo editis, teſtata fuit: & quamvis tum invicta Theologorum argumenta, tum manifeſtæ medicorum demonſtrationes, tum vel maxime Eccleſiaſtica Archi-Epiſcoporum *Pariſienſis* & *Senonenſis* decreta totis viribus incumberent, ut populum ſuperſtitionibus captum, ad veritatis tramitem reducerent, irrito tamen conatu tamdiu labor ſtetit omnis, donec tandem die 27. Jan. anno 1732. itemque anno ſequente, die 17. Febr. Rex Chriſtianiſſimus, clauſo S. Medardi Cœmeterio, omni ad ejus corpus acceſſu populo ſevere interdixerit.

Hinc

Hinc III. Præ omnibus *Eccleſiæ Catholicæ*, tanquam infallibilis veritatis Magiſtræ, *definitiones atque decreta præ oculis habenda ſunt*, maxime vero illud URBANI VIII. P. M. quo cavit, ne *Sanctus* quisquam aut *Beatus* a quopiam nominetur, niſi a S. R. & Apoſtolica ſede ut talis proclametur, utpote cujus ſolius eſt *de miraculorum veritate aut falſitate* infallibile judicium ferre, ut Theologi probant. IV. Ut quis de miraculis *prudenter* judicet, *finem* denique miraculi, in individuo patrati, reſpicere debet, *finis* autem *miraculi cujuscunque debet eſſe bonus*, & *Deo dignus*: *primarius* ergo finis eſt major *Dei gloria*, 2*darius* eſt confirmatio alicujus *veritatis* fidei, aut *ſanctitatis*, item *ultio divina*, *ſalus animæ*, aut *corporis* &c. hinc edere miracula *vilia*, *ridicula*, *inutilia*, *indecentia*, vel *in ſe*, vel in ſuis *effectibus*, aut per homines *vanos*, certo *delirantes* &c. a Majeſtate & ſapientia Dei alienum eſſe pro certo judicari debet.

CCLXXIX. *Scholion*. Cl. *Paulus Zacchias*, Medicus celeberrimus *quæſtionum Medico-Legalium t. 1. l. 4. tit. 1. quæſt.* 3. docet, quod effectus aliquis, ut *miraculi* nomen habeat, ſequentes ha- Septem conditiones ad Miraculum requiſitæ.

habere debeat conditiones. 1. *ut appareat, eſſe ſupra naturæ vires*, id enim ipſa miraculi definitio requirit, (CCLXXIII.) vel ſaltem, ſi etiã per vires *naturales* fiat, *ex Dei* tamen *ſpeciali voluntate*, ipſas cauſas, ad agendum aut *nullo modo*, aut non *de proximo* diſpoſitas, diſponentis, ille effectus ut contingat. Prout contigit in curatione lepræ Naaman *l.* 4. *Reg. c.* 5. per aquas Jordani, ubi Deus diſpoſuit ipſas Jordani aquas, tribuens illis facultatem, quam antea non habebant, mundandi nempe a lepra. 2. *Ut fiat divina virtute*, ſcilicet non per artem *diabolicam*, vel aliam quamcunque; effectus enim hoc modo producti, potius *præſtigiæ* & *illuſiones* vocantur, de quibus paulo inferius agemus. 3. *Ut effectus non accidat ex vi verborum.* Et hanc conditionem Theologi requirunt, indeque pro miraculo (reſpectu facientis) non habent mirabilem *converſionem* panis & vini in SS. corpus & ſanguinem D. N. I. C. quia quilibet Sacerdos eam efficit, non *ex vi meritorum ſuorum*, ſed ex *verborum*, a Chriſto traditorum, virtute & efficacia. Alia tamen verba quæcunque, præter ea, quæ vel *in Miſſa* proferuntur, ad transſubſtantiandum in corpus

& ſanguinem Chriſti panem & vinum, vel quæ vim ſortita ſunt ab ipſa *Eccleſia*, mirabilia efficere non valent, ut alibi quoque dicetur. 4. *Ut effectus evidens ſit, ac patens, non autem latens humanos ſenſus*, prout tamen ea ipſa transſubſtantiatio panis & vini, in corpus Chriſti & ſanguinem, non eſt patens, & evidens *ad ſenſum*, ſed ſolum per *fidem*: ſic vero *ad ſenſum* patebant SS. ſtigmata in corpore S. P. N. Francisci. 5. *Ut miraculum ſit ad fidei corroborationem, in hominum ſalutem, & ad Dei gloriam*, prout paulo ante *de fine miraculorum* dictum eſt. 6. *Ut effectus appareat in continenti, aut multo citius, quam a natura fieri potuiſſet.* Iſta conditio ſervit pro iis tantum, quæ alias *naturaliter* fieri poſſunt, ſic enim v. g. non nulli ab infirmitatibus, etiam extremis, quandoque ſanantur, naturâ ipſa morbum ſuperante, per humorum concoctionem & adæquationem, etiam *citius* ac *facilius*, quam ſperari ab hominibus potuerit; propterea tamen *miraculoſe ſanati* non dicuntur, quia ſanatio *per temporis moram* contingit; ſanationes autem miraculoſæ nulla intermedia humorum concoctione fiunt, ſed *in inſtanti*, & *ſtatim*. Ubi tamen effectus, etiam *per mo-*

moram, *naturaliter* non eſt poſſibilis, iſta conditio poteſt abeſſe; ſic, etſi *ſepties* ſuper defunctum puerum *Eliſæus* ſeſe inclinaverit, item licet CHRISTUS non *prima vice* integrum viſum reſtituerit cæco, *Marc.* 8. *v.* 23. ſed *ſecundo* manus ſuper oculos ejus impoſuerit, nihilominus tamen tam *reſuſcitatio* pueri mortui, quam *viſio* cæco data, inter vera miracula numerari merentur. 7. Denique *ut opus miraculoſum ſit undequaque perfectum.* & hanc conditionem putat cit. Cl. Auctor eſſe *maxime deſiderabilem* in effectibus, quorum cauſæ ſunt *ignotæ*, aut qui *miraculoſi* cenſentur; nam vidiſſe ſe ait plures ægrotantes, aliquo morbo moleſtatos, ad præſentiam, vel adventum, vel tactum alicujus Religioſi, in quo maximam habebant fiduciam, vel etiam aliquarum Reliquiarum, etiam ipſorum Sanctorum, (nam neque per hos DEUS, quandocunque nobis libet, & *ſemper* mirabilia patrat) ſeſe a morbis recollegiſſe, ac melius habuiſſe; mox vero eodem morbo deterius moleſtatos fuiſſe, & aliquando etiam obiiſſe: nimirum *tunc ex contracta fiducia exiſtimabant, ex iis mediis ſanari ſe poſſe; unde natura, bona ſpe ducta, morbo inſultabat, mox*

autem

autem, invaleſcente morbo ſuccubuit: Deus autem, cum miracula operatur, omnino, & undequaque *perfecta* opera efficit. Plures adhuc, miracula *in ſpecie* dignoſcendi, regulas videre eſt apud eundem Cl. Auctorem *loc. cit.* & quidem *de prophetiis q.* 5. de *Extaſi. q.* 6. *de longo jejunio q.* 7. *de ſanatione infirmorum q.* 8. *de cadaverum incorruptibilitate q.* 10. *de reſurrectione ex mortuis. q.* 11. &c. Hæc omnia fuſe quoque non minus ac erudite pertractat antea citatus æternæ memoriæ Pontifex *Benedictus XIV. de Serv. Dei Beatif. L.* 4. *p.* 1. Ego, quæ fori ſunt *Philoſophici*, proſequor.

SECTIO III.

De
Reliquis cauſarum generibus.

ARTICULUS I.

De
Cauſa Materiali, & formali.

CCLXXX. Cauſam tam materialem, quam *formalem* uno articulo hic complector, eoquod una ſine altera perfecte intelligi non poſſit, ut inſpicienti facile patebit. Porro triplex vulgo *materia* aſſignari ſolet 1. Materia *ex qua*, dicitur id, ex quo præexiſtente, tanquam ex parte, ut ajunt, *determinabili* totum aliquod, ſive compoſitum, intrinſece coaleſcit. 2. Materia *in qua* eſt illa, *in qua* ita recipitur aliud ab ipſa diſtinctum, ut per illud *perficiatur*, atque ad certum compoſiti genus *determinetur*. 3. Materia denique *circa quam* eſt illud omne, *circa quod* verſatur activa potentia, cum aliquid efficit. Sic v. g. Idem omnino *lignum* ſub diverſo reſpectu eſt ſimul materia, *ex qua* fit ſtatua, *in qua*, vel potius *in quam* introducitur forma cæ-

Materia triplex.

ſa-

ſaris, & *circa quam* ſtatuarius actu verſatur, dum laborat.

CCLXXXI. Porro materia *in qua* dicitur in ſcholis etiam *ſubjectum*: illud vero, quod in ſubjecto recipitur, *forma* denominatur, quia ſubjectum determinat, ac certo modo afficit, unde & dicitur *materia*, ſeu *ſubjectum*, dependere a forma, quam recipit, tanquam *determinabile* a *determinativo*, factaque hac determinatione a forma, conſtituitur aliquod compoſitum *in certa ſpecie*, id eſt, habens omnes *notas*, & *determinationes eſſentiales*, quæ ipſum ab altero diſtinguunt, ut alibi jam dictum eſt. Forma

CCLXXXII. *Forma* communiter dividitur in *ſubſtantialem* & *accidentalem*. 1*ma* eſt, quæ cum ſubjecto, cui convenit, *unum per ſe* conſtituit, ut v. g. anima rationalis cum corpore humano *hominem* conſtituit. 2*da* eſt, quæ cum ſuo ſubjecto ſolummodo *unum per accidens* efficit. Per τὸ *unum per ſe* Neoterici intelligunt unum ejusmodi compoſitum, quod præciſe *ab ipſa natura operante* in ſuo eſſe conſtituitur. *Unum* vero *per accidens* illud nuncupant, quod non ab ipſa *natura*, ſed aliunde, *ex* Subſtantialis, Et accidentalis.

 ar-

arbitrio ſcilicet *artificis* ſuum eſſe determinatum recipit. Sic anima rationalis, prout dictum eſt, *unum per ſe* in homine efficit, econtra *forma* e. g. *Cæſaris*, in lignum ab artifice introducta, *unum* mere *per accidens* conſtituere dicitur.

CCLXXXIII. *Scholion.* Juxta Peripateticos ad aliquod *totum ſubſtantiale* conſtituendum duæ partes *incompletæ*, quarum unam vocant *potentiam*, (& eſt ipſa *materia*) alteram vero *actum*, (& eſt ipſa *forma*, quæ juxta ipſos *e potentia materiæ educitur*) neceſſario concurrere debent. Forma præterea ſubſtantialis ab illis ipſis ſubdividitur in *ſpiritualem*, & *materialem*, 1mam vocant *animam* in homine. 2dam vero eam, quæ in omnibus *pure materialibus* atque corporeis entibus certarum *operationum*, enti ex natura ſua, ut ajunt, competentium, *origo* ac *principium* eſſe videtur. e. g. In *brutis*, *plantis*, imo & in ipſo *lapide* v. g. & *aqua* exiſtere dicunt aliquod ejusmodi principium, ex quo *conſtantes* illorum corporum operationes colligantur, e. g. quod *aqua* tam pertinaciter pugnet pro *frigore*, atque ad iſtud, mox ubi ab igne removetur, *ſponte* & *ſemper* ſeſe

Spiritualis, Et materialis.

ſeſe reducat; *lapis*, quod adeo conſtanter *gravitet*, moventi *reſiſtat*, *deorſum* tendat &c. eamque formam *ſubſtantialem* materialem propterea ab ipſa *materia* eorum corporum realiter diſtinguendam eſſe volunt: in quo Neotericos pleno agmine ſibi contradicentes habent, ut dictum jam eſt, & ſuo loco adhuc magis dicetur.

CCLXXXIV. Formam *educi de potentia* materiæ, ſive ſubjecti, nil aliud eſt, ſi proprie loqui velimus, quam eam ita fieri, ut neceſſario ea forma opus habeat ſubjecto, in quo producatur, exiſtat, & conſervetur. Sic v. g. cum lignum ex *rotundo* fit *quadratum*, vel econtra, dicitur *forma quadrata*, aut *rotunda* in tantum ex ſubjectiva ligni potentia *educi*, in quantum ipſa *quadratura* ſeu *rotunditas* neceſſario requirit lignum, *in quo* producatur, exiſtat, & conſervetur: & conſequenter *formæ*, quæ de potentia ſubjecti *educitur*, neceſſario quoque ab eo dependet tam in *eſſe*, quam in *fieri*, & *conſervari*: jam vero, cum iſtud perinde ſit, ac ſubjecto *eſſentialiter inhærere*, inferunt Neoterici, quod illa tantum forma *educatur* de potentia ſubjecti, quæ *eſſentialiter*, & ex natura ſua, ipſi *inhæret*: adeoque nullam

Eductio formæ ex materia quid ſibi velit?

prorſus *formam ſubſtantialem* (ſumptâ ſubſtantiâ pro ente *per ſe* exiſtente,) de potentia ſubjecti educi volunt, ſed *accidentalem* ſolum, utpote quæ ſola ſubjecto ita inhæreat. (CLXXIII.) Et conſequenter nullam quoque ipſi admittunt formam ſubſtantialem *materialem*, ſed tantum *ſpiritualem*, quam dicunt non educi *e* potentia ſubjecti, ſed ſolum *in* ſubjecto (ſcilicet in corpore) recipi, ita tamen, ut etiam *per ſe* extra corpus adhuc ſubſiſtere queat. Aſt num hoc Neotericorum Syſtema veritati conforme ſit? in *Phyſica generali* recurret locus agendi.

Datur in Materia potentia compoſitionis,

CCLXXXV. *Corollarium.* Triplex in materia admitti debet *potentia*. 1. *Compoſitionis*, quatenus ſcilicet habet *potentiam*, ſeu capacitatem ad conſtituendum aliquod compoſitum. 2. *Informationis*, & ſic eſt in potentia ad *formam*, a qua *informari*, hoc eſt *in ſuo eſſe determinato*, per diverſam, ut ajunt, *configurationem*, conſtitui dicitur. 3. *Eductionis*, & hoc modo eſt *in potentia* ad illam formam, quæ ex illa *educitur*. Cum enim u[illegible]ta mox dicta (n. præc.) non omnis forma *educatur ex materia*, hinc alia ſtatui debet *po-*

Informationis,

Atque Eductionis.

ten-

ſentia in materia, ratione cujus a forma *perficiatur*, & alia, ratione cujus forma ex illa *educatur*, prior *eſſentialis* vocatur a Neotericis. De qua alibi.

PROPOSITIO I.

Materia habet rationem cauſæ tam reſpectu compoſiti, *quod ex illa efficitur, quam reſpectu* formæ, *quæ ex illa educitur.*

CCLXXXVI. PROBATUR I. *pars.* Materia in compoſitum vere *influit*, quemadmodum poſtulat ratio *cauſæ;* (CCXLI.) nam ex illa, tanquam ex parte *determinabili*, eſſentialiter conſtituitur compoſitum, (CCLXXX.) eſtque *aliud* reipſa, tanquam aliquod *totum*, a ſua comparte *diviſim* accepta, (CCXXV.) hoc eſt, a *materia*, quæ una ſolummodo compoſiti eſt *pars:* ergo.

Materia eſt vera cauſa, tã reſpectu compoſiti, quam formæ.

PROBATUR 2. *p.* Forma quæ *educitur* ex materia, ita ab iſta dependet, ut *eſſe*, *fieri*, & *conſervari* naturaliter non poſſit, niſi *dependenter ab illa:* (CCLXXXIV.) ergo in *materia* continetur *ratio*, cur exiſtat forma, quæ

ex ipſa educitur; & conſequenter reſpectu hujuscemodi formæ materia habet rationem *cauſæ*. (CCXLI.)

Cauſa materialis reſpectu compoſiti eſt intrinſeca, reſpectu formæ autem extrinſeca.

CCLXXXVII. *Corollaria*. I. Igitur *cauſa materialis compoſiti* dicitur id, ex quo præexiſtente, tanquam parte *potentiali* ac *determinabili*, compoſitum ipſum eſſentialiter conſtituitur; II. *Cauſa* vero *materialis formæ* eſt illud *ſubjectum*, ex quo præexiſtente ipſa forma educitur. (CCLXXXI.) & hinc III. reſpectu illius formæ, quæ non *educitur* ex ſubjecto, ut eſt v. g. *anima rationalis*, (CCLXXXIV.) nulla datur *cauſa materialis*, ſed ſolum *efficiens*, ſcilicet ipſe Deus, illam *creans*. IV. Illa cauſa materialis, quæ *intrinſece* conſtituit *compoſitum*, dicenda eſt *intrinſeca*; ea vero, ex qua educitur forma, cum non ingrediatur *intrinſecam* rationem formæ, *extrinſeca* tantum vocari debet.

PRO-

PROPOSITIO II.

Forma pariter eſt **cauſa** ***tum*** **compoſiti,** ***quod ipſa una cum materia eſſentialiter conſtituit, tum etiam*** **materiæ,** ***in qua recipitur, non tamen, ut*** **exiſtentis.**

CCLXXXVIII. PROBATUR. Eodem fere modo, ut præcedens Propoſitio; nam *quoad 1mum.* In forma continetur *ratio*, cur *compoſitum* ſit *tale* ens in ſpecie, (CCLXXXI.) & compoſitum eſt eſſentialiter aliquid *aliud* ab ipſa forma diviſim ſumpta: (CCXXV.) ergo. *Quoad 2dum.* Forma itidem continet in ſe rationem, cur *materia* in certa entis ſpecie conſtituatur, ejusque potentialitas per *formam*, ſeu, ut N N. loquuntur, per *configurationem internarum particularum*, eſſentialiter determinatur: (CCLXXXI.) ergo. *Quoad 3tium.* Denique forma ipſa non *exiſtit* ante materiam: (utpote ex qua primum educitur) ergo non poteſt habere rationem ſufficientem, cur materia *exiſtat*, & conſequenter non eſt cauſa materiæ, *ut exiſtentis.*

Similiter forma habet rationem veræ cauſæ reſpectu compoſiti, & materiæ.

Cauſa itidem formalis reſpectu compoſiti eſt intrinſeca, at reſpectu materiæ extrinſeca.

CCLXXXIX. *Corollaria.* I. Quia *cauſa formalis compoſiti* eſt id, ex quo, tanquam ex parte *actuante*, & *determinante*, eſſentialiter conſtituitur; *cauſa* autem *formalis materiæ* eſt illud, per quod potentialitas ipſius ſubjecti determinatur; hinc pariter *cauſa formalis* in ordine ad *compoſitum*, quod intrinſece conſtituit, appellanda eſt *intrinſeca*, ſed in ordine ad *materiam*, quam perficit atque determinat, *extrinſeca* dicenda eſt. II. Inſuper cum *eadem forma*, quæ ex potentia materiæ *educitur*, ſimul ipſius materiæ potentialitatem *determinet*, ideo mutua datur cauſalitas (in *diverſo* tamen cauſarum *genere*) inter *materiam* & *formam*.

PRO-

PROPOSITIO III.

***Materia & forma*, ſimul ſumptæ & unitæ, *non habent rationem* cauſæ *reſpectu* compoſiti.**

CCXC. Probatur. Materia & forma ſimul ſumptæ & unitæ ſunt illud ipſum compoſitum, quod ex illis, intrinſece inexiſtentibus, componitur; (CCXXVI.) Nam juxta commune axioma Geometricum: *omnes partes ſimul ſumptæ ſunt ipſum totum*, ſicut v. g. *omnes unitates ſimul additæ* in Arithmetica ſunt ipſa formaliter *Summa*, ex illis producta &c.: atqui de ratione *cauſæ* eſt, ut ſit *aliud* reipſa ab eo, cujus eſt cauſa: (CCXLI.) ergo, ſi materia & forma ſumantur, ut *unitæ*, non habent rationem *cauſæ* reſpectu *compoſiti.* Materia tamen & forma unitim ſumptæ non ſunt cauſæ reſpectu cõpoſiti.

CCXCI. *Scholion.* Hinc illi Scotiſtæ, qui pro ratione ſuæ, ut vocant, *tertiæ entitatis*, aſſignant hanc, quod nempe *materia* & *forma* ſint veræ *cauſæ*, quæ diſtinguantur realiter a ſuo effectu, prout cum aliis advertit *Cl. P. Fort. a Brix. Met. p.* 1. *Sect.* 4. §. 369. manifeſte *petunt principium*; nam dum dicunt, par- **Inde quidam Scotiſtæ petunt principium.**

partes *unitim* ſumptas a toto realiter diſtingui, *quia ſunt cauſæ compoſiti*, hoc ipſum (quod ſint *cauſæ*) denuo ex eo probant, quia a toto realiter *diſtinguuntur*, cum tamen, ut bene in probando procedant, prius probare deberent, quod *materia* & *forma*, unitim ſumptæ, ſint revera *cauſæ* reſpectu compoſiti; nam hoc ipſum alii continuo negant, ut ſupra quoque dictum eſt. (CCXXVIII. *Ob.* 2.)

ARTICULUS II.

De Cauſa finali.

Finis in ſcholis quid ſit?

CCXCII. *Finis* in ſcholis dicitur id, *cujus gratia aliquid fit*, vel, *cujus gratia cauſa efficiens operatur*, ſive etiam dicitur id, *quod cauſa efficiens per actionem ſuam cupit obtinere.* Et alius quidem vocatur *finis intrinſecus*, ſeu *operis*, alius vero *extrinſecus* & *operantis.*

Ejus varia diviſio.

1mus eſt, qui ab ipſo *opere*, *2dus*, qui ab *operante* intenditur. E. g. finis *intrinſecus* medicinæ eſt *ſanatio* corporis ægroti, *extrinſecus* vero poteſt eſſe vel *auri*, vel *honoris cupido* &c. Prior dicitur quoque *principalis*, & alter *minus prin-*

cipa-

cipalis, & *ſecundarius.* Rurſum finis eſt vel *proximus*, ſeu *immediatus*, qui nullo alio mediante intenditur, vel *remotus*, ſeu *mediatus*, qui non niſi aliis finibus intervenientibus intenditur: e. g. Pharmacopola pro fine *proximo* (qui pariter *principalis* vulgo nominatur) habet apparatum ſeu confectionem medicinæ, chymicarumque diſtillationum, pro fine autem *remoto*, *mediato* ac *ſecundario*, intendit adjuvare Medicum in curandis ægrotis. Rurſum alius appellari ſolet finis *qui*, & alius finis *cui*. *Primus* eſt, *qui* intenditur, *2dus in cujus gratiam* finis intenditur. E. g. in allato exemplo *confectio medicinæ* reſpectu Pharmacopolæ eſt finis *qui*, aſt ægrotus, *cui* illa medicina eſt applicanda, dicitur *finis cui.* Poſtremo finis *qui* poteſt eſſe vel *ultimus*, quo ſcilicet obtento operans actionem ſuam ſiſtit, vel *intermedius*, in quo non ſiſtit, ſed adhuc ulterius eo mediante ad finem *ultimum* tendit, &c.

CCXCIII. *Scholion.* *Cl. Ant. Genuen. Met. p.* 1. *c.* 6. §. 60. ait, omnes mox enarratas finis *definitiones* ac *diviſiones*, eſſe tum *obſcuras*, tum *ineptas*, ipſeque propterea *finem* definit, quod ſit *ratio*, *liber-* Quid ſit juxta Cl. Ant. Genuenſem?

libertatem ad agendum potius, *quam non agendum inflectens.* Eam vero *rationem*, quæ libertatem inflectat, ſemper menti *intrinſecam* eſſe contendit: cum porro apud homines ut plurimum ea ratio ſit *amor*, atque *deſiderium* alicujus externæ *rei*, inde factum eſſe inquit, ut rem illam externam, cujus amore aliquid agamus, finem appellaverint Philoſophi ſcholaſtici, quæ tamen ſolummodo ipſius *finis* objectum eſſe queat, qua de cauſa addit, quod non alius detur finis, niſi *operantis*, & quidem operantis *ex libertate*, alios vero fines, qui vocantur *medii*, fines vocari poſſe negat, cum potius ſint *media* in ordine ad illum *ultimum* conſequendum. Hæc ille. Nec forſitan inepte: interim mihi libet in hac parte a communi in ſcholis loquendi methodo non diſcedere, tum ut alios ego intelligam, tum ut alii me.

Medium. CCXCIV. *Medium* vocatur id, quod in ſe continet rationem, cur finis exiſtentiam conſequatur: econtra *impedimentum* eſt id, quod in ſe continet rationem, cur aliquid ad exiſtentiam non perveniat. Sic v. g. ſedula capitis intenſio eſt *medium* ad acquirendam

Impedimentum.

ſcien-

ſcientiam; *ignavia* autem impedimentum. Porro quod ſine mediis nullus finis poſſit impetrari, ex ipſo *rationis ſufficientis* principio clare patet; (XIII.) Media enim ſunt revera ratio ſufficiens, cur finis ad exiſtentiam perveniat, uti mox dictum eſt: & conſequenter etiam veriſſimum manet, quod, quicunque velit *finem*, velle etiam debeat *media*, ſine quibus nullus finis obtinetur; ſecus locum habet illud decantatum: *piger vult*, & *non vult*, eamque propterea Aſcetæ & Theologi *velleitatem* potius, quam *voluntatem* nominant.

PROPOSITIO I.

Finis habet veram rationem cauſæ, ſaltem objectivæ.

CCXCV. Probatur. Ea eſt vera cauſa, ſaltem *objectiva*, quæ *objective* percepta, id eſt, tanquam *objectum* menti exhibitum, cauſam efficientem ad agendum movet: atqui finis id præſtat: ergo. p. m. Nunquam agit operans, niſi finem aliquem ſibi propoſitum habeat, ſaltem ſi ſit agens *rationale*, ſeu, uti vocant, *dianœticum*, v. g. *Deus*, *Angelus* & *homo*: per hoc enim

Finis eſt vera cauſa objectiva.

enim maxime agens *rationale* ab alio quocunque differre cenſetur: & Deus quidem non alium habet ſuarum operationum *finem*, quam ſe ipſum, juxta illud *Prov. 16. v. 4. univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*: ergo &c. & conſequenter finis eſt vera cauſa ſaltem *objectiva*; imo eſt ſuo modo *prima cauſarum*, prout inquit Cl. *Purchotius exercit. Ontol. diſp. 4. Sect. 1. q. 1.* quia cæteras ad agendum determinat.

PROPOSITIO II.

Finis movet cauſam efficientem ad operandum per ſuam bonitatem, ut cognitam, ſecundum ſuum eſſe reale; non vero ſecundum ſuum eſſe intentionale.

Movens ad operandum per ſuam bonitatem.

CCXCVI. Probatur. 1. *pars.* Nullum agens operatur, ad aliquid aſſequendum, niſi illud ſibi *bonum* & *conveniens* appareat, nec unquam voluntas quidquam velle poteſt, *qua malum*, ut *Ethica* demonſtrat. Ideoque *finis* & *bonum* ſunt termini convertibiles, (XCIII.) & ſicut triplex datur *bonum*, nempe 1. *honeſtum*, quod regulis rectæ *rationis* convenit. 2. *utile*, quod ad

ad *commodum ſervit*. 3. *Delectabile*, quod appetitum naturalem, vel ſenſitivum *voluptate* quadam, ac *delectatione* perfundit; ita triplex quoque *finis* ſtatuitur, nempe *honeſtus*, *utilis*, & *delectabilis*: ergo finis revera movet cauſam efficientem ſecundum ſuam *bonitatem*, nempe vel *honeſtam*, vel *utilem*, vel *delectabilem*.

Probatur 2. *pars*. Finis, ut habeat rationem *cauſæ*, debet aliquo modo *exiſtere*: (CCXLVIII.) atqui *reipſa* nequit exiſtere eo modo, quo eſt; alioquin cauſa non primum operaretur, ut illum finem *obtineat*, ſi jam reipſa haberet: ergo debet *exiſtere intentionaliter*, *objective*, & *ut cognitus*, hoc eſt, ſecundum bonitatem ſuam *cognitam*, ita ſcilicet, ut *bonitas cognita* ſit vera *ratio movens* cauſam operantem, ipſa vero *cognitio* ſit *conditio ſine qua non*, (CCXLII.) ad hoc nempe ſerviens, ut finis illi potentiæ, quam movet, debite *præſens* exiſtat. Inde Ut cognitam.

Probatur. 3. *pars*. Per illud finis movet, per quod allicit agens ad agendum: atqui hoc facit per ſuum *eſſe reale*, ſeu *objectivum*, id eſt, per ſuam Secũdum, eſſe reale non intentionale.

 bo-

bonitatem *objective* cognitam, non vero per ſuum *eſſe intentionale*, ſeu per ſui *cognitionem formaliter* ſumptam: ergo finis movet cauſam efficientem per ſuum *eſſe reale*. p. m. Ægrotus v. g. ſi potionem medicam ſumit *propter ſanitatem*, (tanquam *finem*) non ſola ſanitatis *cognitione, formaliter* ſumpta, allicitur, ſed ipſa ſanitate *objective* cognita: ergo. Conf. Non res, ut præciſe *cognita*, ſed ut eſt *in ſe*, ſeu *objective* ſpectata, habet rationem *bonitatis*, quæ cauſam movere valet ad operandum; res enim mala æque *cognoſci* poteſt ac bona, *nemo* tamen *aſpiciens ad malum operatur*: ergo *cognitio ut talis* non habet rationem, cur effectus ponatur a cauſa efficiente, ſed potius τὸ *eſſe reale*, ut *objective* cognitum.

Nec dicas. Sæpe finis non habet aliquod eſſe *reale*; nam R. D. A. non habet eſſe *reale*, hoc eſt, ſæpe non habet aliquid in rebus *exiſtens* C. A. non habet reipſa conceptum *objectivum*, conceptui mere *intentionali*, ſeu cognitioni *formali*, ipſius finis oppoſitum, prout in propoſitione aſſeritur. N. A. &c.

CCXCVII.

CCXCVII. *Scholion.* I. Quoniam creaturæ omnes finem aliquem habent, ſibi a Deo conſtitutum, ſecundum quem effectus proprios, ſeque ipſas dirigant, *operari propter* finem dicuntur. Aliâ tamen ratione corpora *inanimata*, aliâ *bruta*, & aliâ *homines* finem illum reſpiciunt; & 1. quidem corpora *inanimata*, quæ ſunt omni *cognitione* deſtituta, nec finem ipſum cognoſcere, neque illum *amare*, aut alio *affectu* proſequi poſſunt, ſed ſolum ingenitum quemdam ordinem, ſeu tendentiam ſibi a Deo impreſſam exercent, & *exequuntur*; ideoque etiam agere propter finem *executive* dicuntur, eoquod imperium, ac voluntatem Dei, ſapientiſſimi naturæ auctoris, dicto modo *exequantur*, atque ab eo regantur, & moveantur, *tanquam ſagitta a ſagittario*, ut inquit *Doctor Angelicus* 1. 2. *q.* 1. *art.* 2. Id quod ex eo conſtat, quod *certo* ſemper, *conſtantique modo*, non temere ac *fortuito* moveantur: unde *proprie* loquendo non *agunt* propter finem, ſed magis *aguntur* in finem; *proprie* enim in finem illa ſolummodo agunt, quæ ſibi finem *proponunt*, quo ſe ad agendum determinant, hoc eſt, quæ *ex conſilio* ope-

Corpora inanima-ta agunt propter finem executi-ve,

Bruta apprehenſive, & materialiter, operantur. 2. *Bruta*, quæ meliorem, longeque perfectiorem naturam ſortita ſunt, quæque plurima *cognitionis* indicia præſeferunt, finem ipſum aliqua ratione *cognoſcunt*, ejus bonitatem *apprehendunt*, ejusque *amore* (ſaltem *ſenſuali*) trahuntur, hinc *apprehenſive* a Cl. P. *Corſino Phyſ. gen. tract.* 2. *c.* 8. §. 6. dicuntur operari propter finem. Communiter tamen alii docent, quòd *materialiter* agant in finem, hoc eſt, ex *impetu naturæ*, & ſine *libertate intrinſeca*, quæ ad *finem* requiritur juxta *Cl. Ant. Gen.* (CCXCIII.) quæ ſola 3. cum in *homine* habeatur, ipſe perfecte directive & *formaliter*, nec tantum *apprehenſive*, ſed etiam *judicative*, & *diſcurſive* agere propter finem recte dicitur. Verum hæc omnia ſuis locis magis dilucidabuntur.

Homo autem directive, & formaliter.

Bonum, ſeu finem homo ſemper reſpicit, vel verum, vel imaginarium.

CCXCVIII. *Scholion.* II. **Bonum**, quod cum fine converti poteſt, (CCXCXVI.) ſat nota diviſione adhuc diſtingui ſolet 1. in bonum *verum & reale*, ut eſt v. g. *virtus*, aut *doctrina*. 2. In bonum *apparens*, & *imaginarium*, ut ſunt v. g. *campi elyſii* Poetarum, *Paradyſus Turcarum*, *bonor* ex ſumpta privatim vindicta in duello &c. 3. In *phyſicum*, quod

quod eſt juxta leges, deſiderium, & conditionem ſolius *naturæ*, ut *comedere*, *dormire* &c. 4. Denique in *morale*, quod reſpicit *mores* & *leges*, ut v. g. *viſitatio* templi devota, modeſtus *inceſſus*, *jejunium* &c. hoc ultimum cum bono *honeſto*, alterum vero immediate præcedens cum *delectabili* coincidit. (CCXCVI.) Jam ex hac *boni*, ſeu *finis* diſtinctione reddi facile ratio poteſt, cur, etſi agens *rationale* ſemper formaliter finem ſuum, ſive bonum reſpiciat, (CCXCVII.) nihilominus tamen ita frequenter *malum* operetur; nempe non agit malum ſub ratione *mali*, ſed ſemper ſub ratione *boni*, ſcilicet *apparentis* tantum, & *imaginarii*, aut *phyſici*, non vero, prout agere deberet, ſub ratione boni *veri*, & *moralis*. Et hinc

CCXCIX. *Scholion* III. Quamvis voluntas hominis *naturaliter* ac neceſſario ad *bonum in genere* feratur, & quaſi rapiatur juxta illud *D. Auguſtini l. 1. Confeſſ. amor meus, pondus meum, eo feror, quocunque feror*, *libere* tamen *bona particularia*, quæ ipſi proponuntur, amare aut reſpuere poteſt, ut paulo inferius de *libertate* animæ rationalis dicetur, ſicut v. g. etſi

neceſſario in *aliquo* loco exiſtere debeamus, libere tamen in *ſingulis* locis exiſtere dicimur, eoquod *hunc* potius, quam *illum* locum eligere, aut rurſum relinquere poſſimus.

Nemo duos fines ultimos ſibi valet conſtituere.

CCC. *Corollarium.* Quemadmodum duæ cauſæ totales ejusdem ordinis ac generis nequeunt ſimul influere in eundem numero effectum; (CCLXXI.) ita a proportione dicendum eſt, quod *etiam* duo fines, ſimpliciter *ultimi* & *totales*, nequeant ſimul movere eandem cauſam efficientem, ſive quód nulla cauſa efficiens poſſit plures fines ſimpliciter ultimos, & totales ſibi ſimul proponere, hoc eſt, Deo v. g. & Mammonæ ſervire; nam finis *ultimus* dicitur is, ad quem alii fines referuntur, ipſe vero ad nullum refertur, jam ponamus v. g. quod Cajus *divitias* ſimul & *honores* tanquam duos fines *ultimos* reſpiciat, quæro: vel divitias refert ad honores, vel non refert? Si 1*mum*, tunc profecto *divitiæ* non erunt finis *ultimus*, quia ad alium finem referuntur, (quod eſt contra definitionem finis *ultimi.*) Si 2*dum*, tunc *honores* non erunt finis *ultimus*, utpote ad quem omnia referri debent: ergo &c., & con-

conſequenter, ut bene monet antea citatus Cl. Purchotius *Exercit. Ontolog. Diſp.* 4. *Sect.* 2. *q.* 1. veteres gentiles plures Deos, quos adorabant, ſibi *ſeorſim* tanquam fines *ultimos* & completos proponere non poterant, ſed tantum ut fines aliquos *particulares*, unde etiam inter eos dividebant rerum dominia, & v. g. Bacchum vitibus, Cererem frumento, Martem armis præficiebant, ex quo manifeſte ſequitur, quod unumquemque Deum, certi tantum boni, non vero *omnium* bonorum auctorem & largitorem conceperint, nec proinde unumquemque Deum veluti finem *ultimum* ſpectaverint, quod certe naturæ Divinæ omnino repugnat, prout de ente *infinito* ſupra, dictum eſt; (CCXXIX. & *ſeq.*) quia ut etiam *Boëtius* inquit *l.* 3. *de conſol. Phil.* Deus eſt *omnium ſummum bonorum, cunctaque intra ſe bona continens, cui ſi quid abforet, ſummum eſſe non poſſet, quoniam relinqueretur extrinſecus, quod poſſet optari.* Quam ob rem in eo ſolo, non in ullo bono creato, anguſtioribus ſcilicet finibus conſtricto, *felicitas* noſtra quærenda eſt, illique *ſoli* ex totis viribus ſerviendum propterea eſſe bene monet S. Evangelium.

ARTICULUS III.

De
Cauſa ideali, ſeu exemplari.

Idea interna, & externa.

CCCI. *Idea* ſive *exemplar* dicitur illud, quod agens, vi cognoſcendi præditum, reſpicit, dum operatur, ut ad illius ſimilitudinem opus ſuum efficiat: & alia quidem vocatur idea *interna*, in mente artificis poſita, alia *externa*, ſive res ipſa foris exiſtens, quam agens in operando attendit. Prior etiam vocatur *idea*, vel potius *conceptus formalis*, poſterior vero *conceptus objectivus* audit. e. g. *Cogitatio interna* de pingenda cæſaris forma, dicitur exemplar ſive idea *interna*, ipſum vero Prototypon, ſeu *delineatio*, uti vocant, *ichnographica*, quam pictor in actu pingendi immediate reſpicit, idea *externa* appellatur.

Cauſa idealis nequit ad efficientem commode reduci,

CCCII. Cauſam idealem, quam Plato a reliquis cauſarum generibus diſtinctam ſtatuit, (CCXLV.) Ariſtoteles ad cauſam *formalem*, (n. cit) alii vero ad cauſam *efficientem* reducere conati ſunt, dividentes nempe cauſam efficientem in *cognoſcitivam*, ſive *ideis* uten-

utentem, ut eſt *homo*. & in *naturalem*, quæ abſque ideis operetur, ut v. g. *ignis*: aſt, quia ſimili ratione inferri poſſet, quod etiam cauſa *finalis* ad efficientem *cognoſcitivam* ſpectet, nam hæc ſola determinatum *finem* proprie reſpicit, hinc ponitur

PROPOSITIO

Exemplar ſive idea habet rationem cauſæ, ſaltem objectivæ.

CCCIII. PROBATUR. Finis habet rationem cauſæ, ſaltem objectivæ, quia ab illo agens ad operandum movetur: (CCXCV.) ergo etiam *exemplar* ſive *idea*, a qua agens in ſua operatione *dirigitur*, & *objective movetur*; non enim videtur major ratio de eo, quod agens ad operandum *movet*, (quod *finis* præſtat) quam de eo, a quo, ut recte ſuum opus perficiat, agens ipſum *dirigitur*. (Id quod *exemplar* facit) & operans, dum agit, æque ſemper *ideam* ac *finem* reſpicit, ut ſenſui intimo notum eſt. Conſequenter *exemplar*, ſive idea habet veram rationem cauſæ, ſaltem *objectivæ*, non minus, quam *finis*, nec adæ- Sed eſt diſtincta cauſa, æque ac cauſa finalis.

quata & ſolida *diſparitas* reddi valet, niſi forte per inanes Logomachias, aut tortas loquendi formulas, quas evitare, quam refutare malumus, ad utiliora pergentes.

Movens pariter objective ſecundū ſuum eſſe reale.

CCCIV. *Corollarium.* Quoniam *ideam* eodem jure, ac *finem* inter cauſas *objectivas* numeramus, hinc pariter ea omnia, quæ paulo ante de *fine* dicta ſunt, etiam de cauſa *ideali* intelligi debent, nempe quod moveat ſecundum *eſſe reale*, ſive ſecundum eſſe *objectivum*, quod habet in intellectu, non vero ſecundum *eſſe intentionale*, id eſt, ſecundum *cognitionem formalem*; res enim *cognita*, non ipſamet *cognitio* eſt illa cauſa *exemplaris*, in quam artifex, dum operatur, animum ſuum intendit, etiam dum de *cogitatione* ſua nequidem cogitat.

ARTICULUS IV.

An omnis cauſa ſit prior, & perfectior ſuo effectu?

Status quæſtionis.

CCCV. Certum eſt, quod omnis cauſa ſit *aliquo modo* prior, atque perfectior ſuo effectu, quia hic ab

ab illa *fluit*, atque *dependet*, cum vero *prioritas* ſit multiplex, (Log. *fol.* 86.) hic quæritur, an quælibet cauſa neceſſario effectum ſuum præcedere debeat *prioritate temporis*, ſeu *duratione*, vel num ſufficiat, ſi ſolum *prioritate naturæ*, ſive *ſuppoſitionis*, ut ajunt, antecedat? nec etiam quæſtio procedit de cauſa *in actu ſecundo* conſiderata, prout ſcilicet *actu* cauſat; ſic enim *cauſa* & *effectus* ſunt *correlativa*, & conſequenter exiſtunt *ſimul* tempore, naturâ, & cogitatione, (Log. *fol.* 82.) ſed quæritur de cauſa, *materialiter* accepta, hoc eſt, ſecundum *entitatem ſuam abſolutam* conſiderata. Similiter de *perfectione* cauſarum quæſtio agitatur; num ſcilicet cauſæ ſingulæ, *materialiter* ſpectatæ, ſint effectu ſuo perfectiores? nam quod cauſæ, *ut cauſæ*, ſuos effectus in *perfectione* præcedant, vel ex eo ſolo manifeſte deducitur, quod cauſæ ſint *independentes*, effectus autem eſſentialiter a ſuis cauſis *dependeant*.

PRO-

PROPOSITIO I.

Cauſa debet neceſſario effectum præcedere naturâ, non autem ſemper tempore.

Cauſa debet eſſe naturâ prior quã effectus,

CCCVI. PROBATUR 1. *pars.* Cauſa neceſſario prius intelligitur, quam effectus, nec ab hoc eſſentialiter dependet, bene vero effectus ſine cauſa, a qua dependet, exiſtere nequit, atqui in hoc conſiſtit prioritas naturæ: (Log. *fol.* 86.) Ergo.

Non autẽ tempore.

PROBATUR 2. *pars.* Sufficit, ut cauſa in eo inſtanti *temporis*, quo exiſtit, producat effectum, tribuendô ei ſuum eſſe: ergo. p. A. Sol v. g. juxta Peripateticos eodem tempore quo in Horizonte ponitur, illuminat, & *ſi fuiſſet ab æterno*, prout inquit S. Auguſtinus, *etiam ab æterno produxiſſet lucem.* Item *ignis*, quandocunque exiſtit, calefacit. Nec materia poteſt eſſe aliquo tempore ſine forma, conſequenter ſunt *ſimul tempore*, licet non naturâ. Cæterum RR. quoad hæc allata exempla non nihil aliter in Phyſica loquuntur.

PRO-

PROPOSITIO II.

Cauſa efficiens univoca eſt æque perfecta, ac effectus; æquivoca vero eſt perfectior, ſicut & quandoque finalis perfectior eſt.

CCCVII. PROBATUR 1. *p.* Cauſa efficiens *univoca* producit effectum ſibi *ſimilem* in ſpecie. v. g. ignis ignem, leo leonem &c.: (CCXLVII. 10.) atqui omnia individua ejuſdem ſpeciei ſunt æqualis perfectionis *eſſentialis*; cum habeant *eandem* eſſentiam: Ergo. In quo ſenſu cauſa ſit perfectior quam effectus?

PROBATUR 2. *pars.* Cauſa æquivoca eſt, quæ producit effectus *ſpecie diverſos*: (n. cit.) atqui cauſa generans *diverſos* effectus eſt *perfectior* effectu, cum ejus activitas ad *plura* & perfectiora ſe extendat: Ergo.

PROBATUR 3. *p.* DEUS, tanquam cauſa *finalis* hominis, ſuperat omnes ejus actus, & opera ad ipſum tendentia, quæ homo facit: ergo. Dixi tamen *quandoque*, poteſt enim non nunquam operans pro fine habere bonum tantum *apparens*, & *imaginarium*, ac

leve,

leve, ut, ſiquis v. g. ſtudiis diu noctuque vacet, ſolumodo ut *vanam gloriam*, inanes *titulos* & mendacem ac brevi tranſituram hominum *æſtimationem* ſibi conciliet, tunc quippe revera *effectus* nobilior eſt, quam cauſa *finalis*.

Nequit dari mutua cauſalitas inter duas cauſas ejusdem ordinis.

CCCVIII. *Scholion* I. Quæri hic inſuper ſolet, an duæ cauſæ phyſicæ nequeant ſibi mutuo eſſe cauſæ? hoc eſt, an v. g. ignis A, cauſans ignem B, poſſit produci ab eodem igne B? & reſpondent omnes *negative*, (intelligendo pro eodem cauſarum genere) quia ſcilicet eadem cauſa ſic *eſſet*, & *non eſſet*, *eſſet*, ut ſupponitur, & *non eſſet*, quia primum a ſuo effectu produceretur: atqui hoc implicat: (X.) ergo. Si tamen ſit in *diverſo* cauſarum genere, utique fieri poteſt, prout de *materia* & *forma* paulo ante dictum eſt, (CCLXXXIX.) ſic etiam v. g. ſumptio medicinæ eſt cauſa *efficiens* ſanitatis, & ſanitas eſt cauſa *finalis* ſumptionis medicinæ.

Nec ſimile poteſt agere in ſimile, actione univoca.

CCCIX. *Scholion* II. Huc etiam ſpectat illud in ſcholis ſat notum axioma, quod *ſimile non poſſit agere in ſimile* actione *univoca*; non enim e. g. aqua calida ut 4. agendo in aquam calidam ut 4.

illi

illi dare poteſt *quintum* gradum caloris, utpote quem ipſum in ſe non habet: ſi tamen alterum ſit tantum *virtualiter* ſimile, tunc poteſt agere in illud, *actione* ſcilicet, uti vocant, *æquivoca*, prout patet e.g. in vino *virtualiter* calido, quod additum corpori calido *intendit* calorem, item duo vitra ſe invicem frangunt, non propter *duritiem*, quæ in utroque eſt cauſa *univoca*, ſed propter *colliſionem*, quæ eſt actio diverſa ab utriusque *duritie*, & *æquivoca*.

Nec dicas. 1. Duo carbones, aut manus calidæ ſe mutuo in calore conſervant. 2. Duæ manus frigidæ per fricationem mutuo ſe calefaciunt, ſicut & manus calefacit chyrothecam, & hæc rurſus manum. 3. Pluvia cauſat vapores, & vapores denuo cauſant pluviam. 4. Duo baculi, pyramidaliter collocati, ſe invicem ſuſtentant. 5. Actus efficienter cauſant habitum; & habitus efficienter rurſus cauſat actus: ergo dari poteſt mutua cauſalitas plurium cauſarum ejusdem ordinis, itemque ſimile agere in ſimile actione univoca. R. ad 1mum D. A. Mutuo ſe conſervant actione directa, N. A. indirecta, quatenus ſcilicet uni- Diluuntur objecta.

tim

tim fortius reſiſtunt agenti contrario, quam diviſim C. A. Igniculi in carbonibus, manibusque calidis facilius continentur, ne avolent, ſi conjuncti ſint carbones illi & manus, indeque aer exterior, frigidus vel humidus, aditu prohibeatur. (Saltem ex illa parte, qua ſe contingunt) & conſequenter unus carbo, aut manus non agit directe, nec influit effective in alteram. Pariter, ad *2dum*, mutua fricatione manuum, vel chyrothecîs, externum frigus arcentibûs, fit, ut tum ignis corpuſcula latentia, tum ſanguinis partes per copioſiorem ſpirituûm vitalium affluxum, celeri ac perturbato motu agitentur, ſicque calor (qui in ſimili motu conſiſtit) excitetur, ac etiam Chyrothecis, niſi per nimiùm ampla ipſarum foramina, ſeu poros, avolare permittantur, ſe ſimili ratione communicet. Ad *3tium.* Vapores a pluviis *re ipſa* non differunt, niſi quod illi ſint pluviæ *rarefactæ*, hoc eſt, ex particulis aqueis *diſſociatis* conſtantes; ideoque etiam aere ſpecifice *leviores* aſcendant: ſi vero magis condenſentur, evadunt eodem aere *graviores*, indeque rurſum deſcendentes terram pluviis irrigant; & quidem, quo altiores

ſunt,

ſunt, quove magis cum aliis particulis nubium diffractis, in deſcenſu uniuntur, eo etiam gravior ac vehementior imber oritur. Ad 4*tum*. Locationes illæ baculorum ſunt effectus ſimultanei, provenientes partim a cauſa efficiente quacunque, eos ad ſe invicem inclinante, partim etiam a gravitate, & impenetrabilitate baculorum. Ad 5*tum*. Ex frequentatis actibus equidem fit habitus, attamen habitus non concurrit ad *illos ipſos* numero actus, per quos ipſe fuit generatus, ſed ad *alios*, (ejusdem tamen ſpeciei) qui habitum de novo augent atque perficiunt. Et conſequenter nuspiam datur mutua cauſalitas in *eodem* genere cauſarum, bene vero in *diverſo*, nec datur actio univoca τȣ̃ *ſimilis in ſimile*, ſed ſolum æquivoca.

ARTICULUS V.

De *Cauſa artificiali.*

CCCX. Quæ hactenus recenſita ſunt cauſarum genera, ea agentibus *naturalibus*, ſeu *naturæ*, quæ eſt principium *intrinſecum* ſuarum mutatio-

 num

num, (XLVIII.) unice, vel ſaltem præcipue, competunt, hic autem de *cauſa artificali*, ſive de *arte*, quæ non absque ratione *naturæ ſimia* dicitur, in quantum fori eſt Philoſophici, agere juvat: dicitur ergo *ars* principium *extrinſecum* ſui artefacti, *cauſa*que *artificialis* ea eſt, quæ dirigentibus regulis opera externa, ſeu artefacta perficit, & in hoc a cauſa *naturali* diſtinguitur, quod *iſta* 1. etiam ſibi relicta, citra alterius (ſi ſolius Dei, tanquam naturæ, ut ajunt, naturantis influxum exceperis) concurſum, actus quosdam efficere valeat, dum econtra *illa* induſtria, & directione Magiſtri indiget, ut agere poſſit. 2. Quod cauſa *naturalis phyſice* influat, ut principium *internum*, ſuisque propriis viribus; *ars* vero non niſi *directive* per inſtrumenta *aliena* opus *externum* efformet. 3. Denique quod cauſa *naturalis* poſſit producere, & vere generare effectus in natura ſibi ſimiles: e. g. homo hominem, equus equum &c., id quod præſtare nullis viribus ars valet; e. g. nullum *horologium* majus unquam produxit minus, nec ex *templo* generatum eſt ſacellum &c.

Ars quid ſit?

Quomodo differat a cauſa?

CCCXI.

CCCXI. Ars dicitur artificem in tantum *dirigere*, quatenus per ſuas regulas, longâ experientiâ, diverſisque obſervationibus ſat cognitas, eum docet, mediante motu, activa ſic applicare paſſivis, corporaque ſenſibilia certo ſitu ita diſponere, ut opus, quantum fieri poteſt, omnibus numeris abſolutum prodeat: ſic enim e.g. ars fabrilis docet ligna lignis certo ſitu & ordine ſuperimponere, vel detrahere, item per artem Medicus jubet pharmacopolam miſcere herbas ſalibus &c. ut contraria contrariis medeantur &c. Indeque ſatis colligitur, quod artes *factivæ* operando nil aliud efficiant, niſi *formam* ſolummodo, ſeu *figuram* novam, in materiam introducendo, id quod fit duplici potiſſimum ratione. 1. *Addendo neceſſaria* ad ſubjectum illud, ex quo opus artificiale enaſci debet. 2. *Subtrahendo* ſive *demendo* ſuperflua. Sic v. g. pictor aut ſtatuarius laborant, *prior* quidem *addendo* colores telæ lineæ, aut alteri materiæ ſubſtratæ; *poſterior* vero amputando, & *ſubtrahendo* partes ſuperfluas. Hinc etiã *forma artificialis* apte definiri valet, quod ſit talis materiæ ſenſibilis ab artifice facta diſpoſitio, ut omnes partes

Ars quomodo dirigat operantem?

Forma artificialis quomodo producatur?

Et quid ſit?

neceſſariæ ſint additæ, & ſuperfluæ ademptæ.

Per artem fieri nequeunt opera naturæ perfecta.

CCCXII. Longa a quibusdam Philoſophis texitur diſceptatio, quidnam per artem fieri valeat, quid non? Hoc inprimis certum eſt, quod per artem fieri nequeant *animalia perfecta* & *vivipara*, ut homo, equus, leo &c. hujusmodi enim *naturæ* opera ſunt perfectiſſima, a principio quodam *intrinſeco* ad agendum diſpoſita, organisque variis, ac prorſus ſtupendis inſtructa, adeo, ut illa hactenus necdum omnia, quoad uſus ſuos, ab anatomicis etiam ſolertiſſimis potuerint detegi. Quare inter fabulas ab omnibus numeratur, quod Theophraſtus Paracelſus *l.* 1. *de nat. rer.* auſus eſt ſcribere, nempe, quod per artem *Chymicam* homines produci poſſint, atque reipſa maſſa quædam a ſe tam apte fuerit diſpoſita, ut procul dubio infantis corpuſculo authòr naturæ fuiſſet animam rationalem infuſurus, niſi ipſus ſponte, ex quodam horrore, maſſam illam diſſolviſſet.

Animalia vero imperfecta diſpoſiti-

Utrum vero *animalia imperfecta ovipara* (ſive quæ ex ovulis naſcuntur) ut *vermes*, & *inſecta*, quæ ab antiquioribus cre-

Artic. V. ve produci per artem queunt.

credita ſunt naſci ex *materia putri*, per artem fieri queant? res multum a modo loquendi dependet. Poſſunt nempe per artem ſubminiſtrari quædam *diſpoſitiones*, & activa ita ab agente artificiali applicari paſſivis, ut principium vitale, quod jam prius in ovulis latuit, hujusmodi diſpoſitionibus adjutum, organa animalculo competentia efformet. Ideoque iſthæc animalcula ſaltem *indirecte* ac *diſpoſitive* dici poſſunt per artem generari, fere uti ſupra de ſtruthio-camelo, ſolo aſpectu ova ſua excludente, dictum eſt: (CCLXV. *Ob.* 1. *Inſt.* 3.) aut ſicut contingere docet in furnis Ægyptiacis Cl. *Reaumur* (in integro libello, etiam germanice impreſſo) in quibus per calorem ignis, in certo gradu attemperatum, ex ovis gallinaceis ſimul & ſemel triginta & ultra pullorum millia excludi poſſunt. Methodum, ejusmodi furnos conficiendi, fuſe deſcribit Cl. P. *Stöcklein* citatus a Cl. P. *Hauſer Ontol. p.* 3. *q.* 4. *Art.* 1. §. 173.

CCCXIII. Quæri inſuper in ſcholis ſolet, an etiam per artem verum ac genuinum *aurum* confici poſſit? & plerique affirmant, id *phyſice* non implicare, rationes vero ſui aſſerti afferunt ſequentes.

Aurum per artem confici, phyſice non implicat;

1. Ab actu ad potentiam bona eſt argumentatio: atqui actu jam *factum eſt* ejusmodi aurum: ergo etiam *fieri poteſt*. m. p. ex plurium relatione, quæ pro certa habetur, conſtat, Viennæ in Gazophylacio aſſervari aliquot librarum numiſma, Leopoldo I. a celebri quodam Alchymiſta oblatum: item Cl. P. Delrio teſtatur, Arnoldum Villanovanum virgulas quasdam aureas per artem effeciſſe, easque publico omnium examini Romæ ſubjeciſſe. 2. Non eſt evidens, quod aurum ſit terræ partus, ex ſpecifico ſemine in ejus matrice prognatus, quia ſemen proprium auri in montium cavernis a nemine hactenus fuit inventum, & conſequenter ſignum eſt, quod aurum unice coaguletur, & accreſcat ex ſucco, calore ſolis diverſimode præparato atque diſpoſito; adeoque iſte ſuccus terræ, ad aurum conficiendum aptus, poſſet ex fodinis, in quibus ordinarie aurum coquitur, deſumi, & igni naturali per artem applicari, atque per illum ultimo produci, ſicut de ovis in furno Ægyptiaco excludi ſolitis mox dictum eſt. 3. Denique ſciri omnino nequit, an non *per accidens* reſultare aurum poſſit per *artem chymicam*; ultimæ namque

chy-

chymicorum reſolutiones perfectè ſciri nequeunt, cum novi ſemper, ac inſoliti, & quandoque prorſus inexſpectati effectus inde prodire ſoleant, quos inter etiam forſan per accidens tandem aurum emergere aliquando ſic poſſet &c.

Nihilominus iidem ipſi inſimul docent, auri confectionem, mediante arte, ſaltem *moraliter* impoſſibilem exiſtere; Etenim ipſa *experientia*, ac irritus continuo *conatus*, & doctiſſimorum chymicorum *teſtimonium* id ſatis declarant, qui potius ad paupertatem redacti ſunt, quam invenerint *lapidem* illum *Philoſophicum*, hoc eſt, materiam illam, cujus ope ex metallis aurum confici queat, & quæ juxta aliquos eſt *Vitriolum*, & *Arſenicum*, *Alumen*, *Magneſia*, & *Calchantum*, juxta alios vero *Sulphur* & *Hydrargyrum*. Exinde de Chryſopœjæ (ſive artis aurum conficiendi) amatoribus ſequentia vulgo circumferuntur Axiomata: *Alchymiſta nihil habet in ciſta.* Item *Alchymia eſt ars ſine arte, cujus principium mentiri, medium laborare, & finis mendicare.* Denique: *Chryſopœjæ finis plerumque eſt fumus, fames, funis &c.*, & hinc meri- Bene vero moraliter.

to tam a *Jure Canonico*, quam *Civili* ejusdem uſus ſevere interdicitur. Itaque ſatis de hac arte!

Enumerantur diverſa artis prodigia.

CCCXIV. Omnium porro optime ars vires ſuas exſerit in machinis *pneumaticis*, *hydraulicis*, *opticis* &c., in *Phyſica experimentali* ſat notis, & uſitatis. Sic, ut alia taceam, 1. *Archyta Tarentinus* legitur artis miniſterio efformaſſe columbam in aëre volantem, 2. *Myrmecides* quadrigam & navem, illam equis, hanc remis velisque inſtructam, utramque tamen adeo exilem, ut illam muſca, hanc apicula alis ſuis contegeret. 3. *B. Albertus M.* caput loquens arte produxit, opus triginta annorum, a S. Thoma Aq. ejus diſcipulo poſtea caſu confractum. 4. *Janellus Turrianus*, ſui temporis Archimedes, fabricatus eſt molas ferreas, ſua ſponte verſatiles, tantæ ſubtilitatis, ut omnes manica occultaret; tantum vero tritici quotidie molebant, quantum octo hominibus, in dies ſingulos alendis, abunde ſuffecerat. 5. *Joannes Regiomontanus* Aquilam tanto artificio conſtruxit, ut Carolo V. Imperatori, Norimbergam ingreſſo, obviam ex porta urbis volaverit, & ad

ean-

eandem rurſus comitata ſit plura ejusmodi artis prodigia in ſuis libris recenſent Cl. PP. *Kircherus* & *Schottus.* Hiſce omnibus 6. addo, quod publicæ Novellæ de artifice quodam inſigni, & in Academia Regia ſcientiarum Pariſienſi notiſſimo, nuperrime retulerunt, nempe confectum ab illo fuiſſe per artem mechanicam tantæ raritatis brachium ligneum, ut militi cuidam, utroque brachio in pugna orbato, dextre adaptatum, inſtar carnei pœne omnes in ipſo motus producens, ad edendum, bibendum, tabacum ſumendum &c. inſerviret. Nil dicam de *horologiis* artificioſiſſimis, hodie confici ſolitis &c.

ARTICULUS VI.

De Magia.

CCCXV. Magia ſecundum vocis etymon idem ſonat ac *ſapientia*, unde etiam vetuſti illi gentium orientalium Sophi ſeu *ſapientes Magi* appellati ſunt, in *Lexico* autem *græco*, Antwerpiæ per *Chriſtophorum Plantinum* Año 1572. excuſo μάγος (*Magus*) dicitur *Divinorum interpres, & cultor, reconditiſſima* Magia. Magus.

quæque Divinorum operum exactiſſime ſpeculans, promensque illa in actum, ſcientiæ auguſtioris profunditate. Definitur ideo in genere, quod ſit *Ars, viribus creatis efficiendi mira quædam, inſolita ac ſtupenda, quorum ratio ſenſum, & comunem hominum captum ſuperat.* Id porro quoniam fieri poteſt aut *naturaliter*, aut per adjuvamen *ſpiritûs* ſublimioris, (non boni, ſed *mali*) hinc in *naturalem* & *diabolicam* ſeu *nigram* dividitur, pro qua poſtrema quia paſſim nunc accipitur, mirari nullus debet, quod hodie tam male apud omnes audiat.

Magia in genere.

ejus diviſio.

Magia naturalis quæ mira efficiat?

CCCXVI. Magia *naturalis* (quæ eſt perfectior arcanorum naturæ cognitio, vi cujus mira quædam & inſolita patrantur, & prædicuntur, ita ut minus peritis *miracula* quandoque videantur) varia ſub ſe complectitur, tum a Mechanicis per artem, tum vero omnium maxime a Phyſicis recentioribus, per inſtrumenta rariora, detecta, atque inventa, ut ſunt v. g. præter mox enarrata, (CCCXIV.) 1. *Machina Electrica*, quæ ſtupendos ſane tum in hominibus *ſanis* ſubito enervandis, tum maxime in *ægris* languentibus curandis, effectus producit, quod ultimum in ſuo libel-

lo,

lo, lingua vernacula Anno 1752. Ratisbonæ edito, teſtatur Cl. Medicus Schäfferus, per multa experimenta ſucceſſu perquam felici a ſe tentata. 2. Famoſa *Antlia Pnevmatica*, quæ extracto per embolum aëre mira pariter in animalibus, mixtisque aliis operatur, inſpicientibus quotidie obvia. 3. *Microſcopia* & *Teleſcopia* tam Catoptrica, quam Dioptrica, a quorum lentibus objecta ſupra modum augentur, illuſtrantur, divaricantur, invertuntur, multiplicantur, aut contrahuntur &c. 4. *Atramentum*, uti vocant, *Magicum*, quo ſi exarentur litteræ, hæ aut non niſi ſub certis diſpoſitionibus apparent, aut per plura etiam chartarum folia trajectæ ita viſuntur, ut tamen in intermediis paginis non appareant. 5. Huc etiam ſpectat *Phyſiognomia*, ſeu ars de hominum inclinationibus ex eorum vultibus probabiliter judicandi, quæ tamen ad actus *liberos* præteritos aut futuros, certo cognoſcendos, naturaliter ſe non extendit. 6. Nec minus ad Magiam naturalem ſpectat ars prædicendi futuras Solis aut Lunæ Eclypſes, tranſitum Veneris infra Solem, prout hoc Anno contigit 6to Junii &c. quæ omnia per Calculos Aſtronomicos exa-

ctiſſi-

ctiſſime defacto prævidentur. Plura ejusmodi inveniri poſſunt a curioſis in *Magia naturali* Cl. P. *Schotti*.

Magia diabolica quid ſit? CCCXVII. Magia *nigra ſeu diabolica* eſt, quæ mira quædam, & humanis viribus majora efficit vi pacti cum dæmone initi, ſive dein pactum ſit *explicitum*, ut dum quis cum dæmone *expreſſe* paciſcitur, aut illum *directe* invocat; ſive ſit *implicitum*, ut, dum quis vanis & minime proportionatis mediis utitur, quæ ſcilicet neque *ſuapte natura*, neque ex ſingulari *Dei beneficio*, aut *Eccleſiæ inſtitutione*, cum fine propoſito aliquam *connexionem* habent, e. g. ſi certa verba, peregrinis linguis expreſſa, aut nomina incognita, etiam divinum quid præſeferentia, ſigna, ritus & Cæremoniæ inſolitæ adſint, itemque ſi certæ horæ, dies, certus verborum aut precum numerus, figurarum, & colorum varietas obſervetur &c.

Et unde orta ſit? (CCLXV.) Diabolicæ hujus artis originem plerique cum Cl. PP. *Kirchero & Schotto* a Cham deducunt, Noë filio, qui eam ante diluvium ab impiis Caini poſteris didiciſſe, atque ad alios nefarie transmiſiſſe perhibetur, præſertim ad Chaldæos & Perſas, quorum regio-

regiones poſt exortam linguarum confuſionem ille inhabitavit, & a quibus Divinis honoribus ſub nomine *Zur-Aſter*, hoc eſt, *vivum aſtrum*, poſt mortem coli cæpit, ex quo *Zoroaſtre* etiam reliqui omnes, magicis artibus poſtea apud illas nationes conſpicui, *Zoroaſtres* dicti ſunt. Zoroaſtes quid ſignificet?

CCCXVIII. Magia Diabolica varias ſub ſe ſpècies complectitur, quarum hæ præcipuæ ſunt. 1. *Mantice*, vel *aruſpicium*, ubi ex volucrum inteſtinis, aut earum volatu, vel etiam ex elementis, de futuris contingentibus, maxime *liberis*, quædam ut certa prædicuntur. 2. *Chiromantia*, qua populi quidam (*Zingari* dicti) ex manuum delineationibus, aliisve diverſis ſignis, nativitatis diem, menſem, & alia futura aut præterita occulta, quaſi *certa*, prædicere ſolent. 3. *Præſtigium*, quo ſenſibus illuditur, e. g. dum quidam, ratus menſæ & epulis ſe aſſidere, ſubito in patibuli trabe ſedentem ſe conſpexit, invocato ex incuria SS. Jesu nomine. 4. *Sortilegium*, dum per *ſortes* occulta inveſtigantur, e. g. dum puellæ ruſticæ in nocte Nativitatis Domini cum certo ritu vas aquæ in menſa Magiæ nigræ diverſæ ſpecies.

ſa collocant, in eo viſuræ juvenem, ſibi matrimonio copulandum &c. 5. *Maleficium*, 6. *vana obſervantia.* 7. *Divinatio.* 8. *Superſtitio* &c. de quibus Caſuiſtæ fuſius agunt: videatur deſuper eximius P. SASSERATH *Curſ. Theol. Mor. p.* 2. *pag.* 41. *& ſeq.* Cæterum, quod ſola magia *diabolica*, non item *naturalis illicita* ſit, nemo non, ſola *ratione* duce, ex dictis diſcernit.

Ad Magiam nigram non ſpectant prærogativæ quædam Regum Galliæ & Angliæ.

CCCXIX. *Scholion.* Nec magiæ porro *diabolicæ* tribui debet certa quædam prærogativa, qua perſonas quaſdam ornaſſe DEUS videtur. e. g. dum Regibus Galliæ conceſſum fuiſſe legitur privilegium ſtrumas curandi, non jure quidem hæreditario, ſed omnino gratis, vel dum Clodovæus ad preces Clotildis uxoris Chriſto nomen dedit, vel dum S. Marculphus hanc pro omnibus Galliæ Regibus a DEO gratiam impetravit. Pariter a S. Eduardo Rege Angliæ ſucceſſores Catholicos eſſe adeptos gratiam, ſolo tactu curandi morbum Regium, ſcribunt non nulli.

Canones utiles, notandi cir-

CCCXX. De Magia nigra ut bene judicet tyro Philoſophus, ſequentes habere præ oculis debet canones. I. *Per*

hanc

Art. VI. ca Magiſ nigram.

hanc magiam nequeunt patrari vera miracula, (CCLXXVI.) adeoque dœmon v. g. non valet *ſuſcitare mortuum*, *replicare* idem corpus, vel plura corpora *compenetrare* &c. & quando id facere quandoque *videtur*, non niſi merum exiſtit *ſenſuum ludibrium*, dum nempe vel ipſemet corpori, in ſpeciem ſuſcitato, per tempus aſſiſtit, vel aliud corpus celerrime e loco ſubtrahit, vel alterum corpus phantaſticum, ex aere formatum ſubſtituit, vel denique non niſi phantaſiam perturbat &c. II. *Poteſt tamen dœmon, permittente Deo*, mira plurima efficere: (quamquam id ſæpiſſime per merum quoque *ſenſuum ludibrium*, & phantaſiæ perturbationem accidere doceant Cl. P. Calmet de *apparitione ſpirituum*, & alii) tum *per motum localem*, tum *applicando activa paſſivis*. Sic v. g. poteſt excitare pluvias & ventos, ac tempeſtates, ſagas quandoque per aerem transferre, in corpore humano commovere humores, & agitare ſpiritus animales, ac præteritorum revocare imagines; ſicque ſaltem *indirecte* voluntatem ad malum perpetrandum inſtigare & permovere. Poteſt item corpus humanum præſervare a vulnere, ſcilicet vel per ſe avertendo ictus, vel

he-

hebetando aciem gladii per interpoſitionem corporis durioris &c. id quod tamdiu præſtare valet dæmon, quamdiu ipſemet vult, nec (ut *pater mendaciorum*) datam fidem frangit, nec denique vel ab ipſo Deo, aut angelo ſuperiore tanquam Dei miniſtro, ejus potentia retunditur, ut ſic infelix magus juſtas ſcelerum ſuorum pœnas luat; vel ex vulnere, vel ex contuſione mortem ſubiens. Denique poteſt dæmon corpora reddere inviſibilia, diſſipando ſpiritus vitales, ad viſionem neceſſarios, vel aerem valide conſtipando, vel aliam in aere ſpeciem efformando &c. Plura alia, quæ dæmones per ſe, & per magos, efficere queunt, erudite explicat Cl. P. Schottus in ſua *Phyſica curioſa*, *integro l.* 1. ubi & in *appendice* ad præfatum librum primum varias *illuſiones diabolicas* refert, modumque illas cognoſcendi ac ſuperandi, nitide declarat. Id ipſum quoque pertractant Cl. P. Del Rio *l.* 4. *diſquis. Mag.* c. 1. *q.* 3. *Sect.* 5. & 6. & (in quantum ad *maleficia*, *ſpectra* & *energumenos* attinet) Cl. P. Stoiber in ſuo *Armamentario Eccleſiaſtico*, iteratis typis excuſo, aliique tum Caſuiſtæ, tum Aſcetæ obvii. III. *Magi nequeunt per malignam artem*

ſuam

ſuam plura efficere, quàm valeant ipſi dæmones, eis aſſiſtentes, & juvantes; nam ſi ſecus fieret, effectus foret major atque *perfectior* ſua causâ, quod implicat. (CCXLVIII.) IV. *Quidquid mirabile efficiunt magi ope diabolica, fit, poſita per magum conditione, ab ipſo dæmone, intra ordinem virium & cauſarum naturalium agente.* Nempe diabolus, ſicut ab initio ſtatim *ſimilis* eſſe volebat *altiſſimo*, ita, quia ejusdem *ſuperbia* contra Deum *aſcendit ſemper*, dum videt, Deum per SS. Sacramenta, poſito certo *ſigno ſenſibili*, v. g. *ablutione* per aquam in Baptiſmo, ſupernaturaliter in homine immediate agere, gratiamque ſanctificantem illi infundere, ipſe quoque iſtud in tantum imitari conatur, ut, poſitis per magum certis ſignis, aut verbis, actutum adſit, & vel per *illuſionem*, vel per *motum localem*, vel denique *applicando activa paſſivis*, prout mox dictum eſt, effectum a mago intentum *per ſe* producat, niſi a Deo impediatur. Videlicet Angeli mali, ut Theologi docent, per peccatum in *naturalibus* non ſunt læſi, ſed potius integras retinuere vires ſuas *naturales*, ſeu dona naturæ, utputa *ſcientiam*, *fortitudinem* &c. inde etiamnum præditi

ſunt perfecta rerum naturalium *cognitione*, multa *experientiâ*, incredibili *celeritate* &c. per quam facillime poſſunt applicare activa paſſivis, ſtupendosque effectus producere; quamquam ut plurimum mere *illuſorii* ſint. V. *Magus unus poteſt alteri mago plus minusve reſiſtere*, & hoc ideo, vel quia operam majorem clienti ſuo *promiſit* unus, quam alter, vel quia unus juvatur a dœmone validiore; (ſeu chorum ſuperiorem olim occupante) adeoque majores vires naturales habente quam alter habeat, juxta illud *Luc.* 11. *vv.* 21. & 22. *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet, ſi autem fortior eo ſuperveniens vicerit eum, univerſa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & ſpolia ejus diſtribuet;* vel denique quia ſic illudere amant miſeris mortalibus dœmones.

AR-

ARTICULUS VII.

De

Cauſis per accidens.

CCCXXI. Quid ſit *cauſa per accidens*, jam ſupra dictum eſt; (CCXLVII. V.) ubi & tres ejus ſpecies, ſcilicet *fatum*, *fortuna*, & *caſus* obiter enumeratæ, hic vero paulo magis declarandæ ſunt. Igitur, ut a prima fiat initium, *fatum* ſecundum nominis originem a *fando* dictum, id omne ſignificat, quod de hominibus juſſit, decrevit, aut, uno verbo, locutus, ſeu *fatus* eſt Deus: at ſecundum vulgarem loquendi uſum per *fatum* ſemper intelligitur quædam rerum *neceſſitas* in hoc mundo: unde & in genere definitur, quod ſit *omnium mundi cauſarum & effectuum connexio*, *ut altera ab altera pendeat*, *ac nulla in parte abrumpi poſſit*: Gentiles vero, & Poëtæ ſub nomine *fati* in priore ſenſu ea omnia accipere ſolebant, quæ *divorum hominumque Pater* (Jupiter) in ſua *diphtera* deſcripſiſſe ſeu *fatus* eſſe putabatur. Diverſa porro *fatorum genera*, inter eruditos nota, ſunt ſequentia. Fatum in genere.

Sect. III.

Fatum phyſicum, ſeu naturale,

CCCXXII. I. Fatum *Phyſicum*, ſive *naturale* eſt ordo ac ſeries cauſarum naturalium, vi cujus ad certos ac deſtinatos effectus ſuos intrinſece neceſſitantur. E. g. ignis ad urendum, ſol ad illuminandum &c. Melius autem alii, a nomine *fati* abſtinentes, appellant illud *naturam rei*, item *vim* ac *modum agendi*, quem Deus in prima creatione ſingulis entibus indidit ſecundum *naturæ leges*. (XLIX.) II. *Fatum divinum* eſt id, per quod Catholici intelligunt ipſam *providentiam divinam*, rerum omnium moderatricem, tam *ſuavem* quam *fortem*, adeoque rebus creatis neceſſitatem *abſolutam* non imponentem, ſed ſolàm *hypotheticam* & *conſequentem*: quatenus nempe ab illa æterna Numinis providentia ordinatum eſſe credunt, ut in hoc univerſo cauſarum & effectuum, ex cauſis tanquam ſeminibus naſcentium, talis ſit ordo, eaque ſeries, ut poſitâ *libere* (ſi ſit agens *rationale*) causâ, neceſſario ponatur effectus, qui tamen itidem *contingens*, & in *ſenſu diviſo*, id eſt, tam antecedenter, quam conſequenter *mutabilis* exiſtat &c. Unde hoc *fatum* etiam dicitur *rationale*, itemque *pendens a divino conſilio ſeries, ordoque cauſarum, motus ſuos ſecundum fines*

Divinũ, ſeu rationale,

Art. VII.

nes ab auctore naturæ præfixos peragentium. III. Fatum *democriticum* (quod & *fatum materiæ* dicitur) eſt *neceſſaria & bruta ſeries effectuum & cauſarum omnium, ab æterno, ex neceſſitate naturæ materiæ ipſius nunquam interrupta, fluens.* Docuit nimirum Democritus, *atomos* æterno & *neceſſario* motu per inane infinitum eſſe extenſas, atque ex illis *ſecundum neceſſarias*, ſeu mechanicas quasdam motûs *leges*, omnia fuiſſe conflata, atque indies conflari. Huic perquam affine eſt IV. Fatum *Mahometanum*, tenent enim Mahometis aſſeclæ, res, eventusque omnes *fati lege* jam ab æterno ita deſtinatos, fixosque exiſtere, ut *neceſſario* fiant, ſive dein *cauſæ* ad eventus producendos neceſſariæ præceſſerint, ſive non? Hinc Turcæ paſſim dicuntur præſentiſſimum vitæ periculum intrepido animo adire, & in loca peſtilentiſſima ſe conferre, ſi *Sultanus* imperet, rati ſcilicet, ſi mors ipſis ſit *fatô* deſtinata, debere ſe hoc ipſo momento mori, quo fatum jubeat, ſive dein loca adeant periculoſa, ſive non; ſive bibant venenum, aut fune colla conſtringi permittant, vel non? &c. V. *Fatum Stoicorum* non quidem oritur a *materia*, (ſicut

Democriticum,

Mahometanum,

Stoicum,

Democriticum) ſed *a voluntate* DEI, *eſt tamen pariter neceſſaria*, *& ineluctabilis rerum ſeries*, ut ſcribit Seneca *de provid. c.* 5. Item Tullius in pluribus locis. Neque, ut *Mahometani*, credebant Stoici, effectus ſine cauſis, & fines ſine mediis obtineri poſſe; cauſarum tamen, effectuumque ordinem & continuationem *immutabilem*, atque in æterna DEI lege definitam ajebant, ita ut neque *propenſiones* neque *conſilia* hominum agentium aliquid præſtare queant, ſed omnis omnino *libertas* exulet, ob neceſſariam illam, & indeclinabilem rerum, cauſarumque, ſe invicem contingentium, ſeriem atque catenam: hinc Lipſio *in Phyſiolog. Stoica. l.* 1. *Diſſ.* 11. cum quibusdam aliis, (quos inter etiam *Doctor Angelicus* citatur) Stoicorum fatum idem eſſe cum *providentia* Chriſtianorum opinanti, diſſentiens cum communi aliorum Cl. *Antonius Gen. Met. p.* 1. *c.* 6. §. 54. dicit, ſe *priorem* ſententiam ex veterum Stoicorum libris colligere potuiſſe. Alii vero etiam putant, quod ſaltem non tota Zenonis *porticus* illi fato, quo DEUM quoque ipſum teneri quidam volebant, ſuum dederit ſuffragium. VI. Fatum *Aſtrologicum* eſt *neceſſitas quædam rerum*, *actio-*

Aſtrologicum.

actionumque humanarum, *a vi imperioque aſtrorum immutabili ortunda*, quam veteres quondam Chaldæi & Ægyptii, itemque hæretici Priſcillianiſtæ adſtruebant, ſed merito *S. Auguſtinus* hoc fatum *fatuum* appellat, & cum Catholicis omnibus penitus damnat. VII. Fatum *Spinoziſticum* eſt *neceſſaria item*, *& ineluctabilis rerum ſeries*, *quæ emanatione eſſentiali fluit ex natura DEI ab æterno & immutabiliter;* Impius ſcilicet ille Apoſtata docuit, *unam* tantum dari *ſubſtantiam*, eamque *æternam*, & ex infinita *cogitatione* & *extenſione* conflatam, eamque eſſe *DEUM*; alias vero res eſſe tantum *modificationes attributorum DEI*, (CLXIII) id eſt, cogitationis & extenſionis, easque fieri neceſſario, ex neceſſitate ſcilicet *naturæ DEI*, ſeu ex ſolis naturæ Divinæ *legibus*. Aſt valeat quoque abſurda iſta, nefaria & phantaſtica Spinozæ opinio, ipſi ſanæ *rationi*, vel obiter attendenti, ſummopere contraria! Cæterum quod nulla detur in mundo fati neceſſitas in quocunque ſenſu, a fato *rationabili* diverſo, tum ex dictis conſtat, (XIII. XXIX. *& alibi*) tum etiam paulo inferius magis declarabitur, ubi ſermo erit *de libertate animæ rationalis*. Adeo- Spinoziſticum.

que omnia quidem immutabiliter a Deo *præordinata* dici, & omnis merus & purus *caſus* (de quo mox) in mundo excludi debet, ſed ita, ut cum *providentia libertas* Dei, (de qua *Theologi*) & *humana* conſiſtere poſſe defendatur.

Et Platonicum.

CCCXXIII. *Scholion.* Aliud adhuc *fati* genus a Platonicis creditum fuiſſe, obſervant eruditi. Nempe Plato (inquiunt) etiamſi intelligeret, cuncta a Deo *adminiſtrari*, & *præordinari*, quia tamen animadvertit præterea, plurima in mundo inveniri *mala*, in eam adductus eſt ſenteniam, ut putaret, a natura ipſa *materiæ*, anima quadam tumultante animatæ, fieri, ut non omnia accurate, ac Divinis ideis conformiter, eveniant. Aſt etiam hæc de *Mundi anima* Platonis opinio paulo poſt refutabitur. (CCCCXIII.)

Fortuna.

CCCXXIV. *Fortuna* dicitur cauſa per accidens alicujus effectûs *raro* contingentis, & citra intentionem atque ſcientiam agentis *liberi*; unde paſſim dici ſolet: *ubi parum ingenii, ibi plus fortunæ.* Quia ſcilicet *fortunatus* multa non prævidet, quæ alius ingeniô perſpicacior prævidiſſet. Sic e. g. ho-

mo

mo, (cui ſoli, tanquam agenti *libero*, competit fortunâ potiri) in agro arans, aut terram ligone fodiens, ſi magnam auri argentive ſummam humi defoſſam eruit, *fortunam* habuiſſe dicitur. *Caſus* econtra eſt cauſa *non libera*, per accidens effectum raro contingentem producens, & ſicut fortuna *proſperis* plerumque eventibus, ita caſus *adverſis* aut *indifferentibus* tribuitur, e. g. dum arbor, vi ventorum e radicibus evulſa, prætereuntem viatorem, aut feram ſylveſtrem opprimit, *caſu* iſtud evenire dicitur: quandoque tamen *fortuna* & *caſus* in eodem ſenſu promiſcue ſumuntur: nec aliter dici poſſunt *cauſæ*, niſi reſpectu ſolius *cognitionis* noſtræ; omnia quippe, quæ in hoc orbe contingunt, ex propria ac determinata *cauſa*, licet nobis ut plurimum *ignota*, fiunt, (XIII.) ſic v. g. alea, in tympanum projecta, *caſu* dicitur v. g. numerum denarium monſtrare, licet *in ſe* ratione certi motûs certam rationem habeat. Hinc *Prov.* 16. legitur: *ſortes mittuntur in urnam, ſed a Domino temperantur.* Unde S. Aug. in quodam loco ait: *nil in iſta totius creaturæ ampliſſima quidem, & immenſa republica eſt, quod non de interiori atque* Caſus.

intelligibili aula ſummi Imperatoris aut jubeatur, aut permittatur.

Monſtra. CCCXXV. Inter effectus *fortuitos*, aut potius *caſuales*, vulgo quoque recenſentur *Monſtra*, quæ Ariſtoteles *naturæ peccata* vocat, & cujus nominis Etymologia paſſim a *monſtrando* derivatur, quatenus nempe monſtrum ſignificat aliquod, ob raritatem ſuam *monſtrari* dignum; ſtrictius autem illud ſolum *monſtri* appellatione afficimus, quod inter *homines*, *bruta*, & *plantas* a conſueta ſecundum ſpeciem diſpoſitione deviat, ſive *ex parte*, ſive *ex toto*. e. g. Cum homo naſcitur, habens membra quædam belluina, aut bellua cum membris humanis, vel dum aliquod animal, v. g. bos canem, aut fœmina agnum generat &c., cujusmodi diverſa exempla enarrat Cl. P. Schottus in ſua *Phyſ. cur. l.* 5. *per totum*, ubi & cauſas varias monſtrorum in medium adducit, e quibus ſequentes tyroni ſufficient. I. *Cauſa materialis*, ſive ea, ex qua præexiſtente monſtra fiunt, eſt juxta cit. Cl. Auctorem *materiæ ſeminalis* vel defectus vel exceſſus, aut conſuſio, atque permixtio, aliaque ſimilia vitia, itemque *fœ-*

Eorum cauſæ.

tùs

tûs receptaculum, ſeu uterus maternus. II. *Cauſa efficiens*, præter DEUM rerum omnium cauſam primam, eſt vis *imaginativa Matris*, quæ ſæpe abſurdas, peregrinas, penitusque monſtroſas formas, quas mente volvit, dum utero concipit, aut fœtum geſtat, eidem fœtui imprimit, uti frequens experientia teſtatur. III. *Cauſa finalis* monſtrorum eſt 1. ut ſint *ſigna* DEI, volentis incautos mortalium animos monere, aut ſanare, eisque diverſa *præſagire;* ſicut enim per ſomnia, per Prophetarum oracula, per varia prodigia, ita & per monſtra atque monſtroſa præmonere non raro ſolet probos & improbos, nec ſingulos tantum homines, ſed integras etiam nationes & gentes, prout diverſis exemplis declarat cit. Cl. P. SCHOTTUS *c.* 29. *Monſtra igitur*, ait ille, *cum a mundi gubernatore Deo in finem tam eximium ordinentur*, *ſine carere ſine impietatis nota nemo imposterum aſſeret.* 2. Monſtra a DEO quandoque permittuntur *ob hominum ſcelera*, nedum parentum, ſed & Magiſtratuum aut communitatum. Hoc etiam gentiles dudum agnovere, dum tot homines pœna dignos in monſtra converſos cecinerunt Poëtæ: & de *Nabu-*

buchodonoſoris Regis in bovem transmutatione, ob animi elationem ipſi a DEO inflicta, narrant SS. paginæ, *Daniel. c.* 4. Similiter & uxor Loth, *quæ reſpiciens poſt ſe verſa eſt in ſtatuam ſalis*, *Geneſ. c.* 19. curioſitatis pœnas dedit: igitur in his omnibus utut natura errare, atque a præſtituto ſibi fine aberrare videatur, DEUS tamen ubique & ſemper certo fine agit, maximeque ordinata incedit via, ſecundum abditiſſimas divini conſilii ſui rationes. Cauſas alias monſtrorum *particulares* affert mox citatus Cl. Auctor *c.* 30. Plura Medici.

Fœminæ non ſunt Monſtra.

CCCXXVI. *Scholion.* Fuere quidam, qui cum Ariſtotele *l.* 2. *de generat. animal. cap.* 3. ſentientes, fœminas inter *monſtra*, ſeu *errores* & *peccata naturæ* referebant; nam (inquiebant) natura ſemper intendit, quod *optimum* eſt, & dum propter impedimenta id aſſequi non poteſt, producit id, quod *imperfectius* eſt; vir autem perfectior eſt fœminâ, uti omnes cum Ariſtotele *Probl.* 11. *Sect.* 29. aſſeverant: ergo *virum* in conformatione corporis humani intendit natura, & dum propter impedimenta, v. g. propter ſeminis vitium aliquod, aut alia de cauſa virile corpus

pus producere nequit, efformat *fœmineum*; unde & Stagyrita fœminam appellavit *marem occaſionatum*, id eſt, ex aliquo ſeminis defectu præter naturæ intentionem productam. Aſt ex adverſa parte acriter Ariſtoteli, ejusque in hac abſurda opinione ſequacibus ſeſe opponunt alii plerique, contendentes, fœmineum ſexum nec *monſtrum*, nec naturæ *imperfectionem* exiſtere, ſed potius *perfectionem*, licet minorem, quam ſit virilis perfectio. Nam (inquiunt iſti) quomodo *vitium* & *imperfectio* dici poteſt, quod eſt *natura*, & conditio naturalis? vel quomodo *peccatum naturæ* ſit, quod *auctor naturæ* tam ſapienter ordinávit? quid quod fœmina neceſſaria ſit ad propagationem ſobolis, & ad humanæ, quin & totius animatæ ſpeciei, multiplicem conſervationem? in hunc certe finem illam Deus jam in felici illo innocentiæ ſtatu produxit *Gen.* 2. *v.* 18. Quare ſi *vitium* eſſet ſexus fœmineus, aut *imperfectio naturæ*, is certe aut in Paradyſo, & ſtatu innocentiæ, non exſtitiſſet, aut Deus vitii imperfectionisque auctor fuiſſet, quando ex viri coſta fœminam primus efformavit, quod quis dicere audeat? ergo &c.

DIS-

DISSERTATIO IV.

De
Locatione, & duratione entium.

SECTIO I.

De
Locatione entium, ſive de Loco.

ARTICULUS I.
Quid ſit Locus?

Loco quæ compe- tant mu- nera?

CCCXXVII. Sermo hic non eſt de loco *formaliter* ſumpto, quatenus ſcilicet vel eſt *modus mortuus*, (CXVIII.) vel *reſpectus* quidam *extrinſecus* locantis ad locatum, qui in Logica (*fol.* 84.) juxta Peripateticos conſtituit prædicamentum *ubi*, ſed de loco *materialiter* accepto, cui vulgo tria dicuntur munera competere, videlicet 1. *continere* corpus locatum, 2. ab iſto *repleri*, & 3. *immobiliter* exiſtere; ſi enim lo-

cus

cus ipſe *mobilis* foret, atque cum locato, ſive contento corpore, moveretur, non poſſet corpus *localiter moveri*, hoc eſt, de uno in alium locum tranſire, quod tamen intimo ſenſui repugnat.

CCCXXVIII. De loco, *materialiter* ſic conſiderato, tres ſunt Philoſophorum celebres ſententiæ, *1ma* Peripateticorum, qui locum ſumunt pro *ſuperficie corporis ambientis aliquod aliud corpus*, ut e. g. *locus*, in quo continetur piſcis, ſeu qui repletur a piſce, eſt juxta ipſos concava *ſuperficies* aquæ, quæ piſcem ipſum ambit, ſive convexæ piſcis ſuperficiei adhæret, locus turris eſt ſuperficies aeris, qua turris ipſa circumdatur &c. In quo ſenſu dixit Ariſtoteles 4. *Phyſ. c. 6. text.* 28. *ejus, quod continet, terminus immobilis primus, id ipſum eſt locus.* *2da* Eſt Gaſſendiſtarum, qui *locum* accipiunt pro *ſpatio, quod a corpore locato occupari concipitur*, exiſtimantes, quod a ſolo *ſpatio*, uti vocant, *negativo* omnia corpora *contineantur*, ab iis *repleantur*, neque alia ratione loci *immobilitas* ſalvari poſſit. Hi pariter Stagyritam pro ſe citant, *l.* 4. *c. 6. t.* 26. ita loquentem: *magnum* De Loco triplex auctorum ſententia.

quid-

quiddam, ac difficile eſſe videtur ſumere, quid ſit locus? quia in eo, quod continet, quieſcente ſit translatio ejus, quod fertur; videtur enim eſſe poſſe INTERVALLUM *quoddam interjectum, diverſum a magnitudinibus, quæ moventur. Confert etiam aliquid aer, qui videtur eſſe incorporeus; nam locus videtur eſſe non ſolum extremitates vaſis, ſed etiam quod eſt interjectum quaſi inane.* 3*tia* Denique ſententia eſt aliorum Neotericorum, qui utramque modo allatam ſententiam conciliare nitentes, locum dividunt in *extrinſecum* ſeu *reſpectivum*, & *intrinſecum* ſeu *abſolutum*: *primum* vocant illum, qui locatum corpus *extrinſece ambit* in ſenſu Peripateticorum. 2*dum* Appellant eum, qui cum ipſo locato corpore extenditur, ac ab eo *penetratur* in ſententia Gaſſendi. Porro, cum utrumque locum in rerum natura vere concipi poſſe ſatis compertum ſit, hinc merito tertiæ quoque huic ſententiæ præ duabus reliquis palma tribuitur: Aliam tamen adhuc, *quartam*, ac ſingularem ſententiam de loco tenet Cl. *Antonius Genuenſis*, *Met. p.* 1. *c.* 9. quæ ibi videri poteſt, nobis tertia & hodie fere communis præplacet; unde ſit

PRO-

Digitized by Google

005655995

Digitized by Google